





TOLEDO  
BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala *Veneranda*

Número *94*

les. c. 43.  
ria, et  
bg, cum  
it quod  
iquidaz

eo (inquit)

ois scriptura et prophetę specializ futurorum mysterijs  
involuti sūt, ut p̄ocent nas ad intelligentiã, et  
ad illud quod in Evangelio dz matt. 7. petite, etc.  
*Hieronymo. sup. c. u. Danielis. ait. Scriptura  
sctę difficultas maxima est, cuius intelligenti  
am, absq; dei grã, et doctrina maiore, sibi  
impitissimi vel maxime vendicãt.*  
*Aug. li. 2. de doct. chri. c. 6. obscure (inquit) scri  
ptura loquitur. quod p̄uisu est diuinitę, ad  
sedomãdaz labore supbiã, et intelledu a fa  
stidio reuocãdu, cui facile inuestigata pler  
umq; vilescut. in locis ap̄tiorib; Spiritus  
sctę fami occurrit, in obscuriorib; fastidi  
a detergit. in cõstit. Dist. 2. c. 14.  
nullo frũz nrozele ent in pph etis vel in  
psalmis aliis sensu b̄ternle: nisi  
quę scti app̄obãt et cõfirmãt.*



R 18 - 2 -  
PROPHE TAE

- 1 ISAIAS,
  - 2 JEREMIAS,
  - 3 BARUCH,
  - 4 EZECHIEL,
  - 5 DANIEL.
- 'CVM

12 Duodecim aliis minoribus.

h3 ad vsu cu sicetia.



fr Aloysig  
a. crucej

ANTVERPIAE  
Ex officina Christophori Plantini  
M. D. LXIII

C 1195031  
T 144432  
R 376288



AD PAVLAM ET EVSTO-  
 CHIVM IN TRANSLATIO-  
 NEM ISAIAE EX HEBRAI-  
 CA VERITATE, HIERONY-  
 MI PRAEFATIO. **tom. 3. ff. 5.**

**Ex adamo.**  
 causa ob qua p.  
 phetauit isaias  
 fuerunt. pctāq  
 ob populo obro  
 xig fuit. sūt  
 hec. ignorāti  
 a dei. fiduti  
 a opū. supbi  
 a. cōtēptū frū  
 mifoz. frau  
 des in iuditijs  
 publicis. ido  
 solatrin. Et  
 sodomie vit  
 iū. patent he  
 c partim ex  
 4. regū. ff. 2.  
 partim ip. par  
 tim ex hoc ip  
 so ppheta. mi  
 sus est. p. isai  
 as vlt populo  
 pzedictis vit  
 ijs ad vniqve  
 zi dei cultu  
 uocaret. inte  
 riq sue pph  
 tiē multā dō  
 miscet de x  
 et sig regno.  
 1. eccidit dei  
 de reiectione  
 iudeoz. Et vq  
 catione gētiū  
 vno obscurior  
 est ppheta pp  
 ter latēte. Et rā sitg ad chruū. eccinā. Et scēig  
 sacrameta. //

**N**EMO cum prophetas versibus viderit esse  
 descriptos, metro eos existimet apud Hebræos liga-  
 ri, & aliquid simile habere de Psalmis vel operibus  
 Salomonis: sed quod in Demosthene & Tullio solet  
 fieri, vt per cola scribantur & commata, qui vti que  
 prosa, & non versibus conscripserunt. Nos quoque  
 vtilitati legentium prouidentes, interpretationem  
 nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac pri-  
 mum de Isaia sciendum, quod in sermone suo dffer-  
 us sit: quippe vt vir nobilis, & vrbane eloquentia,  
 nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admi-  
 stum. Vnde accidit, vt præ cæteris florem sermonis  
 eius, translatio non potuerit conseruare. Deinde e-  
 riam hoc adiiciendum: quod non tam propheta di-  
 cendus sit, quam Euāgelista. Ita enim vniuersa Chri-  
 sti Ecclesiæq; mysteria ad liquidum profecutus est,  
 vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præte-  
 ritis historiam texere. Vnde conuicio noluisse tunc  
 temporis Septuaginta interpretes fidei suæ sacramen-  
 ta perspicue ethnicis proderet: ne sanctum canibus, &  
 margaritas porcis darent: quæ cum hanc æditionem  
 legeritis, ab illis animaduerteteris abscondita. Nec ig-  
 noro, quanti laboris sit prophetas intelligere: nec fa-  
 cile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi  
 intellexerit antequam legerit: nos quoq; patere mor-  
 sibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod con-  
 sequi non valent, despiciunt. Sciens ergo & prudens  
 in flammam mitto manum: & nihilominus hoc à fa-  
 stidiosis lectoribus precor, vt quomodo Græci post  
 septuaginta translatores Aquilam & Symmachum,  
 & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ  
 suæ, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum  
 intelligant: sic & isti saltem vnum post priores habe-  
 re digneatur interpretem. Legant prius, & postea  
 despiciant: ne videantur, non ex iudicio, sed ex odij  
 præsumptione ignorata damnare. Prophetavit autē  
 Isaias



2  
Isaias in Ierusalem & in Iudæa, necdum decem tribubus in captiuitatem ductis : ac de vtroque regno, nunc commistim, nunc separatim textit oraculum. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babylonix captiuitatem reditum populi significet in Iudæam: tamen omnis eius cura de vocatione Gentium, & aditæ Christi est. Quem quanto plus amaris S. Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrextatione præfenti qua me indefinenter æmuli laniāt, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate scripturarum ecclesiis eius diutius insultarent.

ARGVMENTVM IN PROPHETIAM ISAIAE.

**ISAIAS** in Ierusalem nobili genere ortus est, ibique prophetauit. Sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit. Sepultusque est sub Quercu Rogel, iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere. *2. par. 32.*

PROPHETIA ISAIAE. *Hic 66. capita.*

CAP. I.



1  
A **V**ISTO Isaia filij Amos  
2 quam vidit super Iudã  
& Ierusalem in diebus  
Oziã, Ioathan, Achaz, &  
Ezechia regū Iuda. <sup>1</sup> Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniã Dominus locutus est: Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autẽ sp̄uerunt me. <sup>2</sup> Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israël autẽ me non cognouit, & populus meus non intellexit. <sup>3</sup> Vã genti peccatrici, populo

*defecerunt a me.*

*iesg.*

A 2

lo hier. hic



irritauerunt.

addetis.

psal. 80. / ose.

4. / Rom. 1.

Ezechiel. 16.

integrum.

recens.

deuincta.

Isa. 5. b. 6.

desolata.

Rom. 9. g. 29.

Gen. 19. e. 24

ostri.

Ier. 6. e. 20.

Amos 5. f. 22

Plenus

sum holocau

sto arietum

et adipe 4.

Veneritis 5.

offeratis 8.

lo graui iniquitate, semini nequam, fili- B  
 liis sceleratis, dereliquerunt Dominum,  
 blasphemauerunt sanctum Israel, aba-  
 lienati sunt retrorsum. Super quo percu- 5  
 tiam vos ultra, addentes prauaricatione?  
 omne caput languidum, & omne cor  
 moerens. A planta pedis vsque ad verti- 6  
 cem non est in eo sanitas. vulnus, & li-  
 uor, & plaga tumens: non est circumliga-  
 ta, nec curata medicamine, neque fota o-  
 leo. Terra vestra deserta: ciuitates vestre 7  
 succensae igni: regionem vestram coram  
 vobis alieni deuorant: & desolabitur sicut  
 in vastitate hostili. Et derelinquetur filia 8  
 Sion vt umbraculum in vinea, & sicut tu-  
 guriū in cucumerario, & sicut ciuitas  
 quae vastatur. Nisi Dominus exercituū 9  
 reliquisset nobis semen, quasi Sodoma C  
 fuisset, & quasi Gomorrha similes es-  
 semus. Audite verbum Domini princi- 10  
 pes Sodomorum, percipite auribus legem  
 Dei nostri populus Gomorrhæ. Quò 11  
 mihi multitudinem victimarum vestra-  
 rum, dicit Dominus? plenus sum. holocau-  
 sta arietum & adipem pinguium, & san-  
 guinem vitulorum & agnorum & hir- 12  
 corum nolui. Cum veniretis ante con-  
 spectum meum, quis quæsiuit hæc de ma-  
 nibus vestris, vt ambularetis in atriis meis?  
 ne afferatis ultra sacrificium frustra: in- 13  
 censum abominatio est mihi. Neomeni- D  
 am, & sabbatum, & festiuitates alias nõ  
 feram, iniqui sunt cœtus vestri: calen- 14  
 das vestras, & solennitates vestras odiuit  
 anima.



- anima mea: facta sunt mihi molesta, la- *hier. 6.*  
 15 borauī sustinens. ⁊ Et cūm extenderitis  
 manus vestras, auertam oculos meos à *vel. opum.*  
 vobis: & cūm multiplicaueritis orationē,  
 non exaudiam, || manus enim vestrae san- *Inf. 59. a. 2.*  
 16 guine plenae sunt. ⁊ Lauamini, mundi e- *- 8.*  
 stote, auferte malum cogitationum ve- *1. Pet. 3. b. 11.*  
 strarū ab oculis meis: quiescite agere per-  
 17 uersē, ⁊ discite benefacere: quærite iudici-  
 um, subuenite oppresso, iudicate pupillo, *obsacro.*  
 18 defendite viduam. ⁊ Et venite, & arguite *disceptamg.*  
 me, dicit Dominus: si fuerint peccata ve-  
 stra vt coccinum, quasi nix dealbabūtur:  
 & si fuerint rubra quasi vermiculus, ve- *c. irritor dep*  
 19 lut lana-alba'erunt. ⁊ Si volueritis, & au- *nia. di. 3.*  
 dieritis - me', bona terrae comedetis. *Et. c. Inu. mi*  
 20 ⁊ Quod si nolueritis, & me ad iracundiā *- 2.*  
 prouocaueritis: gladius deuorabit vos, *- 3.*  
 21 quia os Domini locutum est. ⁊ Quomo- *D. bern. legit. 1.*  
 do facta est meretrix ciuitas fidelis, plena *fm. aduentus*  
 iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc a- *inobedientes.*  
 22 tem homicidæ. ⁊ Argētum tuum versum  
 Est in scoriam: vinum tuum mistum est  
 23 aqua. ⁊ Principes tui infideles, socij furum.  
 omnes diligūt munera, sequūtur retribu- *Ier. 5. f. 28.*  
 24 tiones. || Pupillo non iudicant: & causa vi- *Zach. 7. c. 10.*  
 duæ non ingreditur ad illos. ⁊ Propter *c. Eiciens. 28*  
 hoc ait Dominus Deus exercituum for- *dist.*  
 tis Israël, Heu, consolabor super hostibus  
 25 meis, & vindicabor de inimicis meis. ⁊ Et *vide thre. 3*  
 conuertam manum meam ad te, & ex- *addit. ad. 11*  
 coquam ad purum scoriam tuam, & au- *n. verba. nō.*  
 26 feram omne stannum tuum. ⁊ Et restitu- *n. humili-*  
 am iudices tuos vt fuerunt prius, & con- *uit ex corde*  
 siliarios *Suo.*

Aposto-  
 li. hiero. hic.

A 3

siliarios



incipio.

CAP. II.

PROPH.

captiui Eig.

**iesus.**

pudebit vos  
tiliis: quibus  
lectanti estis.

filiarios tuos sicut antiquitas. post hæc **G**  
vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. <sup>27</sup> Sion  
in iudicio redimetur, & reducent eam in  
iustitia: <sup>28</sup> & conteret scelestos, & pecca-  
tores simul: & qui dereliquerunt Dñm,  
confumentur. <sup>29</sup> Confundentur enim ab  
idolis quibus sacrificauerunt: & erubel-  
cetis super hortis quos elegeratis, <sup>30</sup> & cum  
fueritis velut quercus defluētibus foliis,  
& velut hortus absque aqua. <sup>31</sup> Et erit for-  
titudo vestra, vt fauilla stupet, & opus ve-  
strū quasi scintilla: & succendetur vtrun-  
que simul, & non erit qui extinguat.

CAP. III.

Mich. 4. 1. 1.

**iesus.**

ligones.

dei nri.

abundat plg q  
oriētales diu  
tjis.

sunt.

**V**erbum quod vidit Isaias filius Amos <sup>1</sup>  
super Iudam & Ierusalem. <sup>2</sup> Et erit  
in nouissimis diebus præparatus mons **A**  
domus Domini in vertice montium, &  
eleuabitur super colles: & fluent ad eum  
omnes gentes. <sup>3</sup> Et ibunt populi multi,  
& dicent, Venite & ascendamus ad mon-  
tem Domini, & ad domum Dei Iacob, &  
docebit nos vias suas, & ambulabimus  
in semitis eius: quia de Sion exhibit lex, &  
verbum Domini de Ierusalem. <sup>4</sup> Et iudi-  
cabit Gentes, & arguet populos multos:  
& cōflabunt gladios suos in vomerēs, & **B**  
lanceas suas in falces: non leuabit gens cō-  
tra gentem gladium, nec exercebuntur vl-  
trā ad prælium. <sup>5</sup> Domus Iacob venite, &  
ambulemus in lumine Domini. <sup>6</sup> Proie-  
cisti enim populum tuum domum Ia-  
cob: quia repleti sunt vt olim, & augures  
habuerunt vt Philisthiim, & pueris alie-

ris



7 nis adhæserunt. <sup>9</sup> Repleta est terra <sup>\*</sup> argen-  
 to & auro : & non est finis thesaurorum  
 8 eius: <sup>9</sup> & repleta est terra eius equis: & in-  
 numerabiles quadrigæ eius. Et repleta est  
 terra eius idôlis : opus manuum suarum  
 adorauerunt, quod fecerunt digiti eorû.  
 9 <sup>9</sup> Et incuruauit se homo, & humiliatus  
 10 est vir: ne ergo dimittas eis. <sup>9</sup> Ingredere in  
 C petram, & abscondere in fossâ humo à fa-  
 cie timoris Domini, & à gloria maiesta-  
 11 tis ei. <sup>9</sup> Oculi sublimes hominis humilia-  
 ti sunt, & incuruabitur altitudo viro-  
 rum : exaltabitur autem Dominus solus  
 12 in die illa. <sup>9</sup> Quia dies Domini exercitu-  
 um super omnem superbû & excelsum,  
 & super omnem arrogantem, & humi-  
 13 liabitur. <sup>9</sup> Et super omnes cedros Libani  
 sublimes & erectas, & super omnes quer-  
 14 cus Basan. <sup>9</sup> Et super omnes montes ex-  
 celsos, & super omnes colles eleuatos.  
 15 <sup>9</sup> Et super omnem turrim excelsam, & su-  
 16 per omnem murum munitum. <sup>9</sup> Et super  
 omnes naues Tharsis, & super omne  
 17 quod visu pulchrû est. <sup>9</sup> Et incuruabitur  
 D sublimitas hominum, & humiliabitur  
 altitudo virorû: & eleuabitur Dominus  
 18 solus in die illa. <sup>9</sup> Et idôla penitus conte-  
 19 rentur. <sup>9</sup> Et introibunt in speluncas pe-  
 trarû, & in voragines terre à facie formi-  
 dinis Domini, & à gloria maiestatis eius,  
 20 cùm surrexerit percutere terram. <sup>9</sup> In die  
 illa proiiciet homo idôla argenti sui, &  
 simulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt  
 21 adoraret, talpas & vespertiliones. <sup>9</sup> Et in-  
 gradie-

<sup>1</sup>  
Sublimis.<sup>c</sup>  
vel humilem.iesus.

Osee. 10. b. 8

Luc. 23. d. 30.

Apo. 9. c. 17.



vel in quo reperitur  
tntg h' ipse?

**IESUS.**

Deus.

gredietur scissuras petrarum, & in cauer-  
nas saxorum à facie formidinis Domini,  
& à gloria maiestatis eius cùm surrexe-  
rit percutere terram. <sup>1</sup> Quiescite ergo ab <sup>22</sup>  
homine, cuius spiritus in narib<sup>9</sup> eius est:  
quia excelsus reputatus est ipse.

## CAP. III.

**E**Cce enim dominator Dominus exer- <sup>1</sup>  
cituum auferet à Ierusalem & à Iu- <sup>A</sup>  
da validum & fortē, omne robur panis,  
& omne robur aquæ: <sup>2</sup> fortem, & virum  
bellatorem, iudicē, & prophetam, & ario-  
lum, & senem. <sup>3</sup> Principē super quinqu-  
ginta, & honorabilem vultu, & consi-  
liarium, & sapientē de architectis, & pru-  
dentem eloquij mystici. <sup>4</sup> Et dabo pueros  
principes eorū, & effœminati dominabū-  
tur eis. <sup>5</sup> Et irruet populus, vir ad virū, &  
vnusquisq; ad proximū suū: tumultuabi-  
tur puer contra senem, & ignobilis con-  
tra nobilem. <sup>6</sup> Apprehendet enim vir fra-  
trem suum domesticum patris sui, <sup>6</sup> Vesti-  
mentum tibi est, princeps esto noster, rui-  
na autē hęc sub manu tua. <sup>7</sup> Responde-  
bit in die illa, dicens, Non sum medicus, <sup>B</sup>  
& in domo mea non est panis, neque ve-  
stimentū: nolite constituere me principē  
populi. <sup>8</sup> Ruit enim Ierusalē, & Iudas con-  
cidit: quia lingua eorū & adinventiones  
eorum contra Dominū, vt prouocarent  
oculos maiestatis eius. <sup>9</sup> Agnitio-  
vultus eorum respondit eis: & peccatum suum  
quasi Sodoma prædicauerunt, nec abscon-  
derūt. væ animæ eorū, quoniam reddita  
sunt

faciendū vel ora-  
toroz.

corruet. vel vim  
fraiet.  
puari.

irruet  
se

<sup>4</sup> dicens.

<sup>7</sup> Responde-  
bitque. vel  
iurabit.

<sup>9</sup>  
ero.

<sup>7</sup>  
testificatur  
eos:



h. hieronymus hic comederunt legit. et interpretatus  
de iudeis iustu scilicet christu crucifixu.

CAP. III.

ISAIAE.

<sup>a</sup> iustu si fuerit bonu

vel malo.

<sup>b</sup> populi mei exactores pueri sunt.

<sup>c</sup> dultores tui.

**IESUS,**

Apoc. 1. 6. 7.

**Apostoli. m  
ath. 19.**

<sup>d</sup> meam

<sup>e</sup> vel fallacibus oculis.

<sup>f</sup> notes.

<sup>g</sup> piscelides. num. 30. iudicu. 7.

<sup>h</sup> raptura.

<sup>i</sup> adustio & pulchritudine viri.

10 sunt eis mala. <sup>1</sup> Dicite iusto quoniam be-  
ne, quoniam fructum adinventionum  
11 suarum comedet. <sup>2</sup> Vae impio in ma-  
lum: retributio enim manuum eius fiet  
12 ei. <sup>3</sup> Populum meum exactores sui spolia-  
uerunt, & mulieres dominatae sunt eis.  
C Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi  
te decipiunt, & viam gressuum tuorum  
13 dissipant. <sup>4</sup> Stat ad iudicandum Domi-  
14 nus, & stat ad iudicandos populos. <sup>5</sup> Dñs  
ad iudiciu veniet cum senibus populi sui,  
& principibus eius: vos enim depasti estis  
vineam, & rapina pauperis in domo ve-  
15 stra. <sup>6</sup> Quare atteritis populum meum, & fa-  
cies pauperum commolitis, dicit Dominus  
16 Deus exercituum? <sup>7</sup> Et dixit Dominus, Pro  
eo quod eleuatae sunt filiae Sion, &ambu-  
lauerunt extento collo, & nutibus <sup>8</sup> oculo-  
rum, ibant & plaudebant: ambulabant, &  
pedibus suis composito gradu incedebant:  
17 <sup>9</sup> Decaluet Dominus verticem filiarum Siō,  
18 & Dominus crinem <sup>4</sup> earum nudabit. <sup>10</sup> In die  
D illa auferet Dominus ornamentum cal-  
19 ceamentorum, & lunulas, & torques, &  
monilia, & armillas, & mitras, & disci-  
20 minalia, & periscelidas, & murenulas, &  
21 olfactoriola, & innaures, & annulos, &  
22 gemmas <sup>11</sup> in fronte pendentes, & mutato-  
23 ria, & palliola, & linteamina, & acus, &  
specula, & sindones & vittas, & thestris-  
24 <sup>12</sup> tra. <sup>13</sup> Et erit pro suauis odore foetor, & pro zo-  
na funiculus, & pro crispante crine calui-  
25 <sup>14</sup> tiu, & pro fascia pectorali cilicium. <sup>15</sup> Pul-  
cherrimi quoque viri tui gladio cadent,

A 5

&



*chry. bern. in. 2. fm.  
pentecost.*

*aug. li. 20. de ciuit.*

*del. c. 25. et castro*

*li. 12. de heres. xlv.*

*purgatoriū heres.*

*1. prima. ex his*

*vobis pbat purga*

*toriū.*

*vel inter uiuotes.*

*quando.*

*sup loca sig.*

*tegmen.*

*Y nunc.*

*6 amici.*

*4 de vinea sua.*

*1. in colle loco p̄*

*qui.*

*plantis vitis opti*

*m̄q.*

& fortes tui in praelio. Et moerebunt at- 36  
que lugebunt portæ eius, & desolata in  
terra sedebit.

CAP. IIII.

ET apprehendent septem mulieres vi- 1  
rum vnū in die illa, dicentes, Panē no- A  
strum comedemus, & vestimentis nostris  
operiemur: tantummodo inuocetur no-  
men tuum super nos, aufer opprobrium  
nostrum. In die illa erit germen Domini **ieso**  
in magnificentia, & gloria, & fructus ter-  
ræ sublimis, & exultatio his qui saluati  
fuerint de Israël. Et erit: omnis qui reli- 3  
ctus fuerit in Siō, & residuus in Ierusalē,  
sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est  
in vita in Ierusalem. Si abluerit Dominus 4  
sordes filiarum Sion, & sanguinem Ieru-  
salem lauerit de medio eius in spiritu iu-  
dicij & spiritu ardoris. Et creabit Domi- 5  
nus super omnem locum Montis Sion, &  
ybi inuocatus est, nubē per diē, & fumum  
& splendorem ignis flammantis in nocte.  
super omnem enim gloriā protectio. Et 6  
tabernaculū erit in vmbraculum diei ab  
æstu, & in securitatem & absconsionem  
à turbine & à pluuia.

CAP. V. 6

C Antabo dilecto meo canticū patru- 1  
elis mei vineæ suæ. Vineam facta est 2  
dilecto meo in cornu filio olei. Et A  
sepiuit eā, & lapides elegit ex illa, & plan-  
tauit eā electam, & ædificauit turrim in  
medio eius, & torcular extruxit in ea: &  
expectauit vt faceret uvas, & fecit labrus-  
cas. Nunc ergo habitatores Ierusalē, & 3  
viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam.  
Quid



4<sup>o</sup> Quid est quod debui ultra facere vinearum  
 mearum, & non feci ei? an quod expectavi ut  
 5 faceret vuas, & fecit labruscas? Et nunc  
 B ostendam vobis quid ego faciam vinearum  
 mearum. Auferam sepem eius, & erit in dire-  
 6 conculcationem. Et ponam eam deser-  
 tam: non putabitur, & non fodietur: &  
 ascendet vepres & spine: & nubibus man-  
 7 dabo ne pluatur super eam imbrem. Vineam  
 enim Domini exercituum, domus Israel est:  
 & vir Iuda, germen eius delectabile: & ex-  
 8 pectavi ut faceret iudicium, & ecce iniqui-  
 9 tas: & iustitiam, & ecce clamor. Vae, qui  
 coniungitis domum ad domum, & agrum  
 agro copulatis vsque ad terminum loci.  
 nunquid habitabitis vos soli in medio  
 9 terrarum? In auribus meis sunt haec, dicit  
 C Dominus exercituum, Nisi domus mul-  
 10 te deserte fuerint grandes & pulchre, ab-  
 11 que habitatore. Decem enim iugera vi-  
 nearum facient lagunculam vnam, & tri-  
 12 ginta modij semetis facient modios tres.  
 13 Vae, qui consurgitis mane ad ebrietatem  
 sectandam, & potandum vsque ad vesperam,  
 14 ut vino aestuetis. Cithara, & lyra, & tym-  
 panum, & tibia, & vinum in conuiujs  
 vestris: & opus Domini non respicitis,  
 nec opera manuum eius consideratis. Pro-  
 pterea captiuus ductus est populus meus,  
 quia non habuit scientiam, & nobiles eius  
 interierunt fame, & multitudo eius siti  
 14 exaruit. Propterea dilatauit infernus ani-  
 D mam suam, & aperuit os suum absque vlllo  
termino

Sup. i. b. 7.

\*super eam

1  
scabies.

3

Donec non sit locus su-  
baudi. alijs.

hec dixit mihi dñs.

haec Domi-  
ni exerci-  
tuum 7.bathu vnu: et seme-  
tis homer facient. 8  
pha.5  
preter mores.



<sup>1</sup>  
opulencia eig et exu-  
ltans in ea.

<sup>c</sup>  
vel sitg appozebit  
pp iustitia.

<sup>o</sup>  
morem.

PROV. 3. 4. 7.  
ROM. 12. d. 16

<sup>2</sup>  
quisquiliis flamma  
putredo.

<sup>4</sup>  
cōtēpserūt.

<sup>o</sup>  
Sicut excisio.

termino: & descendēt fortes eius, & popu-  
lus eius, & sublimes gloriosiq; eius ad eū.  
⁹ Et incuruabitur homo, & humiliabi- 15  
tur vir, & oculi sublimium deprimentur.  
⁹ Et exaltabitur Dominus exercituum in 16  
iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in  
iustitia. ⁹ Et pascentur agni iuxta ordinē 17  
suum, & deserta in hubertatem versa ad-  
uenæ comedent. ⁹ Væ, qui trahitis iniqui- 18  
tatem in funiculis vanitatis, & quasi vin-  
culum plaustrum peccatum. ⁹ Qui dicitis, 19  
Festinet, & citò veniat opus eius vt videa- E  
mus: & appropiet, & veniat consilium  
sancti Israël, & sciemus illud. ⁹ Væ, qui 20  
dicitis malum bonum, & bonum malū:  
ponētes tenebras lucem, & lucem tene-  
bras: ponentes amarum in dulce, & dulce  
in amarum. ⁹ || Væ, qui sapientes estis in 21  
oculis vestris, & coram vobismetipsis pru-  
dentes. ⁹ Væ, qui potentes estis ad biben- 22  
dum vinum, & viri fortes ad miscendam  
ebrietatem. ⁹ Qui iustificatis impium pro 23  
muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab  
eo. ⁹ Propter hoc sicut deuorat stipulam 24  
lingua ignis, & calor flammæ exurit:  
sic radix eorum quasi fastilla erit, & ger- F  
men eorum vt puluis ascendet. Abiece-  
runt enim legem Domini exercituum,  
& eloquium sancti Israël blasphema-  
uerunt. ⁹ Ideò iratus est furor Domini 25  
in populum suum, & extendit manum  
suam super eum, & percussit eum: & cō-  
turbati sunt montes, & facta sunt mor-  
ticina eorum quasi stercus in medio pla-  
tearum.



tearum. In his omnibus non est auersus  
 furor eius, sed adhuc manus eius exten-  
 26 ta. <sup>?</sup> Et eleuabit signum in nationibus  
 procul, & sibilabit ad eum de finibus ter-  
 27 ræ: & ecce festinus velociter veniet. <sup>?</sup> Nō  
 G est deficiens, neque laborans in eo. nō dor-  
 mitabit, neque dormiet, neque soluetur  
 cingulum renum eius, nec rumpetur cor-  
 28 rigia calceamenti eius. <sup>?</sup> Sagittæ eius acu-  
 tæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ  
 equorum eius vt filex, & rotæ eius quasi  
 29 impetus tempestatis. <sup>?</sup> Rugitus eius vt leo-  
 nis, rugiet vt catuli leonū: & frendet, &  
 tenebit prædam, & amplexabitur, & non  
 30 erit qui eruat. <sup>?</sup> Et sonabit super eum in  
 die illa sicut sonitus maris, aspiciemus in  
 terram, & ecce tenebræ tribulationis, &  
 lux obtenebrata est in caligine eius.

## CAP. VI.

1 I N anno quo mortuus est rex Ozias, vi-  
 A di Dominum sedentem super solium  
 excelsum & eleuatum: \* & ea quæ sub ip-  
 2 so erāt replebāt templū. <sup>?</sup> Seraphim stabāt  
 super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri.  
 duabus velabant faciem eius, & duabus  
 B velabant pedes eius, & duabus volabant.  
 3 <sup>?</sup> Et clamabant alter ad alterum, & dice-  
 bant, || Sanctus sanctus sanctus Dominus  
 -Deus exercituum, plena est omnis terra  
 4 gloria eius. <sup>?</sup> Et cōmota sunt superlimina-  
 ria cardinum à voce clamātis, & domus  
 5 repleta est fumo. <sup>?</sup> Et dixi, Væ mihi, quia  
 tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, &  
 in medio populi polluta labia habentis  
 ego

<sup>a</sup>  
 tribulatio.  
 celis.

<sup>b</sup>  
 fimbriæ sig.

\* & plena  
 erat domus  
 à maiestate  
 eius.

1  
 sunt

2  
 suos.

3  
 igne signat. 24. 9. 7.

Apsc. 4. c. 8.

3.  
 trinitas.

D. Greg. 7. mor. c. 7.



vel corbo.

2 *Atigit 3.*  
**Trinitas.**

*a*  
 impingua.

*o* Mat. 13. b. 14  
*o* Mar. 4. b. 12  
*o* Luc. 8. b. 10.  
*o* 9. 79. *o* Joan. 12. f. 40  
*o* 7. *o* Act. 28. f. 26.  
*o* Rem. 11. b. 8.  
**c. in scripturis.**  
 8. 9. 1. 1

*c*  
 multiplicabit sub  
 audi dies.

*7*  
 1. decima parte  
 manebit.

*f*  
 sed de pasta sicut  
 tilia et quercus q  
 ru folia dirupta  
 Et manet stipes.  
 Sic truce fidel est  
 semē sanctus.

3. Re. 16. 4. 5

*o*  
 cum.

ego habito, & regē Dñm exercituum vi-  
 di oculis meis. <sup>6</sup> Et volauit ad me vnus  
 de Seraphim, & in manu eius calculus,  
 quem forcipe tulerat de altari. <sup>7</sup> Et teti-  
 git os meū, & dixit, Ecce tetigi hoc labia  
 tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatū  
 tuum mundabitur. <sup>8</sup> Et audiui vocē Dñi  
 dicentis, Quem mittā? & quis ibit nobis?  
 Et dixi, Ecce ego, mitte me. <sup>9</sup> Et dixit, Va-  
 de, & dices populo huic, Audite audien-  
 tes, & nolite intelligere: & videte visionē,  
 & nolite cognoscere. <sup>10</sup> Excæca cor popu-  
 li huius, & aures eius aggraua: & oculos  
 eius claude: ne fortē videat oculis suis, &  
 auribus suis audiat, & corde suo intelli-  
 gat, & cōuertatur, & sanē eum. <sup>11</sup> Et dixi,  
Vsquequo Dñe? Et dixit, Donec desolētur  
 ciuitates absque habitatore, & domus si-  
 ne homine: & terra relinquetur deserta.  
<sup>12</sup> Et lōgē faciet Dominus homines, & mul-  
tiplicabitur quę derelicta fuerat in medio  
 terræ. <sup>13</sup> Et adhuc in ea decimatio, & con-  
 uertetur, & erit in ostensionē sicut terebin-  
 thus, & sicut quercus quę expādit ramos  
suos: semen sanctū erit id q̄ steterit in ea.

## CAP VII.

**E**T factum est in diebus Achaz filij Ioa-  
 than, filij Ozię regis Iuda, ascendit Ra-  
 sin rex Syrię, & Phacee filius Romelię rex  
 Israēl in Ierusalem, ad præliandum con-  
 tra eam: & non potuerūt debellare eam.  
<sup>2</sup> Et nuntiauerunt domui David, dicen-  
 tes, Requieuit Syria super Ephraim, & cō-  
 motum est cor eius, & cor populi eius:  
 sicut



sicut mouentur ligna sylvarum à facie  
 3 venti. Et dixit Dominus ad Isaiam, Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Isasub filius tuus, ad extremum aqueductus piscine superioris in via Agri-  
 4 fullonis. Et dices ad eum, Vide vt fileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à  
 5 duabus caudis titionum fumigantiū istorum in ira furoris Rasin<sup>n</sup> regis<sup>i</sup> Syriae, & filij Romeliae: eo quòd consilium inie-  
 6 rit contra te Syria in malum, Ephraim, & filius Romeliae, dicentes, Ascendamus ad  
 7 Iudam, & fuscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in me-  
 8 dio eius filium Tabeel. Hæc dicit Dominus Deus, Non stabit, & non erit istud:  
 9 sed caput Syriae Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque  
 10 anni, & desinet Ephraim esse populus: & caput Ephraim Samaria, & caput Samarie  
 11 filius Romeliae. Si nõ credideritis, nõ permanebitis. Et adiecit Dominus loqui ad  
 12 Achaz, dicens, Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue  
 13 in excelsum supra. Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominum. Et dixit, Audite ergo domus David, Nunquid parum vobis est, molestos esse homini-  
 14 bus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signū:  
 15 Ecce, virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Quia antequam  
 16

a  
sem iasub.

c  
obfua vt securg  
sis.

mollifcent.

fz angatur Ephraim  
ne sit.

10. 6. 0

D. aug. li. 2. de doct.

chr. c. 12. dit q. ali

a hñ hñ nisi credi

deritis nõ intelligi

etis. et. d. thomas.

2. 2. q. 8. art. 8. ar

gumelo. 2. 9. Si

ta hñ 70. trans

latio.

7  
idlo est qz nõ estis  
stabiles.

5  
pregnans.

2  
vocabit subnudi  
ipsa.

Mat. 1. d. 23.

Luc. 1. c. 31.

vocabitis

vocabis 70.

8

D. bern. in sm. 2.

aduentu.

iesu.



requam sciat puer reprobare malum, &  
 eligere bonum, derelinquetur terra quam  
 tu detestaris à facie duorum regum suo-  
 rum. <sup>17</sup> Adducet Dominus super te, & su-  
 per populum tuum, & super domum pa-  
 tris tui dies qui non venerunt à diebus se-  
 parationis Ephraim à Iuda cum rege Assy-  
 riorum. <sup>18</sup> Et erit in die illa: sibilabit Domi-  
 nus muscæ quæ est in extremo fluminum  
 Egypti, & api quæ est in terra Assur: <sup>19</sup> &  
 venient, & requiescent omnes in torren-  
 tibus valliù, & in cauernis petrarum, &  
 in omnibus fructetis, & in vniuersis fora-  
 minibus. <sup>20</sup> In die illa radet Dominus in  
 nouacula conducta in his qui trans flu-  
 men sunt, in rege Assyriorum, caput &  
 pilos pedum, & barbam vniuersam. <sup>21</sup> Et  
 erit in die illa: nutriet homo vaccam boui,  
 & duas oues, <sup>22</sup> & præ hubertate lactis co-  
 medet butyrum: butyrum enim & mel  
 manducabit omnis qui relictus fuerit in  
 medio terræ. <sup>23</sup> Et erit in die illa: omnis  
 locus vbi fuerint mille vites, mille argen-  
 teis, in spinas & in vepres erunt. <sup>24</sup> Cum  
 sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres  
 enim & spinæ erunt in vniuersa terra.  
<sup>25</sup> Et omnes montes qui in sarculo sarrien-  
 tur, non veniet illuc terror spinarum &  
 veprium, & erit in pascua bouis, & in cõ-  
 culationem pecoris.

## CAP. VIII.

ET dixit Dominus ad me, Sume tibi li-  
 brum grandem, & scribe in eo stylo  
 hominis, Velociter spolia detrahe, citò  
 prædate.

*desertor.*

*spinis*

*vilissimis arboribg.*

*Re: 19. d 35*

*cõsumat.*

*vel ad mōtes autē  
oēs qui sarculo sar-  
riebatur. nō ascēdet  
metu.*

*vt accēderet prædati  
festinet spoliata.*



maria scilicet  
 luc. 1. in canti-  
 co. magnific  
 at prophetat.  
**IESUS.**

de chro. D. bern.  
 sm. 1. in vigilia na-  
 tivitatis dñi.

ioñ. 9.

accingite vos.

quasi appropinquare  
 retine manu, et.

palatium.

Luc. 2. e. 34.

Rom. 9. 2. 32.

1. Pet. 2. 6. 6.

**IESO**

2 predare. Et adhibui mihi testes fideles V-  
 riam sacerdotem, & Zachariam filium Ba-  
 rachie: & accessi ad prophetissam, & con-  
 cepit, & peperit filium. Et dixit Dominus  
 ad me, Voca nomen eius Accelera-spolia-  
 4 detrahete, Festina-predari. Quia antequam  
 sciat puer vocare patrem suum & matrem  
 suam, auferetur fortitudo Damasci, & spo-  
 5 lia Samariæ coram rege Assyriorum. Et  
 adiecit Dominus loqui ad me adhuc, di-  
 6 cens, Pro eo quod abiecit populus iste  
 7 aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, & as-  
 sumpsit magis Rafin, & filium Romeliæ:  
 8 propter hoc ecce Dñs adducet super eos  
 B aquas fluminis fortes & multas, regem Assy-  
 riorum & omnem gloriam eius: & ascen-  
 det super omnes riuos eius, & fluet super  
 9 vniuersas ripas eius, & ibit per Iudam, inun-  
 das, & transiet vsq; ad collum veniet. Et erit  
 extensio alarum eius, implens latitudinem ter-  
 10 ræ tuæ o Emmanuel. Congregamini po-  
 puli, & vincimini, & audite vniuersæ pro-  
 cul terræ: confortamini & vincimini, accin-  
 11 gite vos & vincimini. inite consilium &  
 dissipabitur: loquimini verbum, & non  
 fiet: quia nobiscum Deus. Hæc enim ait Do-  
 minus ad me, Sicut in manu forti erudiuit  
 12 me, ne ire in via populi huius, dices, Non  
 C dicatis, coniuratio. omnia enim quæ loqui-  
 tur populus iste, coniuratio est: & timorem  
 13 eius ne timeatis, neque paucatis. Dominum  
 exercituum ipsum sanctificate: ipse  
 14 pavor vester, & ipse terror vester. Et erit  
 vobis in sanctificationem. In lapidem au-

B

tem



requirit.

garrunt et lo-  
quuntur et a  
iuratoribus:

induratus.

iesu. Heb. 2. d. 13.

Apost.  
dissa. oli.

3.

tem offensionis; & in petram scādali dua-  
bus domibus Israël, in laqueum & in rui-  
nam habitātibus Ierusalem. Et offendēt 15  
ex eis plurimi, & cadēt & cōterentur, &  
irretiētur & capientur. Liga testimoniū, 16  
signa legem in discipulis meis. Et expe- 17  
ctabo Dñm qui abscondit faciem suam  
à domo Iacob, & præstolabor eum. Ec- 18  
ce, ego & pueri-mei quos dedit mihi Do D  
minus in lignum, & in portentum Israël  
à Dño exercituum, qui habitat in monte  
Sion. Et cūm dixerint ad vos, Quærite à 19  
pythonibus, & à diuinis qui strident in  
incantationibus suis: Nunquid non popu-  
lus à Deo suo requirit-visionem? pro vi-  
uis à mortuis? Ad legem magis, & ad te- 20  
stimonium. Quòd si non dixerint iuxta  
verbum hoc, non erit eis matutina lux.  
Et trāsibit per eam, corruet, & esuriet: & 21  
cūm esurierit, irascetur, & maledicet re-  
gi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum. Et 22  
ad terram intuebitur, & ecce tribulatio  
& tenebræ, dissolutio & angustia, & ca-  
ligo persequens, & non poterit auolare  
de angustia sua.

## CAP. IX.

Mat. 4. c. 15.

Gentium  
populus 12.2. g. 7. c. nos.  
de sac. vnc. c.  
unico.

Primo tempore alleuiata est terra Za- 1  
bulon & terra Nephthali, & nouissi- A  
mo aggrauata est via maris trans Iorda-  
nem Galilææ Gentium. Populus qui am-  
bulabat in tenebris, vidit lucem magnā: iesu  
habitantibus in regione vmbre mortis, mat.  
lux orta est eis. Multiplicasti gentem, non 3  
magnificasti lætitiā. Lætabuntur coram  
te, sicut qui lætantur in messe, sicut exul-  
tant



*qui pugnat. pac  
genti.*

tant victores capta præda, quando diui-  
4 dunt spolia. <sup>?</sup> Iugum enim oneris eius,  
& virgam humeri eius, & sceptrum exa-  
ctoris eius superasti, <sup>||</sup> sicut in die Madian.

*Indi. 7. f. 22.*

5 <sup>?</sup> Quia omnis violenta prædatio cum  
tumultu, & vestimentum multum san-  
guine erit in combustionem & cibus i-  
6 gnis. <sup>||</sup> P A R V V L V S ENIM N A T V S est

*LUC. 2. 4. 7.*

**iesu**

7 nobis, & filius datus est nobis, & factus  
est principatus super humerum eius: &  
vocabitur nomen eius admirabilis, con-  
siliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi,

*in perpetuum.*

8 princeps pacis. <sup>?</sup> Multiplicabitur eius im-  
perium, & pacis non erit finis: super soliū  
David, & super regnum eius sedebit: vt  
confirmet illud, & corroboret in iudicio  
& iustitia a modò & vsque in sempiter-  
nū. zelus Domini exercituum faciet hoc.

*- . 2.*

9 Verbū misit Dñs in Iacob, & cecidit in

*D. 27. 2. 2. mor  
c. 70.*

10 Israël. <sup>?</sup> Et sciet omnis populus Ephraim,  
& habitantes Samariam, in superbia &

11 magnitudine cordis dicētes, <sup>?</sup> Lateres ce-  
ciderunt, sed quadris lapidibus ædifica-  
blimus: sycomoros succiderunt, sed ce-

*in locū eoz pla  
tabim.*

12 dro s immutabimus. <sup>?</sup> Et eleuabit Dñs ho-  
stes Rasin super eum, & inimicos eius in

*Simul cōgrega  
bit.*

13 tumultūm vertet. <sup>?</sup> Syriam ab oriente, &  
Philisthiim ab occidente: & deuorabunt

14 C Israël toto ore. In omnibus his non est  
auersus furor eius, sed adhuc manus eius

15 extenta: <sup>?</sup> & populus non est reuersus ad  
percutientē se, & Dñm exercituū non in-

*ramū et iuncuz*

16 quisierunt. <sup>?</sup> Et disperdet Dñs ab Israël ca-  
put & caudā, incuruantē & refrænantē

*deprauantē*

B 2

dic



*aut*  
*aut si pediti.*  
*7 Eleuabit sese*  
*aut Eleuatur*  
*fung.*  
*obscurata.*

die vna. <sup>9</sup> Lōgæuus & honorabilis, ipse est <sup>15</sup>  
 caput: & propheta docēs mendaciū, ipse  
 est cauda. <sup>9</sup> Et erunt, qui beatificant popu- <sup>16</sup>  
 lum istū seducētes, & qui beatificantur,  
præcipitati. <sup>9</sup> Propter hoc super adolescen- <sup>17</sup>  
 tulus eius non lætabitur Dominus: & pu- <sup>D</sup>  
 pillorū eius & viduarum non miserebi-  
 tur: quia omnis hypocrita est & nequā, &  
 vniuersum os locutum est stultitiam. In  
 omnibus his non est auersus furor eius,  
 sed adhuc manus eius extenta. <sup>9</sup> Succen- <sup>18</sup>  
 sa est enim quasi ignis impietas, veprem  
 & spinam vorabit: & succendetur in den-  
 sitate saltus, & conuoluetur superbia fu-  
mi. <sup>9</sup> In ira Domini exercituum contur- <sup>19</sup>  
 bata est terra, & erit populus quasi esca  
 ignis: vir fratri suo non parcat. <sup>9</sup> Et de- <sup>20</sup>  
 clinabit ad dexteram, & esuriet: & co-  
 medet ad sinistram, & non saturabitur:  
 vnusquisque carnem brachij sui vorabit.  
<sup>9</sup> Manasses Ephraim, & Ephraim Manaf- <sup>21</sup>  
 sen, simul ipsi cōtra Iudam. In omnibus  
 his non est auersus furor eius, sed adhuc  
 manus eius extenta.

vel. O. aut. heu.

C A P. X.

*in alioz hoium*  
*9.9.3.*  
*2 nisi cu incuru-*  
*bitur sub vin-*  
*culo. Et cadetis*  
*inter occisos.*

V<sup>9</sup> Æ qui condunt leges iniquas: & scri- <sup>1</sup>  
 bētes, iniustitiā scripserūt: <sup>9</sup> vt oppri- <sup>2</sup>  
 merēt in iudicio pauperes, & vim facerēt A  
 causæ humilium populi mei. vt essent  
 viduæ præda eorū, & pupillos diriperent.  
<sup>9</sup> Quid facietis in die visitationis, & cala- <sup>3</sup>  
 mitatis de longe veniētis? ad cuius confu-  
 gietis auxilium? & vbi derelinquetis glo-  
 riā vestrā, ne incuruemini sub vinculo, <sup>4</sup>  
 &



& cum interfectis cadatis? Super omnibus  
 his non est auersus furor eius, sed adhuc  
 3 manus eius extēta. Væ Assur, virga furo-  
 ris mei & baculus ipse est, in manu eorū  
 6 indignatio mea. Ad gentem fallacē mit-  
 B tam eum, & contra populum furoris mei  
 mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat  
 prædam, & ponat illum in conculcacio-  
 7 nem quasi lutum platearum. Ipse autē  
 non sic arbitrabitur, & cor eius non ita  
 existimabit: sed ad conterendum erit cor  
 eius, & ad internecionem gentium non  
 8 paucarū. Dicit enim, Nunquid nō prin-  
 9 cipes mei simul reges sunt? Nunquid nō  
 vt Charcamis, sic Calano: & vt Arphad,  
 sic Emath? nunquid non vt Damascus,  
 10 sic Samaria? Quo modo inuenit ma-  
 nus mea regna idōli, sic & simulachra  
 11 eorum de Ierusalem & de Samaria. Nū-  
 C quid non sicut feci Samariæ & idōlis  
 eius, sic faciam Ierusalem & simulachris  
 12 eius? Et erit: cū impleuerit Dominus  
 cuncta opera sua in monte Sion & in Ie-  
 rusalem, visitabo super fructum magni-  
 fici cordis regis || Assur, & super gloriam  
 13 altitudinis oculorum eius. Dixit enim,  
 in fortitudine manus meę feci, & in sa-  
 pientia mea intellexi: & abstuli terminos  
 populorum, & principes eorum depræda-  
 tus sum, & detraxi quasi potens in su-  
 14 blimi residentes. Et inuenit quasi nidū  
 manus mea fortitudinem populorū: &  
 sicut colliguntur ova quæ derelicta sunt,  
 sic vniuersam terram ego congregaui: &

Eius.

c. remittuntur.  
22. 9. 5.

4. Re. 19. 8. 35

Infr. 37. 2. 35

preparata.

habitantes.



CAP. X.  
c. inferior. 21. d.

cū ipse deus tñ fa-  
cile leuat virgā  
simul cū illō qui  
eleuat eā. qñ fa-  
cile eleuat bacu-  
lū qui nō est arbor.

ignem  
flāmam.

agri culti.

dissoluti vt vep-  
illifer.

vin veritate  
reliquia 14.  
Rom. 9. f. 27.  
Ius. 11. c. 11.

vel cōsumptio ab-  
breuiatā afferet  
iustitiā eū abun-  
dantia.

ad cōsumptionē.

non fuit qui moueret pennam, & aperi-  
ret os, & ganniret. <sup>15</sup> Nunquid gloriabi-  
tur securis contra eū qui secat in ea? aut D-  
exaltabitur serra cōtra eū à quo trahitur?  
quomodò si eleuetur virga cōtra eleuan-  
tē se, & exaltetur baculus qui utiq; li-  
gnum est. <sup>16</sup> Propter hoc mittet Domina-  
tor Dñs exercituū, in pinguib⁹ eius tenui-  
tatē: & subtus gloriā eius succēsa ardebit  
quasi cōbustio ignis. <sup>17</sup> Et erit lumē Israēl  
in igne, & Sanctus eius in flāma: & succē-  
detur, & deuorabitur spinagius, & vepres  
in die vna. <sup>18</sup> Et gloria saltus eius, & car-  
meli eius ab anima vsque ad carnem con-  
sumetur, & erit terrōre profugus. <sup>19</sup> Et re-  
liquiæ ligni saltus eius præ paucitate nu-  
merabuntur, & puer scribes eos. <sup>20</sup> Et erit  
in die illa: non adiiciet residuū Israēl, &  
hi qui fugerint de domo iacob, inniti su-  
per eo qui percutit eos: sed inniteretur su-  
per Dominū sanctum Israēl, <sup>21</sup> in veritate.  
Reliquiæ cōuertētur, reliquię, inquam, <sup>22</sup>  
iacob ad Deū fortem. <sup>23</sup> Si enim fuerit po-  
pulus tuus Israēl quasi arena maris, reli-  
quię cōuertentur ex eo, consummatio ab-  
breuiata inūdabit iustitiā. <sup>24</sup> Cōsummatio-  
nē enim & abbreviationē Dñs Deus exer-  
cituū faciet in medio omnis terræ. <sup>25</sup> Pro-  
pter hoc, hæc dicit Dñs Deus exercituū,  
Noli timere populus meus habitator Siō,  
ab Assur, in virga percutiet te, & baculū  
suū leuabit super te in via Ægypti. <sup>26</sup> Ad-  
huc enim paululū modicūq; , & cōsum-  
mabitur indignatio & furor meus super  
scelus

iesu

F



- 26 scelus eorum. <sup>9</sup> Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum, iuxta plagam Madiã in Petra-Oreb, & virgam suã super mare, & leuabit eã in via Ægypti, <sup>1</sup> Et erit in die illa: auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & cõputrescet iugum à facie olei. <sup>9</sup> Veniet in Aiath, transibit in Magron: apud Machmas commendabit vasa sua. <sup>9</sup> Transierunt cursim Gabã sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. <sup>9</sup> Hinni voce tua filia-Gallim, attede Laifa, paupercula Anathoth. <sup>9</sup> Migravit Medemena: habitatores Gabim confortamini. <sup>9</sup> Adhuc dies est, vt in Nobe stetur: agitabit manum suam super montem filia Sion, collem Ierusalem. <sup>9</sup> Ecce, dominator Dominus exercituum confringet lagunculã in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. <sup>9</sup> Et subuertentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

## CAP. XI.

- 1 Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. <sup>9</sup> Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiẽ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiã & pietatis. <sup>9</sup> Et replebit eum spiritus timoris Domini: non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet: <sup>9</sup> Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terrã: & percutiet terram virga

Infr. 37. g. 36

Iudi. 7. g. 25.

<sup>2</sup> 1. chri. barna. in serm. 1. in vig. natiuitatis.

<sup>3</sup> pp. pinguedine.

<sup>4</sup> recensuit exercitu suuz.

<sup>5</sup> vadu. in gaban diuerso pnoe tarunt.

<sup>6</sup> vel congregamini.

<sup>7</sup> excidit ramu in robore.

<sup>8</sup> 3

<sup>9</sup> matia. barn. 1. et. 2. sm. nducta et hom. 2. supm. sus est.

<sup>10</sup> 4

<sup>11</sup> 5

<sup>12</sup> 6 timoris dñi et ipse bñ spiritus su facit et in timore.

<sup>13</sup> 7

<sup>14</sup> 8 suos. pp. mansuetos.

<sup>15</sup> 9

<sup>16</sup> 2. Tess. 2. c. 8



ga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. ¶ Erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renium eius.

Infr. 65. d. 25

vnicen

lib. 17. mor. 27  
egor. c. 18.

foramina.

¶ Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. ¶ Vitulus, & ursus pascentur: simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas. ¶ Et delectabitur infans ab habere super foramine aspidis: & in ca

quærent

Rom. 15. c. 12

1  
Sup. 10. c. 22.  
regies sig in  
gloria.

uerna reguli, qui ab lactatus fuerit manum suam mittet. ¶ Non nocebunt, & non occident in vniuerso monte sancto meo quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes. ¶ In die illa

radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. ¶ Et erit in die illa: adiiciet Dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab

Ægypto, & à Phethros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. ¶ Et leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israël, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. ¶ Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim. ¶ Et volabunt in humeros Philisthim per mare, simul prædabuntur filios Orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filij Ammon obediens erunt. ¶ Et desolabit Dominus

crux.

2  
Erat immissio.

15.

12  
13  
14  
D  
15  
minus



minus linguam maris Ægypti, & leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septē riuus, ita vt transeant per eum calceati.

16 <sup>?</sup> Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis: sicut fuit Israël in die illa qua ascendit de terra Ægypti.

## CAP. XII.

1 **A** <sup>E</sup>T dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me.

2 <sup>?</sup> Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus \* & factus est mihi in salutem.

3 <sup>?</sup> Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.

4 <sup>?</sup> Et dicetis in die illa, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinventiones eius: mentote quoniā excelsum est nomē eius.

5 <sup>?</sup> Cantate Domino quoniam magnificē fecit: annuntiate hoc in vniuersa terra.

6 <sup>?</sup> Exulta, & lauda habitatō Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israël.

## CAP. XIII.

1 **O** Nus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. <sup>?</sup> Super mōtem caliginō-

2 **A** sum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces.

3 <sup>?</sup> Ego mādaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea.

4 <sup>?</sup> Vox multitudinis in mōtibus, quasi

Fius.

Exo. 14. g. 39

cōfidat.

iesg.

salutis vel salu

fortibus.

Exod. 15. a. 2.

Psa. 117. e. 14

\*Dens. 10.

chri plage.

magnifica fe

cit: vt sciatur ha

Exalta vocem.

habitatix.

vel yphetin

Eleuantuz.

1. preparatis a

me psis.



quasi populorum frequentium, vox sonitus regum & gentium congregatarum: Dominus exercituum præcepit militiæ belli, <sup>1</sup>venientibus de terra procul, à summitate cæli: Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terram. <sup>2</sup>Vlulate, quia propè est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet. <sup>3</sup>Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet <sup>4</sup>& conteretur. Torſiones & dolores tenebunt, quasi parturientis <sup>5</sup>dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus corû. <sup>6</sup>Ecce dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus, & iræ, furorisque, ad ponendam terram in solitudinē, & peccatores eius conterendos de ea:

<sup>7</sup>Quoniam stellæ cæli, & splendor earû <sup>8</sup>non expandent lumen suum: <sup>9</sup>obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. <sup>10</sup>Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiã fortium humiliabo. <sup>11</sup>Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. <sup>12</sup>Super hoc, cælum turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Dñi exercituû, & propter diem iræ furoris eius. <sup>13</sup>Et erit quasi damula fugiēs, & quasi ovis: & nõ erit qui congreget: vnusquisque ad populum suû conuertetur, & singuli ad terrã suã fugient. <sup>14</sup>Omnis qui inuentus fuerit, occidetur: & omnis qui superuenerit, cadet

Exe. 32. b. 7.

Ioel 3. c. 15.

Mat. 24. c. 29.

Marc 13. c. 24.

Luc. 21. c. 25.

<sup>a</sup>  
fortium.<sup>o</sup>  
pretiosiorẽ  
ciõ virũ.

idcirco.

<sup>i</sup>  
attonita.



16 det in gladio. <sup>9</sup> ¶ Infantes eorum alliden-  
 tur in oculis eorū: diripientur domus eo-  
 17 rum, & vxores eorum violabuntur. <sup>9</sup> Ecce  
 ego suscitabo super eos Medos, qui argen-  
 18 tum non quærant, nec aurum velint<sup>s</sup>. sed  
 sagittis paruulos interficiēt, & lactentibus  
 vteri non miserebūtur, & super filios non  
 19 parceret oculus eorū. <sup>9</sup> Et erit Babylon illa  
 gloriosa in regnis, inclyta in superbia  
 Chaldæorum, sicut subuertit Dñs Sodo-  
 20 mam & Gomorrhā. <sup>9</sup> Non habitabitur  
 vsque in finem, & non fundabitur vsque  
 ad generationē & generationē: nec ponet  
 ibi tentoria Arabs, nec pastores requies-  
 21 cent ibi. <sup>9</sup> Sed requiescēt ibi bestia, & re-  
 plebuntur domus eorū draconibus: & ha-  
 bitabūt ibi struthiones, & pilosi saltabūt  
 22 ibi: <sup>9</sup> & respondebūt ibi vlulæ in ædibus  
 eius, & sirenes in delubris voluptatis.

## CAP. XIII.

1 **P**rope est vt veniat tempus eius, & dies  
 eius non elongabuntur. Miserebitur  
 enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de  
 Israël, & requiescere eos faciet super hu-  
 mum suam: adiungetur aduena ad eos,  
 2 & adhærebit domui Iacob. <sup>9</sup> Et tenebunt  
 eos populi, & adducēt eos in locum suū:  
 & possidebit eos domus Israël super terrā  
 Domini in seruos & ancillas: & erunt ca-  
 pientes eos qui se ceperant, & subiicient  
 3 exactores suos. <sup>9</sup> Et erit in die illa: cū re-  
 quiem dederit tibi Deus à labore tuo, &  
 à concussionē tua, & à seruitute dura qua  
 4 antè seruisti, <sup>9</sup> fumes parabolam istam cō-  
 tra

Psal. 136. b. 2.  
 negrimabūt.

//  
 seculū.

Gen. 19. r. 24.  
 habitabitur.

vel furculis  
 vel demones.

cantabunt.

7  
 dracones.

tollent.



tra regem Babylonis, & dices, Quomo- B  
 dō cessauit exactor, quieuit tributū? Con 5  
 triuit Dominus baculum impiorum, vir-  
 gam dominantium, <sup>a</sup> cædentem populos 6  
 in indignatione, plaga insanabili, subii-  
 cientem in furore gentes, persequentem  
 crudeliter. <sup>o</sup> Cōquieuit & sicut omnis ter 7  
 ra, gauisa est & exultauit: <sup>1</sup> abietes quoq; 8  
latatæ sunt super te, & cedri Libani. ex  
 quo dormisti, non ascendit qui succidat  
<sup>7</sup> etiam somitum ablo- nos. <sup>9</sup> Infernus subter cōturbatus est in oc-  
<sup>7</sup> tuorum. cursum aduentus tui, suscitauit tibi gigan-  
<sup>n</sup> tes. Omnes principes terræ surrexerunt C  
 de foliis suis, omnes principes nationum.  
<sup>n</sup> de ponia. d. <sup>10</sup> Vniuersi respondebunt, & dicent tibi, Et  
 tu vulneratus es sicut & nos, nostri simi-  
 lis effectus es. <sup>11</sup> Detrahta est ad inferos su- 11  
<sup>2</sup> perbia tua, cōcudit cadauer tuum: subter  
 te sternetur tinea, & operimentum tuum  
 erūt vermes. <sup>12</sup> Quomodo cecidisti de cæ- 12  
<sup>4</sup> lo lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in  
terrā, qui vulnerabas gentes? qui dicebas 13  
 in corde tuo, In cælū conscendam, super  
 astra Dei exaltabo solium meum, <sup>14</sup> sedebo  
 in monte testamenti, in lateribus Aquilo-  
 nis. <sup>15</sup> Ascendā super altitudinē nubiū, simi-  
 lis ero Altissimo. <sup>16</sup> Veruntamē ad infernū  
detrahēris in profundū lacu. <sup>17</sup> Qui te vide-  
rint, ad tē inclinabuntur, teq; <sup>18</sup> prospicient; D  
Nunquid iste est vir qui conturbauit ter-  
ram, qui concussit regna? Qui posuit or-  
bem desertum, & vrbes eius destruxit, vin-  
ctis eius non aperuit carcerem? Omnes  
reges gentiū vniuersi dormierunt in glo-  
 ria,

*indeclinabili.*

*persequantur eos sine intermissione.*

*vel mortuos.*

*etiam somitum ablo-  
tuorum.*

*c. principium  
de ponia. d.  
21*

*auq. h. 3. de doct.  
christ. c. 37.*

*eccie vel celebe-  
rimo.*

*et cōtemplabuntur.*



- 19 ria, vir in domo sua. ? Tu autē proiectus <sup>abominabilis si</sup> es de sepulchro tuo, quasi stirps <sup>cul vestimētū occi</sup> inūtilis <sup>isoz.</sup> pollutus, & obuolutus cum his qui inter- <sup>conculcatum.</sup>fecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridū.
- 20 ? Non habebis consortiū neq; cū eis in sepultura: tu enim terrā tuā disperdidisti, tu populū tuum occidisti: non vocabitur <sup>pp iniquitatez</sup> in aeternum semē pessimorū. ? Præparate <sup>inimicis.</sup> filios eius occisioni in iniquitate patrum suorū: non consurgent, nec hæreditabūt terrā, neq; implebūt faciem orbis ciuitatum. ? Et confurgā super eos, dicit Dominus exercituū: & perdā Babylonis nomē, & reliquias, & germen, <sup>2</sup> & progeniē: dicit <sup>filiū et nepotez</sup> Dominus. ? Et ponā eā in possessionē ericij, <sup>4</sup> & in paludes aquarū, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum. <sup>Scopis dissipati onis.</sup>
- 24 ? Iurauit Dominus exercituū, dicens, Si nō vt putauī ita erit: & quomodō mēte tra-
- 25 ctāui, ? sic eueniet, Vt conterā Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcē eum, & auferetur ab eis iugū eius, & onus illius ab humero eorū tolletur. ? Hoc cō-
- 26 silium quod cogitāui super omnē terrā, & hæc est manus extenta super vniuersas
- 27 gentes. ? Dominus enim exercituū decre- uit: & quis poterit infirmare? & manus eius extenta: & quis auertet eā? ? In anno
- 28 quo mortuus est rex Achaz, factū est onus <sup>2. parat. 18.</sup> istud, ? Ne lateris Philisthæa omnis tu quoniā comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbēs volucrem. <sup>fructus eius ce caetes volans.</sup>
- ? Et



*a*  
*cuius desideratē ne*  
*mo sustinebit.*

Et pascentur primogeniti pauperum, & 30  
 pauperes fiducialiter requiescent: & inte-  
 rire faciam in fame radicem tuam, & reli-  
 quias tuas interficiā. <sup>31</sup> Vlula porta, clama-  
 ciuitas: prostrata est Phikisthæa omnis: ab  
 Aquilone enim fumus veniet, & non est  
 qui effugiet agmen eius. <sup>32</sup> Et quid respō-  
 debitur nuntiis gētis? Quia Dominus fun-  
 datit Sion, & in ipsa sperabunt paupe-  
 res populi eius.

*ipse.*

*c*  
*Sucissus est*  
*ciz. nome civita*  
*is.*  
*in baith.*

CAP. XV.  
 Nus Moab, quia nocte vastata est Ar-  
 Moab, conticuit: quia nocte vastatus  
 est Murus-Moab, conticuit. <sup>1</sup> Ascendit do-  
 mus & Dibon ad excelsa in planctū: super  
 Nabo & super Medaba, Moab vlulabit:  
 In cunctis capitibus eius caluitiū, & om-  
 nis barba radetur. <sup>2</sup> In triuiis eius accincti  
 sunt sacco: super tecta eius, & in plateis  
 eius omnis vlulatus, descēdit in fletū. <sup>3</sup> Cla-  
 mabit Hesebon & Eleale, vsque Iasa audi-  
 ta est vox eorū. super hoc expediti Moab  
 vlulabunt, anima eius vlulabit sibi. <sup>4</sup> Cor  
 meū ad Moab clamabit, vectes eius vsq;  
 ad Segor vitulam "consternantē". per as-  
 censum enim Luith flens ascendet, & in  
 via Oronaim clamorē contritionis leua-  
 bunt. <sup>5</sup> Aquæ enim Nemrim desertæ erūt,  
 quia aruit herba, defecit germen, viror  
 omnis interiit. <sup>6</sup> Secundum magnitudinē  
 operis & visitatio eorum: ad torrentē sali-  
 cum ducēt eos. <sup>7</sup> Quoniam circuibit cla-  
 mor terminum Moab: vsque ad Gallim  
 vlulatus eius, & vsq; ad Puteum-Elim cla-  
 mor eius. <sup>8</sup> Quia aquæ Dibon repletæ sunt,  
 sangui-

*Iere. 48. f. 37.*

*Exec. 7. c. 18.*

*Vlulas 4.*

*concernan-*  
*sem. id est, 178*  
*am 70.*

*4*  
*propterea quod diuifi-*  
*as fecit. Et diuifi-*  
*as eorum ad tor-*  
*rentē salicū defe-*  
*rent. subaudi-*  
*hostes.*

*7*  
*Dimon. Et. j.*



sanguine: ponam enim super Dibon addi-  
tamenta: his qui fugerint de Moab leo-  
nem, & "reliquiis" terræ.

CAP. XVI.

**iesu. ion. i.**  
reliquiis  
Dnatoris.

**A** ( **E** Mitte agnū - Domine' dominato-  
**1** rem terræ, de Petra-deserti ad mon- <sup>10.</sup> <sup>a</sup>  
**2** tem filiaē Sion. ) <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
**2** Et erit sicut avis fugiens,  
& pulli de nido auolantes, sic erunt filie  
**3** Moab in transcensu Arnon. <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
**3** Ini consiliū,  
coge consiliū: pone quasi noctē vmbra-  
tuā in meridie: absconde fugientes, & va-  
**4** gos ne prodas. <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
**4** Habitabunt apud te pro-  
fugi mei: Moab esto latibulum eorum a  
facie vastatoris: finitus est enim pūlis,  
consummatus est miser, defecit, qui con-  
**5** culcabat terrā. <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
**5** Et pręparabitur in mise-  
**B** ricordia solium, & sedebit super eum in **iesus. lu. i.**  
veritate in tabernaculo David iudicās &  
quærens iudicium, & velociter reddens  
**6** quod iustum est. <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
**6** Audiuius superbiā <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
Moab, superbus est valde: superbia eius &  
arrogantia eius, & indignatio eius, plus  
**7** quam fortitudo eius. <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
**7** Idcirco vlulabit  
Moab ad Moab, vniuersus vlulabit: his  
qui lætantur super muros cocti lateris lo-  
**8** quimi plagas suas. <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
**8** Quoniam suburbana  
Hesebon deserta sunt, & vineam Sábama  
Domini Gētium exciderunt flagella eius:  
vsq; ad Iazer peruenerunt, errauerunt in  
deserto, propagines eius relictæ sunt, tran-  
**9** sierunt mare. <sup>10.</sup> <sup>a</sup> *denido eieeta.*  
**9** Super hoc plorabo in fle-  
**C** tu Iazer vineam Sábama: inebriabo te la-  
chryma mea Hesebon, & Eleale: quoniam  
super vindemiā tuā, & super messem tuā

*Emulsor.*  
*vastans.*

*Iere. 48. d. 29*

*sup fundamēto eie  
hæreseth. gemēti  
s. verūm abiec  
ti.*

*azua.*

*vites optimas.*

*extenderūt se.*

*idcirco.*

*mauros fructus  
tuos.*

VOX



<sup>1</sup>  
cithares.

lassatus fuerit.

<sup>a</sup>  
vel cōtēptibilis  
erit.\* in eo sicut  
racemus.

munitio

pingues carnes  
eius emarcescet.

vox calcantiū irruit. <sup>9</sup>Et auferetur lætitia <sup>10</sup>  
& exultatio de Carmelo, & in vineis non B  
exultabit neque iubilabit. vinum in tor-  
culari non calcabit qui calcare consueue-  
rat: vocem calcantiū abstuli. <sup>9</sup> Super hoc <sup>11</sup>  
venter meus ad Moab quasi cithara so-  
nabit, & viscera mea ad murū costi late-  
ris. <sup>9</sup>Et erit: cū apparuerit quod labora- <sup>12</sup>  
uit Moab super excelsis suis, ingredietur  
ad sancta sua vt obsecret, & non valebit.  
<sup>9</sup> Hoc verbū quod locutus est Dominus <sup>13</sup>  
ad Moab extunc. <sup>9</sup>Et nūc locutus est Do- <sup>14</sup>  
minus, dicens, In tribus annis quasi anni  
mercenarij auferetur gloria Moab super  
omni populo multo, & relinquetur \* par-  
uus & modicus, nequaquam inultus.

## CAP. XVII.

**O**Nus Damasci. Ecce Damascus desi- <sup>2</sup>  
net esse ciuitas, & erit sicut acervus A  
lapidum in ruina. <sup>9</sup>Derelictæ ciuitates A- <sup>2</sup>  
roer gregibus erunt, & requiescent ibi, &  
nō erit qui exterreat. <sup>9</sup>Et cessabit adiuto- <sup>3</sup>  
rium ab Ephraim, & regnum à Damasco:  
& reliquæ Syriæ, sicut gloria filiorū Israël  
erunt: dicit Dñs exercituū. <sup>9</sup>Et erit in die <sup>4</sup>  
illa: attenuabitur gloria Iacob, & pingue-  
do carnis eius marcescet. <sup>9</sup> Et erit sicut <sup>5</sup>  
congregās in messe quod restiterit, & bra-  
chiū ei<sup>9</sup> spicas leget: & erit sicut quæres spi-  
cas in valle Raphaim. <sup>9</sup>Et relinquetur in <sup>6</sup>  
eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ B  
duarum vel trium oliuarū in summita-  
te rami, siue quatuor aut quinque in cacu-  
minibus eius fructus eius, Dicit Domi-  
nus



*aspiciet.***iesus.***imagines.**virgultu et rami  
qui.**erit 7<sup>o</sup>  
pulchra.**infidelium  
plantabis.**multitudi-  
ni. 10. 2**germinare facies**ut quod die collige  
dus erit fructus.**dolebis: et laque  
bis.**fremis.**prius qm mane.**in vmbra aliis*

7 nus Deus Israël. <sup>1</sup> In die illa inclinabitur

homo ad factorē suū, & oculi eius ad san-

8 ctum Israël respicient: <sup>2</sup> & non inclinabi-

tur ad altaria quæ fecerunt manus eius:

& quæ operati sunt digiti eius non respi-

9 ciet, lucos & dehūbra. <sup>3</sup> In die illa erunt ci-

uitates fortitudinis eius derelictæ sicut a-

10 ratra, & segetes quæ derelictæ sunt à facie

filiorū Israël, & <sup>4</sup> "eris" deserta. <sup>5</sup> Quia obli-

ta es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris

tui non es recordata: propterea planta-

bis plātationem "fidēle", & germen alienū

11 seminabis. <sup>6</sup> In die plantationis tuæ labru-

scæ, & manē semen tuum florebit: <sup>7</sup> ablata

est messis in die hæreditatis, & dolebit

12 grauiter. <sup>8</sup> Væ "multitudo" populorum

D multorū vt multitudo maris sonantis: &

tumultus turbarū sicut sonitus aquarum

13 multarum. <sup>9</sup> Sonabunt populi sicut soni-

tus aquarum inundantium, & increpa-

bit eum, & fugiet procul: & rapietur si-

cut puluis montiū à facie venti, & sicut

14 turbo corā tempestate. <sup>10</sup> In tempore vespe-

re, & ecce turbatio: in matutino, & non

subsistet. hæc est pars eorum qui vasta-

uerunt nos, & fors diripientiam nos.

## CAP. XVIII.

1 Væ terræ cymbalo alarū quæ est trans

2 flumina Æthiopiæ, <sup>1</sup> qui mittit in ma-

A re legatos, & in vasis papyri super aquas.

Ite angeli veloces ad gentē conuulsam, &

dilaceratā: ad populū terribilē, post quem

non est alius: ad gentē expectantē & con-

culcatam, cuius diripuerunt flumina ter-

ram

ning vertit in nauic iuncen

sup facie aquarū. plinij lib. 17. c. 11. scribit nauis

in construi ex papyro arbore. 10. cubitos longitu

dinis hnt.

*destructa.**\*expectantē**tem &*



\* ad montē  
nominis Do-  
mini exerci-  
tū, montē  
Sion.

nestu.

Statim ut effloru-  
erit flos. Et vicia  
acerba & matura  
erit.

**iesus.**

Destrueta.

120

ram eius: ¶ Omnes habitatores orbis qui  
moramini in terra, cum eleuatum fuerit si-  
gnum in montibus, videbitis, & clangore  
tuba audietis: ¶ quia hec dicit Dñs ad me,  
Quiesca, & considerabo in loco meo si-  
cut meridiana lux clara est, & sicut nubes  
toris in die messis. ¶ Ante messem enim  
totus effloruit, & immatura perfectio ger-  
minabit, & praeidentur ramusculi eius  
falcibus: & quae derelicta fuerint, abscin-  
dentur, & excutientur. ¶ Et relinquetur si-  
mul auibus montium, & bestiis terrae: & es-  
tate perpetua erunt super eum volucres, &  
omnes bestiae terrae super illum hyemabunt.  
¶ In tempore illo deferetur munus Domini  
no exercituum a populo diuiso & dila-  
cerato: a populo terribili post quem non  
fuit alius a gente expectante, & expectante  
& conculcata, cuius diripuerunt flumina  
terram eius, ad locum nominis Domini  
exercituum montem Sion.

## CAP. XIX.

de corpore christi in  
telligit d. bern  
in 1. serm. ad  
ueterg.

**iesus. m**

at. 1.

evacuabitur.

Nus Aegypti. Ecce Dominus ascen-  
det super nubem leuem, & ingreditur A-  
egyptum & commouebuntur simulachra  
Aegypti a facie eius, & cor Aegypti tabes-  
cet in medio eius. ¶ Et concurrere faciam  
Aegyptios aduersus Aegyptios: & pugna-  
bit vir contra fratrem suum, & vir contra ami-  
cum suum, ciuitas aduersus ciuitatem, regnum  
aduersus regnum. ¶ Et dirumpetur spiritus  
Aegypti in visceribus eius, & consilium eius  
praecipitabo: & interrogabunt simulachra  
sua, & diuinos suos, & pythones, & ario-  
los.



4 los. <sup>1</sup>Et tradā Ægyptum in manu domi- <sup>2</sup>nescet.  
 norum crudeliū, & rex fortis dominabi-  
 5 tur eorū, ait Dñs Deus exercituū. <sup>3</sup>Et are-  
 scet aqua de mari, & fluuius <sup>4</sup>desolābitur <sup>5</sup>flumina egypti  
 6 atq; siccabitur. <sup>6</sup>Et deficient flumina: <sup>7</sup>\*at-  
 tenuabuntur, & siccabuntur <sup>8</sup>riui aggerū. <sup>9</sup>graminata. q̄  
 7 Calamus & iuncus marcescet, <sup>10</sup>nudabitur <sup>11</sup>sūt iuxta flu-  
 B <sup>12</sup>alueus riui à fonte suo: & omnis semētis <sup>13</sup>uiuz.  
 8 irrigua siccabitur, arefcet, & non erit. <sup>14</sup>Et  
 moerebunt piscatores, & lugebūt omnes  
 mittentes in flumen hamum, & expandē <sup>15</sup>retia.  
 9 <sup>16</sup>Confundentur qui operabantur linum,  
 10 <sup>17</sup>"plectentes" & texentes <sup>18</sup>subtilia. <sup>19</sup>Et erunt <sup>20</sup>spēctentes 9  
 irrigua eius <sup>21</sup>flaccētia: omnes qui facie- <sup>22</sup>cōtēta.  
 11 bant lacunas ad capiendos pisces. <sup>23</sup>Stulti <sup>24</sup>cōsiliū infatuatū  
 principes Taneos, sapientes cōsiliarij Pha-  
 raonis <sup>25</sup>dederunt cōsiliū <sup>26</sup>insapiens. quo-  
 modò dicitis Pharaoni, Filius sapientium  
 12 ego, filius regum antiquorum? <sup>27</sup>Vbi nunc  
 sunt sapientes tui? annuntient tibi, & in-  
 dicent quid cogitauerit Dñs exercituum  
 13 super Ægyptum. <sup>28</sup>Stulti facti sunt princi-  
 pes Taneos, <sup>29</sup>emarcuerunt principes Mem-  
 pheos, <sup>30</sup>deceperunt Ægyptum, angulū po- <sup>31</sup>puerſitatuz.  
 14 pulorum eius. <sup>32</sup>Dominus miscuit in me- <sup>33</sup>ī Zach. 10.  
 dio eius spiritum <sup>34</sup>vertiginis: & errare fe- <sup>35</sup>iudiciū. 20.  
 C <sup>36</sup>cerunt Ægyptum in omni opere suo, si- <sup>37</sup>ephe. 2.  
 15 cut errat ebrius & vomens. <sup>38</sup>Et non erit <sup>39</sup>iucū et ramū  
 Ægypto opus quod faciat caput & cau-  
 16 dam <sup>40</sup>incuruantē & refranantem. <sup>41</sup>In die  
 illa erit Ægyptus quasi mulieres, & stu-  
 pebunt, & timebūt à facie commotionis  
 manus Domini exercituum, quam ipse  
 C 2 moue-



*infestiuitatez.**Domino.**Sacrificiū  
misse. mal  
1. cōtinēs p  
cōtēto.*

mouebit super eam. <sup>17</sup> Et erit terra Iuda  
 Ægypto in pauōrem: omnis qui illius fue  
 rit recordatus, pauebit à facie consilij Do  
 mini exercituum, quod ipse cogitauit su  
 per eam. <sup>18</sup> In die illa erunt quinq; ciuita  
 tes in terra Ægypti, loquētes lingua Cha  
 naan, & iurantes per Dominū exercituū:  
 Ciuitas solis vocabitur vna. <sup>19</sup> In die illa  
 erit altare Domini in medio terre Ægyp  
 ti, & titulus Domini iuxta terminū eius:  
<sup>20</sup> & erit in signum & in testimonium Do  
 mino exercituum in terra-Ægypti, Cla  
 mabunt enim ad Dominū à facie tribu  
 lantis, & mittet eis saluatorem & propu  
 gnatorem qui liberet eos. <sup>21</sup> Et cognoscerur  
 Dominus ab Ægypto, & cognoscent Æ  
 gypti Dominū in die illa, & colent eū in  
 hostiis & in muneribus: & vota vouebūt  
 Domino, & soluent. <sup>22</sup> Et percutiet Domi  
 nus Ægyptum plaga, & sanabit eam, &  
 reuertentur ad Dominum, & placabitur  
 eis, & sanabit eos. <sup>23</sup> In die illa erit via de  
 Ægypto in Assyrios, & intrabit Assyrius  
 Ægyptum, & Ægyptius in Assyrios, &  
 seruient Ægyptij Assur. <sup>24</sup> In die illa erit Is  
 raël tertius Ægyptio & Assyrio: benedi  
 ctio in medio terræ, <sup>25</sup> cui benedixit Dñs  
 exercituum, dicens, Benedictus populus  
 meus Ægypti, & opus manuum mearum

*Assyrius 4.* "Assyrio", hæreditas autem mea Israël.

## CAP. XX.

*actuāriū. 17. et  
19. capitū.*

IN anno quo ingressus est Tharthan in  
 Azótum, cum misisset eum Sargon rex A  
 Assyriorum, & pugnasset contra Azotū,  
 &



- 2 & cepisset eam : <sup>?</sup> in tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiaë filij Amos, dicens, Vade, & solue sacco de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus, & discalceatus.
- 3 <sup>?</sup> Et dixit Dominus, Sicut ambulauit seruus meus Isaïas nudus, & discalceatus, trium annorum signū & portentum erit
- 4 super Ægyptum & super Æthiopiā : <sup>?</sup> sic
- B minabit rex Assyriorū captiuitatem Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ, iuuenem & senē, "nudam & discalceatam" discalceatis natibus ad ignominiam Ægypti. <sup>?</sup> Et timebunt, & confundentur ab Æthiopia spe sua, & ab Ægypto gloria sua.
- 6 <sup>?</sup> Et dicet habitator insulæ huius in die illa, "Ecce hæc" erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, vt "liberarent" nos à facie regis Assyriorum: & quomodo effugere poterimus nos?

*horrescent.**"nudum & discalceatum" 5.**"Hæcine liberaret" 7.*

## CAP. XXI.

- 1 **O** Nus deserti maris. Sicut turbines ab
- A Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili. <sup>?</sup> Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Ascende Ælam, oblide Mede: omnem gemitum eius cessare feci. <sup>?</sup> Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis: corruī eum audirem, conturbatus sum cum viderem.
- 4 <sup>?</sup> Emarcuit cor meū, tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta mea, posita est mihi
- 5 in miraculum. <sup>?</sup> Pone mensam, contem-

*insidiās insidietur et vastans vastat.**Errauit.**tremores.**noctē amabilem mihi quasi cresspulum coccum posuit mihi in terrore.*



vngite.

Domine.

Hab. 2. a. 1.

Iere. 51. a. 1.

Apoc. 14. b. 8

filius 1.

D. Greg. li. 6. mor.  
c. 14.1. que hora noctis.  
vel quid sensisti  
hac nocte.

vel vultis gregere.

vel arabia.

themān.

Sicut anni.

patru<sup>s</sup> reliqu<sup>o</sup>  
numero.

plare in speculā : comedentes & bibentes  
 surgite principes, arripite clypeum: <sup>6</sup> Hæc enim dixit mihi Dominus, Vade, & pone B  
 ne speculatorem: & quodcunque viderit,  
 annuntiet. <sup>7</sup> Et vidit currū duorum equi-  
 tum, ascensorem asini, & ascensorem ca-  
 meli: & contemplatus est diligenter mul-  
 to intuitu. <sup>8</sup> Et clamavit leo, super specu-  
 lam Domini ego sum, stans iugiter per  
 diem : & <sup>9</sup> super custodiam meam ego  
 sum, stans totis noctibus. <sup>10</sup> Ecce iste venit  
 ascensor vir bigæ equitum, & respondit, <sup>11</sup>  
 & dixit, <sup>12</sup> Cécidit, cécidit Babylon, & om-  
 nia sculptilia deorum eius contrita sunt  
 in terram. <sup>13</sup> Tritura mea, & <sup>14</sup> filia areæ  
 meæ, quæ audiui à Domino exercituum  
 Deo Israël, annuntiaui vobis, <sup>15</sup> Onus Du-  
 ma. Ad me clamat rex Seir, custos quid de  
nocte? custos quid de nocte? <sup>16</sup> Dixit custos,  
 Venit manè & nox: si queritis, querite: cō-  
 uertimini, venite. <sup>17</sup> Onus in Arabia. In sal-  
 tu ad vesperā dormietis, in semitis Deda-  
 nim. <sup>18</sup> Occurrentes sitiēti ferte aquā, qui  
 habitatis terrā austri, cū panibus occurri-  
 te fugienti. <sup>19</sup> A facie enim gladiatorum fu-  
 gerunt, à facie gladij imminentis, à facie  
 arcus extenti, à facie grauis prælij: <sup>20</sup> quo-  
 niam hæc dicit Dominus ad me, Adhuc  
 in vno anno, quasi in anno mercenarij, &  
 auferetur omnis gloria Cedar. <sup>21</sup> Et reli-  
quia numeri sagittariorum fortium de  
 filiis Cedar imminuentur: Dominus enim  
 Deus Israël locutus est.



1 **O**Nus vallis visionis. Quidnā quoque  
 A tibi est, quia ascendisti & tu omnis  
 2 in tecta? <sup>9</sup> clamoris plena, vrbs frequens, *n iaculatoribz.*  
 ciuitas exultans: interfecti tui, non inter-  
 3 fecti gladio: nec mortui <sup>\* tui, mortui</sup> in bello. <sup>9</sup> Cuncti  
 principes tui fugerūt simul, dureq; ligati  
sunt: omnes qui inuenti sunt vincti sunt  
 4 pariter, procul fugerunt. <sup>9</sup> Propterea dixi,  
 Recedite à me, amarè flebo: nolite incum-  
 bere vt consolemini me super vastitate fi-  
 5 liae populi mei. <sup>9</sup> Dies enim interfectionis  
 B & conculcationis & fletuū Domino  
 Deo exercituum in valle visionis, seru-  
rans murum, & magnificus super mon-  
 6 tem. <sup>9</sup> Et Alā sumpsit pharetrā currū ho-  
minis equitis, & parietē nūdauit clypeus. *cū cutribz equi*  
 7 <sup>9</sup> Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadri- *tes accincti.*  
 garum, & equites ponent sedes suas in *cyrenne nuda*  
 8 porta. <sup>9</sup> Et reuelabitur operimentū Iudæ, *uit clypeuz.*  
 & <sup>9</sup> videbis in die illa armamentariū do- *videbitis*  
 9 mus saltus. <sup>9</sup> Et scissuras ciuitatis Dauid *c. 51. n. 6. p. 79 de*  
 videbitis, quia multiplicatæ sunt: & con- *prin. d. 2.*  
 10 gregastis aquas piscinæ inferioris, <sup>9</sup> & do-  
 C mos Ierusalē numerastis, & destruxistis  
 11 domos ad muniendum murum; <sup>9</sup> Et lacū  
 fecistis inter duos muros, <sup>9</sup> & aquam pis- *ad 2.*  
 cinæ veteris: & nō suspexistis ad eum qui  
 fecerat eam, & operatorem eius délonge  
 12 non vidistis. <sup>9</sup> Et vocabit Dominus Deus  
 exercituum in die illa ad fletum, & ad  
 13 planctum, ad caluitium, & ad cingulum  
 D sacci: <sup>9</sup> & ecce gaudium & lætitia occidere  
 vitulos, & iugulare arietes, comedere car-  
 nes, & bibere vinū, <sup>9</sup> Comedamus & biba-  
 mus,



<sup>a</sup> *thesaurum istum* : *quis tibi* : *quasi q̄ excidit in excelsis sepulchrum suum, et q̄ statuit* : *in p̄fectione viti. i. vehementi. Et amicit se.* : *in orbem circumag et te.* : *clauum. et. j.* : *iesg* : *Apoc. 3. b. 7.* : *Iob. 12. c. 14.* : *stabili.* : *filij et nepotes.* : *mus* , cras enim moriemur. <sup>9</sup> Et reuelata <sup>14</sup> est in auribus meis vox Domini exercituū, Si dimittetur iniquitas hęc vobis donec moriamini: dicit Dominus Deus exercituum. <sup>9</sup> Hęc dicit Dominus Deus exercituum, Vade, ingredere ad eū qui habitat in tabernaculo, ad Sobnā prapositū templi, & dices ad eū, <sup>9</sup> Quid tu hęc, aut quasi quis hęc? quia excidisti tibi hęc sepulchrū, excidisti in excelsis memoriale diligenter, in petra tabernaculū tibi. <sup>9</sup> Ecce, Dominus <sup>17</sup> asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te. <sup>9</sup> Coronans coronabit te tribulatione, <sup>18</sup> quasi pilā mittet te in terram latā & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus glorię tuę, ignominia domus Domini tui. <sup>9</sup> Et expellā te de statione tua, & de ministerio tuo deponā te. <sup>9</sup> Et erit in die illa: <sup>20</sup> vocabo seruū meum Eliacim filiū Helcię, <sup>9</sup> & induā illū tunica tua, & cingulo tuo confortabo eū, & potestatē tuam dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domui Iuda. <sup>9</sup> Et dabo <sup>22</sup> clauē domus David super humerū eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & nō erit qui aperiat. <sup>9</sup> Et figam illum <sup>23</sup> paxillū in loco fideli, & erit in soliū glorię domui patris sui. <sup>9</sup> Et suspendent super <sup>24</sup> eū omnē gloriā domus patris eius vasorū diuersa genera, <sup>9</sup> omne vas paruulū a vasis craterarū vsq; ad omne vas musicorum. <sup>9</sup> In die illa, dicit Dñs exercituum, auferetur <sup>25</sup> paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: & frange-



frangetur, & cadet, & peribit quod pepererat in eo, quia Dominus locutus est.

onus.

## CAP. XXIII.

ita ut nō supsit do  
mg, nec quisq̄ am  
p lig n deat:

**O** Nus Tyri. Ululate naues maris, quia vastata est domus vnde venire con-  
fueuerant: de terra Cethim reuelatum est  
eis. Tacete qui habitatis in insula: nego-  
tatio Sidonis transfretātes mare, repleue-  
runt te. In aquis multis semen Nili, mes-  
sis fluminis fruges eius: & facta est nego-  
tatio gentiū. Erubescite Sidon, ait enim  
mare, fortitudo maris, dicens, Nō partu-  
riui, & non peperit, & non enutriui iuue-  
nes, nec ad incrementū perduxi virgines.

negotiatōres.

Sicut doluit tyro  
cū audijt.

Cū auditū fuerit in Ægypto, dolebūt  
cū audierint de Tyro. Transite maria,  
ululate qui habitatis in insula. Nunquid  
nō vestra hęc est, quę gloriabatur in die-  
bus pristinis in antiquitate sua? ducent eā  
pedes sui longē ad peregrinandum. Quis  
cogitauit hoc super Tyrum quōdā coro-  
natam, cuius negotiatōres principes, insti-  
tores eius inclyti terrę? Dñs exercituum  
cogitauit hoc, vt detraheret superbiā om-  
nis glorię, & ad ignominiam deduceret  
vniuersos inclytos terrę. Transi terram  
tuam quasi flumē, filiā maris, non est cingulū  
ultrā tibi. Manū suā extendit super  
mare, conturbauit regna: Dñs mandauit  
aduersus Chanāā, vt cōtereret fortes eius,  
& dixit, Non adicies ultrā vt glorieris,  
calumniā sustinens virgo filia Sidonis: in  
Cethim consurgens transfreta, ibi quoq;  
nō erit requies tibi. Ecce, terra Chaldæo-

Exultans: n die  
bus atiguis. anti  
guitas ligi

consuluit.

ad filiaz.

4 fortitudo.

C 5

rum



*qui aliquando.**in nauium portu  
erexerunt uices.**veluti.**\* 7.**negotatio 7**merces 2.*

rū talis populus non fuit, Assur fundauit eam: in captiuitatē traduxerunt robustos eius, suffunderunt domos eius, posuerunt eam in ruinā. ¶ Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo uestra. ¶ Et erit in die illa: in obliuione eris, o Tyre, septuaginta annis, sicut dies regis uuius: post septuaginta autē annos erit Tyro quali canticū meretricis. ¶ Sume citharā, \* circui ciuitatē meretrix obliuioni tradita: bene cane, frequenta canticū, ut memoria tui sit. ¶ Et erit post septuaginta annos, uisitabit Dominus Tyrum, & reducet eā ad merces suas: & rursus fornicabitur cū uniuersis regnis terræ super faciē terræ. ¶ Et erunt negotiationes eius, & mercedes eius sanctificatæ Domino. non condentur, neq; reponentur: quia his qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, ut mādudent in saturitatem, & uestiantur usq; ad uetustatem.

## CAP. XXIIII.

*uide adamū. in ho  
milia sup psā in di  
e aiaz.**Debitor sic exactor.**3  
destruckta est: ru  
it.*

**E**cce, Dominus dissipabit terrā, & nudabit eā, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. ¶ Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fcenerator, sic is qui mutuū accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. ¶ Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est uerbū hoc. ¶ Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo



*impie egit.*

5 titudo populi terræ. <sup>1</sup> Et terra infecta est  
 ab habitatorib<sup>9</sup> suis: quia trāsgressi sunt le-  
 ges, mutauerūt ius, dissipauerūt fœd<sup>9</sup> sem-  
 6 piternū. <sup>2</sup> Propter hoc maledictio vorabit  
 B terrā, & pēccabūt habitatores eius. ideo-  
 que insanient cultores eius, & relinquen-  
 7 tur homines pauci. <sup>3</sup> Luxit vindemia, in-  
 firmata est vitis, ingemuerunt omnes qui  
 8 lætabātur corde. <sup>4</sup> Cessauit gaudiū tympa-  
 norum, quieuit sonitus lætantiū, cōticuit  
 9 dulcedo citharæ. <sup>5</sup> Cum cātico non bibēt  
 vinū: amara erit potio bibentibus illam.  
 10 <sup>6</sup> Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est om-  
 11 nis domus nullo introeunte. <sup>7</sup> Clamor erit  
 super vino in plateis: deserta est omnis læ-  
 12 titia: translātū est gaudiū terræ. <sup>8</sup> Relicta  
 est in vrbe solitudo, & calamitas oppri-  
 13 met portas. <sup>9</sup> Quia hæc erunt in medio  
 terræ, in medio populorum, quo modo  
 si pauca oliuę quæ remanserūt, excutian-  
 tur ex olea, & racemi cū fuerit finita  
 14 vindemia. <sup>10</sup> Hi leuabunt vocē suā, atque  
 C laudabunt: cū glorificatus fuerit Domi-  
 15 nus, hinnient de mari. <sup>11</sup> Propter hoc in dō-  
strinis glorificate Dñm: in insulis maris  
 16 nomē Domini Dei Israël. <sup>12</sup> A finibus terre  
 laudes audiuius, gloriā iusti. Et dixi, Se-  
cretum meum mihi, secretum meū mihi,  
 vā mihi: præuaricantes præuaricati sunt,  
 & præuaricatione transgressorū præuari-  
 17 cati sunt. <sup>13</sup> Formido & fouea, & laqueus  
 18 super te qui habitator es terræ. <sup>14</sup> Et erit:  
 qui fugerit à voce formidinis, cadet in fo-  
 ueam: & qui se explicauerit de fouea, te-  
 nebitur

*desolati sūt.**perijt.**Exultabūt occide-  
ntes.**vallisibus.**in laudem.**quā macer sū. qz  
macer sū.**facie.**Ier. 48. g. 44.*



nebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis aperta sunt, & concutientur fundamenta terræ. Confractioe confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra: agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculū vnius noctis: & grauiabit eā iniquitas sua, & corruet, & non adiciet vt resurgat. Et erit: in die illa visitabit Dominus super militiam cæli in excelsis: & super reges terræ qui sunt super terram. Et congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur. Et erubescet luna, & confundetur sol, cum regnauerit Dñs exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

## CAP. XXV.

Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam A fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen. Quia posuisti ciuitatem in tumulum, urbem fortē in ruinam, domū alienorum: vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu. spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut æstus in tumultum alienorum humiliabis: & B quasi calore sub nube torrente propaginem

hyspane. zancho.

<sup>1</sup> Exercitū excelsuz.

<sup>c</sup> Sicut congregati solent vincit in carcere.

<sup>a</sup> vide rabbi moyses in. 12. 2. ductoris dubioz. capi. 30.

**IESUS.**

<sup>a</sup> cōsilia q̄ dixisti a longe sunt certe veta.

palatiuz.

<sup>z</sup> ipsi tegmē.

**IESUS.**

<sup>4</sup> loco sicco.

<sup>5</sup> Sicut æstus in vmbra nubis palmitem tyrannoz putabit.



6 nem fortium marcescere facies. <sup>9</sup> Et faciet

*feciū expressaz*

Dominus exercituum omnibus popu-

*auferet in mōte isto*

lis in monte hoc, conuiuium pinguium,

*velamē. velamē qd*

conuiuium vindemiæ pinguium medul-

*Est ob faciez oīuz po*

7 latorum, vindemiæ defecatae. <sup>9</sup> Et præ-

*puloz. Et opimā*

C cipitabit in mōte isto faciem vinculi col-

*tū quod operit oīs*

ligati super omnes populos, & telā quam

8 orditus est super omnes nationes. <sup>9</sup> Præ-

cipitabit mortem in sempiternū: & aufe-

*Apo. 7. d. 27o*

ret Dominus Deus lachrymam ab omni

*21. b. 4.*

facie, & opprobriū populi sui auferet de

vniuersa terra: quia Dominus locutus est.

*Sustinuim9.*

9 <sup>9</sup> Et dicet in die illa, Ecce Deus noster iste,

expectauimus eum, & saluabit nos: iste

Dominus, sustinuimus eum, exultabimus

10 & letabimur in salutari eius. <sup>9</sup> Quia re-

D quiescet manus Domini in monte isto: &

triturbabitur Moab sub eo, sicuti teruntur

*sterquilino.*

11 paleæ in plaustrō. <sup>9</sup> Et extēdet manus suas

sub eo, sicut extendit natans ad natandū:

*sup bin9.*

& humiliabit gloriā eius cum allisione

*cubitis*

12 manuum eius. <sup>9</sup> Et munimenta sublimiū

*suaz.*

murorum tuorum concident, & humili-

abuntur, & detrahentur in terram vsq;

ad puluerem.

## CAP. XXVI.

1 IN die illa cantabitur canticum istud in

A terra Iuda,

Vrbs fortitudinis nostræ - Sion' <sup>3</sup> salua-

tor, ponetur in ea murus & antemurale.

*3*  
*Est nobis. salus fe*  
*cit nobis muros.*

2 <sup>9</sup> Aperite portas, & ingrediatur gens iu-

sta, custodiens veritatem.

3 <sup>9</sup> Vetus error abiit: seruabis pacem: pa-

cem, quia in te sperauimus.

4 <sup>9</sup> Sperastis in Domino in seculis æternis,

in

*8. 5*  
**IESUS**

*Et cui9 desideriu est*

*cōiunctū tibi, custodi*

*es in pace in pace in*

*qz qz tibi fidiť.*

*fide dño in ppetuū,*

*qz in deo dño positū*

*Est oīs mōdi robur.*



in Domino Deo forti in perpetuum.

Quia incuruabit habitantes in excelsis, & civitatem sublimem humiliabit: humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulverem.

callē iusti pōdera  
bis. Subaudi. o deus.

Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

Expectauimus.

Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandum.

Est desyderiū.

Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuumus te: nomē tuum & memoriale tuum in desyderio animæ.

quæram.

Anima mea desyderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te: cum feceris iudicia tua in terra, iustitiā discunt habitatores orbis.

quoniaq.

Misereamur impio, & non discet iustitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.

miāq̄ assecutus est im  
pius.

Domine exaltetur manus tua, & non videant: videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret.

vbi debet recta fa  
cere.

**trinitas.**

Domine dabis panem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.

Sed tñ sui memo  
res sumus. Et.

Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui.

D. greg. h. 17. mora.  
c. 11.

Mortientes non uiuant, gigantes non resurgant: propterea uisitasti & contriuisi auxisti peto dñe pleos, & perdidisti omnem memoriā eorū.

auxisti peto dñe pleos,  
orificasti te. nplisi  
casti usq̄ ad.

Indulxisti genti Domine, indulxisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ.

Domine in angustia requisierunt te, in tribulat



24 <sup>2</sup> effundat orationem  
in qñ corde tuo  
a fuit sis.

tribulatione murmuris doctrina tua eis.

17 <sup>1</sup> Sicut quæ concipit, cum appropinqua-  
uerit ad partum, dolens clamat in dolori-  
bus suis: sic facti sumus à facie tua Dñe.

parturiētes nihil  
genuimus nisi veta  
I  
sūt factę terre.

18 <sup>1</sup> Concepimus, & quasi parturiuimus

D & peperimus spiritum: salutes non feci-  
mus in terra. ideo non ceciderunt habi-  
tatores terræ.

spiritum sct  
lutis.  
4  
cū corporibz.

19 <sup>1</sup> Viuent mortui tui, interfecti mei re-  
surgent: expergiscimini, & laudate qui ha-  
bitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus,  
& terram gigantum detrahes in ruinam.

5  
vixidis campi.

**resurrectio**

20 <sup>1</sup> Vade populus meus, intra in cubicu-  
la tua, claude ostia tua super te, absconde-  
re modicum ad momētum, donec pertrā-  
seat indignatio.

D. greg. 4. moral. c.  
26.

21 <sup>1</sup> Ecce enim Dominus egredietur de  
loco suo, vt visitet iniquitatem habitato-  
ris terræ contra eum: & reuelabit terra  
sanguinem suum, & non operiet ultra in-  
terfectos suos.

Mich. 1. 2.

7  
catabunt ipsi vineę  
q̄ bona vina dat.

## CAP. XXVII.

1 **I**N die illa visitabit Dominus in gladio  
suo duro, & grandi, & forti, super Le-  
uiathan serpentem vectem, & super Le-  
uiathan serpentem tortuosum, & occidet

iezigabo sam.

D. greg. 4. mor. c. 11  
21. 12.

2 cetum qui in mari est. <sup>1</sup> In die illa vinea  
3 meri cantabit ei, <sup>1</sup> Ego Dominus qui ser-  
uo eam, repētē propinabo ei: ne fortē vi-  
sitetur contra eam, nocte & die seruo eā.

9  
vt preliet.

4 <sup>1</sup> Indignatio non est mihi: quis dabit me  
spinā & vepre in prelio: gradiar super eā,  
5 succendā eam pariter? An potius tenebit  
fortitudinē meam, faciet pacē mihi, pacē

10  
eo doueniet q̄ za  
dicabit.

6 faciet mihi? Qui ingrediuntur impetu

10  
egredien-  
tur impetu

ad 10. **apostoli**



fructu.

perussos ab eo.  
suos.

iudicabit  
10.

ipse <sup>a</sup> iudicabit  
solu in purgini  
sig spatu iugeri  
Et auferet vcto  
suo duro tēpore  
quo flat surg.

auferet. o. z. frue  
tu peccati.  
calcis.  
pulchrū habitacu  
lum.

2 ram.  
ramos.

4 pre ariditate ra  
mi.

5 in terrā. st. j.

iesus.

Eccia.

6 que.

ad Iacob, florebit & germinabit Israël, & implebunt faciem orbis semine. 7 Nun- quid iuxta plagam percutientis se percuf- B fit eum? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est? 8 In mensura contra men- suram cum abiecta fuerit, "iudicabis" eā: meditata est in spiritu suo duro per diem 9 æstus. Idcirco super hoc dimittetur ini- quitas domui Iacob: & iste omnis fru- 10 ctus vt auferatur peccatum eius, cum po- fuerit omnes lapides altaris sicut lapides 11 cineris allisos, non stabunt luci & delu- bra. 12 Ciuitas enim munita desolata erit, 13 speciosa relinquetur, & dimittetur quasi 14 desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi ac- cubabit, & consumet summitates eius. 15 16 In siccitate menses illius conterentur, mulieres venientes & docentes "cas": non 17 est enim populus sapiens, propterea non 18 miserebitur eius qui fecit eum: & qui for- mauit eum, non parcat ei. 19 Et erit: in die 20 illa percutiet Dominus ab alueo flumi- nis vsque ad torrentem Ægypti, & vos 21 congregabimini vnus & vnus filij Israël. 22 23 Et erit: in die illa clangetur in tuba ma- gna, & venient qui perditi fuerāt de ter- 24 ra Assyriorum, & qui eiectione erant de ter- 25 ra Ægypti, & adorabunt Dominum in 26 monte sancto in Ierusalem.

## CAP. XXVIII.

V A coronæ superbix, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultatio- nis eius, qui erant in vertice vallis, pin- guissima errantes à vino. 2 Ecce validus &



& fortis Dominus, sicut impetus grandinis: turbo confringens, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissum super terram spatiosam. <sup>1</sup> Pedibus conculcabitur corona superbię ebriorum Ephraim. <sup>2</sup> Et erit flos decedens glorię exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem Autumni: quod cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud. <sup>3</sup> In die illa erit Dominus exercituum corona glorię, & sertum exultationis residuo populi sui: <sup>4</sup> & spiritus iudicij sedentis super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. <sup>5</sup> Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerunt. sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. <sup>6</sup> Omnes enim mensę repletę sunt vomitu sordiumque, ita vt non esset vltra locus. <sup>7</sup> Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ab lactatos à lacte, auulsos ab uberibus. <sup>8</sup> Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. <sup>9</sup> In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum. <sup>10</sup> Cui dixit, Hęc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire. <sup>11</sup> Et erit eis verbum Domini, Manda, remanda, manda remanda, expecta reexpecta,

<sup>a</sup> in terra in fortitudine.

<sup>1</sup> prematurus fructus.

<sup>c</sup> sedenti. tribunal.

**iesus.**

<sup>2</sup> errauerunt in visione.

<sup>4</sup> balbutientibus labijs.

2. Co. 14. 21

D ca,



eta, expecta reexpecta, modicum ibi, mo-  
 dicum ibi: vt vadant, & cadant retror-  
 sum, & conterantur, & illaqueentur, &  
 capiantur. <sup>14</sup> Propter hoc audite verbum  
 Domini viri illusores, qui dominamini D  
 super populum meum qui est in Ierusa-  
 lem. <sup>15</sup> Dixistis enim, Percussimus fœdus  
 cum morte, & cum inferno fecimus pa-  
 ctum. Flagellum inundans cum transie-  
 rit non veniet super nos: quia posuimus  
 mendacium spem nostram, & mendacio  
 protecti sumus. <sup>16</sup> Idcirco hæc dicit Do-  
 minus Deus, Ecce, ego mittam in funda-  
mētis Sion lapidem, lapidem probatum,  
angularem, pretiosum, in fundamento  
fundatum. qui crediderit, non festinet.  
<sup>17</sup> Et ponam in pondere iudicium, & iusti-  
 tiam in mensura: & subuertet grando spem  
 mendacij: & protectionem aquæ inunda-  
 bunt. <sup>18</sup> Et delebitur fœdus vestrum cum  
 morte, & pactum vestrum cum inferno  
 non stabit: flagellum inundans cum tran-  
 sierit, eritis ei in cōculcationem. <sup>19</sup> Quan-  
 docunque pertransierit, tollet vos: quo-  
 niam mane diluculo pertransibit in die  
 & in nocte, & tantummodò sola vexatio  
 intellectum <sup>20</sup> dabit auditui. <sup>20</sup> Coangusta-  
 tum est enim stratum, ita vt alter dēci-  
dat, & pallium breue vtunque operire  
 non potest. <sup>21</sup> Sicut enim in Monte-diui-  
sionum stabit Dominus: sicut in valle  
 quæ est in Gabaō irascetur: vt faciat opus  
 suum, alienum opus eius: vt operetur o-  
 pus suum, peregrinum est opus eius ab

vel munitū.

IESUS  
 Psal. 117. d. 22  
 M. 11. 21. d. 42  
 Act. 4. b. 11.  
 1. Pet. 2. 4. 6.

i. firmissime fū-  
 datū.

repurgabit.

visio vta.

faciet intellige-  
 re auditū. vel  
 erit pauori ijs  
 q. audierint vo-  
 cia contigisse  
 vobis.

nō supsit.

2. Reg. 5. d. 20

1. P. 17. 14. c. 11

Isu. 10. c. 10.

peregrinum

vel quod p. pic

nō est.

4  
vel quod certe  
alienū est opus.

vide addit. thren. 3. ad illa eo  
verba nō. n. humiliavit ex corde s.



*fortificantur  
a  
vel decisam*

22 eo. <sup>?</sup> Et nunc nolite illudere, ne forte con-  
 F stringantur vincula vestra. consumma-  
 tionem enim & abbreviationem audiui  
 à Domino Deo exercituum super vniuer-  
 23 sam terram. <sup>?</sup> Auribus percipite & audi-  
 te vocem meam, attendite, & audite elo-  
 24 quium meum. <sup>?</sup> Nunquid tota die ara-  
 bit arans vt ferat, proscindet & sarriet hu-  
 25 mum suam? <sup>?</sup> Nonne cum adæquauerit  
 faciem eius, feret gith, & cyminum spar-  
 get, & ponet triticum per ordinem, &  
 G hordeum, & milium, & vitia in finibus  
 26 suis? <sup>?</sup> Et erudiet illum in iudicio, Deus  
 27 suus docebit illum. <sup>?</sup> Non enim in ferris  
 triturbabitur gith, nec rota plaustrum super  
 cyminum circuibit: sed in virga excutie-  
 28 tur gith, & cyminum in baculo. <sup>?</sup> Panis  
 autem comminuetur: verum non in per-  
 petuum triturans triturabit illum, neque  
 vexabit eum rota plaustrum, nec vngulis  
 29 suis comminuet eum. <sup>?</sup> Et hoc à Domi-  
 no Deo exercituum exiuit, vt mirabile  
 faceret consiliū, & magnificaret iustitiā.

*colet.*

*mésurati.*

*in parte agri.*

*tribula.*

**IESUS.**

## CAP. XXIX.

1 **V**Æ Ariel, Ariel ciuitas quã expugna-  
 A **V**uit David: additus est annus ad an-  
 2 num, solennitates euolutæ sunt. <sup>?</sup> Et cir-  
 cumuallabo Ariel, & erit tristis & mœ-  
 3 rens, & erit mihi quasi Ariel. <sup>?</sup> Et circun-  
 dabo quasi sphæram in circuitu tuo, &  
 iaciam contra te aggerem, & munimenta  
 4 ponam in obsidionem tuam. <sup>?</sup> Humilia-  
 beris, de terra loqueris, & de humo au-  
 dietur eloquium tuum: & erit quasi Py-

*2  
tametsi annua-  
tim sacrificia-  
tis: tñ angusti-  
abo.*

*4  
si quã volue-  
ro destruere:  
faciã ei sicut  
feci ariel.*



*Dispergetur* thonis de terra vox tua, & de humo elo-  
*glum* quium tuum mussitabit. Et erit sicut pul-  
 uis tenuis multitudo ventilantium te: & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum  
 qui contra te praeualuerunt: eritque re-  
 pentè confestim. A Domino exercituum  
 visitabitur in tonitruo & cōmōtione ter-  
 rae, & voce magna turbinis & tempesta-  
 tis, & flamma ignis deuorantis. Et erit si-  
 cut somniū visionis nocturnę multitudo  
 omniū gentiū quę dimicauerunt contra  
 Ariel, & omnes qui militauerunt & ob-  
 sederunt, & praeualuerūt aduersus eā. Et  
 sicut somniat esuriens & cōedit, cū  
 autem fuerit expergefactus, vacua est ani-  
 ma eius: & sicut somniat sitiens & bibit,  
 & postquā fuerit expergefactus, lassus  
 adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic  
 erit multitudo omnium Gentium, quę  
 dimicauerunt contra montē Sion. Ob-  
*c* *excitati estis* stupescite & admiramini: fluctuate, &  
*et alios exci-* vacillate: inebriamini, & non à vino:  
*catis.* mouemini, & non ab ebrietate. Quonjā  
*clausit.* miscuit vobis Dñs spiritum soporis: clau-  
 det oculos vestros: prophetas & principes  
 vestros qui vident visiones operiet. Et  
 erit vobis visio omnium sicut verba li-  
 bri signati: quem cū dederint scienti li-  
 teras, dicent, Lege istum: & respondebit,  
 Non possum, signatus est enim. Et da-  
 bitur liber nescienti literas, diceturque  
 ei, Lege: & respondebit, Nescio literas. Et  
 dixit Dominus, Eò quòd appropinquat  
*Mas. 15. a. 8.* *Mate 7. b. 6.* populus iste ore suo, & labiis suis glorifi-  
 cat



- cat me, cor autem eius longe est à me, **iesus.**  
 & timuerunt me mandato hominum &  
 14 doctrinis: ? Ideò, ecce ego addam vt  
 E admirationem faciam populo huic mi-  
 raculo grandi & stupendo: ¶ peribit enim  
 sapientia à sapientibus eius, & intellectus  
 15 prudentium eius abscondetur. ? ¶ Væ, qui I. Cor. I. d. 19  
 profundi estis corde, vt à Domino ab-  
 scondatis consilium, quorum sunt in te- Abd. I. c. 8.  
 nebris opera, & dicunt, ¶ Quis videt nos, Eccl. 25. c. 25  
 16 & quis nouit nos? ? Peruersa est hæc ve-  
stra cogitatio: quasi si lutum contra figu- *subuersio ve-*  
 lû cogitet, & dicat opus factori suo, Non *stra fere.*  
 fecisti me: & figmentum dicat fictori suo,  
 17 Non intelligis. ? Nónne adhuc in modi-  
 F co & in breui conuertetur Libanus in  
 charmel, & charmel in saltum reputabi-  
 18 tur? ? Et audient in die illa surdi verba li-  
 bri, & de tenebris & caligine oculi cæco-  
 19 rum videbunt. ? Et addent mités in Do-  
 mino lætitiã, & pauperes homines in *Apóstoli.*  
 20 sancto Israël exultabunt. ? Quoniam de- *iesus.*  
 fecit qui præualebat, consummatus est il- *pseuerant.*  
 lufor, & succisi sunt omnes qui vigilabãt  
 21 super iniquitatem, ? qui peccare faciebant *pbriis afficiebant*  
 homines in verbo, & arguentem in porta *et frustra decl-*  
supplantabant, & declinauerunt frustra à *inate fecerunt*  
 22 iusto. ? Propter hoc, hæc dicit Dñs ad do- *iustū.*  
 G mû Iacob, qui redemit Abrahã, Non mo-  
 dò cõfûdetur Iacob, nec modò vultus eius  
 23 erubescet: ? sed cùm viderit filios suos, o-  
 pera manuum mearum in medio sui san-  
 ctificãtes nomen meum, & sanctificabũt  
 sanctum Iacob, & Deum Israël prædica-  
bunt, *timebunt.*



bunt, ⁊ scient errantes spiritu intelle- 24  
ctum, ⁊ mussitatores discent legem.

## CAP. XXX.

**V**Æ filij desertores, dicit Dominus, vt ⁊  
faceretis consilium, ⁊ non ex me: ⁊ A  
ordiremini telam, ⁊ non per spiritum  
meum, vt adderetis peccatū super pecca-  
tum. ⁊ qui ambulatis vt descendatis in Æ- 2  
gyptum, ⁊ os meum non interrogastis,  
sperātes auxilium in fortitudine Pharao-  
nis, ⁊ habentes fiduciam in vmbra Ægy-  
pti. ⁊ Et erit vobis fortitudo Pharaonis in 3  
confusionem, ⁊ fiducia vmbra Ægypti  
in ignominiā. ⁊ Erant enim in Tani prin- 4  
cipes tui, ⁊ nuntij tui vsque ad Hanes  
peruenerunt. ⁊ Omnes confusi sunt super 5  
populo qui eis prodesse non potuit: non  
fuerunt in auxilium, ⁊ in aliquam utili-  
tatem, sed in confusionē ⁊ in opprobriū. 6  
⁊ Onus iumentorum Austri. In terra tri-  
bulationis ⁊ angustia, leæna ⁊ leo ex B  
eis, vipera ⁊ regulus volans portantes su-  
per humeros iumentorum diuitias suas,  
⁊ super gibbum camelorum thesauros  
suos ad populum qui eis prodesse non po-  
terit. ⁊ Ægyptus enim frustra ⁊ vanē au- 7  
xiliabitur: ideo clamaui super hoc, Super-  
bia tantum est, quiesce. ⁊ Nunc ergo in- 8  
gressus scribe ei super buxum, ⁊ in libro  
diligenter exara illud, ⁊ erit in die no-  
uissimo in testimonium vsque in æter-  
num. ⁊ Populus enim ad iracundiam pro- 9  
uocans est, ⁊ filij mendaces, filij nolentes  
audire legem Dei. ⁊ Qui dicunt videnti- 10  
bus,

*in vmbra.*

*erant*

*fortitudo eorum  
cessabit. (vel  
bylo nō poterit  
iuuare.*



- bus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite  
 te aspicere nobis ea quæ recta sunt: loqui-  
 mini nobis placentia, videte nobis erro-  
 res. <sup>4</sup> Auferte à me viam, <sup>4</sup> declinate à me  
 C femitam, cesset à facie nostra sanctus Is-  
 12 raël. <sup>1</sup> Propterea hæc dicit sanctus Israël,  
 Pro eo quod reprobastis verbum hoc, &  
 sperastis in calumina & in tumultu, &  
 13 innixi estis super eo: <sup>1</sup> propterea erit vobis  
 iniquitas hæc sicut interruptio cadens, &  
requisita in muro excelso, quoniam subitò,  
 dum non speratur, veniet contritio  
 14 eius. <sup>1</sup> Et comminuetur, sicut conteritur  
 lagena figuli contritione perualida: & nõ  
 inuenietur de fragmētis eius testa, in qua  
 portetur igniculus de incendio, aut hau-  
 15 riatur parum aquæ de fouca. <sup>1</sup> Quia hæc  
 D dicit Dominus Deus \*Israël, Si reuerta-  
mini & quiescatis, salui eritis: in silentio.  
 & in spe erit fortitudo vestra. Et nolui-  
 16 stis: <sup>1</sup> & dixistis, Nequaquam, sed ad equos  
 fugiemus: ideo fugietis. Et super veloces  
 ascendemus. ideo velociores erunt, qui  
 17 persequentur vos. <sup>1</sup> Mille homines à facie  
 terroris vnus: & à facie terroris quinque,  
 fugietis, donec relinquamini quasi malus  
 nauis in vertice montis, & quasi signum  
 18 super collem. <sup>1</sup> Propterea expectat Domi-  
 nus vt misereatur vestri: & ideo exaltabi-  
 tur parcens vobis: quia Deus iudicij Do-  
 minus: beati omnes qui expectant eum.  
 19 <sup>1</sup> Populus enim Siõ habitabit in Ierusalē:  
 plorans nequaquã plorabis, miserans mi-  
 serebitur tui: ad vocem clamoris tui sta-

<sup>4</sup> recedite de via,  
 declinate de se-  
 mita  
 vel violetin.

<sup>c</sup> ruptura.

<sup>a</sup> q̄ se pandit.

<sup>o</sup> inquiete et re-  
 gnic.

\*sanctus 8.  
 70. cū reuertis

ingemueris  
 tunc saluus  
 eris. adamo

hic. hinc p̄  
 mag descripti

erit illa. Siõ  
 in qua cū q̄ ho

ra ingemue-  
 rit p̄ tot om̄a

iniquitatū e-  
 ius nõ recorda-

Psalm. 103. vox q̄  
 alio qui in to

ta scriptura  
 nõ inuenit. G

tim  
 his qui t̄por

e. 26. g. G.



*angustie et aqua  
arte oppressionis* tim vt audierit, respondebit tibi. <sup>20</sup> Et dabit  
vobis Dominus panem arctum, & aqua <sup>21</sup>

**iesus**

breuem : & non faciet auolare à te vltra  
doctorem tuum : & erunt oculi tui viden

tes præceptorem tuum. <sup>22</sup> Et aures tuæ

audient verbum post tergum monentis,

Hæc est via, ambulate in ea : & non de-

clinētis neque ad dexteram, neque ad si-

nistram. <sup>23</sup> Et contaminabis laminas scul-

ptilium argenti tui, & vestimentum con-

flatilis auri tui, & disperges ea sicut im-

munditiam menstruatae. Egredere dices

ei. <sup>24</sup> Et dabitur pluuia semini tuo, vbicun-

que seminaueris in terra, & panis frugū

terre erit huberrimus & pinguis, pascetur

in possessione tua in die illo agnus spatio-

se : & tauri tui, & pulli asinorum qui ope

rantur terram, commistum migma come

dent sicut in area ventilatū est. <sup>25</sup> Et erunt

super omnem mōtem excelsum, & super

omnem collem eleuatum riui currentiū

aquarum in die interfectionis multorum

cūm ceciderint turres. <sup>26</sup> Et erit lux luna

sicut lux solis, & lux solis erit septempli-

citer, sicut lux septē dierū in die qua alli-

gauerit Dñs vulnus populi sui, & percus-

suram plagæ eius sanauerit. <sup>27</sup> Ecce nomen

Domini venit de longinquo, ardēs furor

eius, & grauis ad portandū : labia eius re-

pleta sunt indignatione, & lingua eius

quasi ignis deuorans. <sup>28</sup> Spiritus eius velut

torrens inundans vsque ad mediū colli,

ad perdendas gentes in nihilum, & franū

erroris quòd erat in maxillis populorū.

<sup>29</sup> Canti-

*pecus tuum.*

*pabulū mūdū*

*vide rabbi moi  
sen. li. 2. ducto  
eis dubioz. c. 70*

*contritionez.*

**iesus.**



29 <sup>1</sup> Canticum erit vobis sicut <sup>4 vox q3</sup> "vox" sanctifi-  
 catę solennitatis, & lætitia cordis sicut  
 qui pergit cum tibia, vt intret in mon-  
 30 tem Domini ad fortem Israël. <sup>2</sup> Et audi-  
 G tam faciet Dominus gloriám vocis suę,  
 & terrorem brachij sui ostendet in com-  
 minatione furoris, & flamma ignis de-  
 uorantis: allidet in turbine & in lapide  
 31 grandinis. <sup>3</sup> A voce enim Domini pauebit  
 32 Assur virga percussus. <sup>4</sup> Et erit transitus  
 virgę fundatus, quam requiescere faciet  
 Dominus super eum in tympanis & ci-  
 tharis: & in bellis præcipuis expugnabit  
 33 eos. <sup>5</sup> Præparata est enim ab heri Tophet,  
 à rege præparata profūda & dilatata. Nu-  
 trimenta eius, ignis & ligna multa: flatus  
 Domini sicut torrens sulphuris succen-  
 dens eam.

## CAP. XXXI.

1 **V**Æ qui descendunt in Ægyptum ad  
 A auxilium, in equis sperantes, & habentes  
 fiduciam super quadrigis, quia multę  
 sunt: & super equitibus, quia præualidi  
 nimis: & non sunt confisi super sanctū Is-  
 2 raël, & Dominū non requisierunt. <sup>1</sup> Ipse  
 autem sapiens adduxit malum, & verba  
 sua non abstulit: & consurget contra do-  
 mum pessimorum, & contra auxiliū ope-  
 3 rātium iniquitatem. <sup>2</sup> Ægyptus, homo, &  
 B non Deus: & equi eorum, caro, & non  
 spiritus, & Dominus inclinabit manum  
 suam, & corruet auxiliator, & cadet cui  
 præstatur auxilium, simulque omnes con-  
 4 sumentur. <sup>3</sup> Quia hæc dicit Dominus ad  
 me, quomodo si rugiat leo, & catulus  
 D s leonis

vel potentia.  
 Descensione.  
 in dispersione.  
 omnis.  
 2  
 eleuationis. i. be-  
 sloz comotione.  
 4  
 gehenna est ipsi  
 regi.



clamauerit contra leonem super prædam suam, cum occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pauebit: sic descendet Dominus exercituum, vt prælietur super montem Sion, & super collem eius. <sup>1</sup> Sicut aues volâtes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans, transiens & saluans. <sup>2</sup> Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israël. <sup>3</sup> ¶ In die enim illa abiiciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum. <sup>4</sup> Et cadet Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iuvenes eius vectigales erunt: <sup>5</sup> & fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius: dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem.

## CAP. XXXII.

locus in quo quis se abscondit. Deserto **IESU** Ecce, in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. <sup>1</sup> Et erit vir sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate, sicut riui aquarum in situ, & umbra petrae prominentis in terra deserta. <sup>2</sup> Non caligabunt oculi videntium & aures audientium diligenter auscultabunt. <sup>3</sup> Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & plane. <sup>4</sup> Non vocabitur ultra is qui insipiens est princeps: neque fraudulentus appellabitur maior. <sup>5</sup> Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad

Domj-

<sup>1</sup> Ontu decidendo  
marsi Estis.

Sup. 2. d. 18.

ab arce sua pte

a vexillo.

locus in quo quis se

abscondit.

Deserto

liberalis.

parcus.

magnificus.



1 Dominum fraudenter, & vacuam faciat ani-  
 mam esurientis, & potum sitienti auferat.  
 2 Fraudenti vasa pessima sunt: ipse enim  
 3 cogitationes cocinnauit ad perdendos mites  
 4 in sermone mendacij, cum loqueretur pau-  
 5 per iudicium. Princeps vero, ea quae di-  
 6 gna sunt principe cogitabit, & ipse super  
 7 duces stabit. Mulieres opulenta surgite,  
 8 & audite vocem meam: filiae confidentes  
 9 percipite auribus eloquium meum. Post  
 10 dies-enim & annum vos conturbabimi-  
 11 ni confidentes: consummata est enim vin-  
 12 demia, collectio ultra non veniet. Ob-  
 13 stupefcite opulenta, conturbamini con-  
 14 fidentes: exuite vos, & confundimini, ac  
 15 cingite lumbos vestros. Super hubera  
 16 plangite, super regione desiderabili, su-  
 17 per vinea fertili. Super humum populi  
 18 mei spinæ & vepres ascendent: quanto ma-  
 19 gis super omnes domos gaudij ciuitatis  
 20 exultatis? Domus enim dimissa est, mul-  
 21 tudo urbis relicta est, tenebrae & palpa-  
 22 tio factae sunt super speluncas usque in  
 23 aeternum. Gaudium onagrorum pascua gre-  
 24 gum, donec effudatur super nos spiritus  
 25 de excelsis: & erit desertum in charmel: &  
 26 charmel in saltum reputabitur. Et habita-  
 27 bit in solitudine iudicium, & iustitia in  
 28 charmel sedebit. Et erit opus iustitiae pax,  
 29 & cultus iustitiae silentium, & securitas  
 30 usque in sempiternum. Et sedebit populus  
 31 meus in pulchritudine pacis, & in taber-  
 32 naculis fiduciae, & in requie opulenta.  
 33 Grando autem in descensione saltus, &  
 34 humili-

allogitur pncez in  
iudicio.

liberalis.

pp liberalia facta

annos.

2. 9.

7. gte. 17. mor. c. 9.

spina 2.

4  
vel palatiu.

5  
aux et munitio.

3

agricultu. et. f.

5. 29. f. **iesg.**

quies.

6. in loco. 5. 9. 4.



et nō p̄cedauerūt  
te: q̄ sp̄nis et nō sp̄re  
uerunt te

humilitate humiliabitur ciuitas. <sup>9</sup> Beati  
qui seminatis super omnes aquas, immit-  
tentes pedem bouis & asini.

Apostoli. ps. 18.

rom. 10 & col. 1.

apoc. 17.

CAP. XXXIII.

1024.

attamen. **iesg.**  
frenitus.

7  
s̄z̄ incessū locusta  
rū incedēs p̄ eū.

8  
hābitat.

9  
veritas.

4  
suis.

Salus v̄alroburs  
lutis

6  
nūtij 1024.

7  
fecit.

9  
Deuastauit libanū:  
et succidit.

10  
Sublimabor.

11  
quisquisis.

12  
calcis.

13  
Excise.

14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000



13 gregatæ igni comburentur. ? Audite qui  
 longè estis, quæ fecerim, & cognoscite vi-  
 14 cini fortitudinem meam. ? Conterriti  
 sunt in Sion peccatores, possedit tremor  
 hypocritas, quis poterit habitare de vobis  
 cum igne deuorâte? quis habitabit ex vo-  
 15 bis cū ardoribus sempiternis? ? Qui am-  
 bulat in iustitiis, & loquitur<sup>n</sup> veritatem,  
 qui proiicit auaritiam ex calumnia, &  
 excutit manus suas ab omni munere, qui  
 obthurat aures suas ne audiat sanguinē,  
 & claudit oculos suos ne videat malum.  
 16 ? Iste in excelsis habitabit, munimenta sa-  
 xorum sublimitas eius: panis ei datus est,  
 17 aquæ eius fidèles sunt. ? Regem in decore  
 suo videbunt oculi eius, cernent terram  
 18 de longè. ? Cor tuum meditabitur timo-  
 rem: vbi est literatus? vbi legis verba pon-  
 19 derans? vbi doctor paruulorū? ? Populum  
 imprudentem non videbis, populum alti  
 sermonis: ita vt non possis intelligere difer-  
entiam linguæ eius, in quo nulla est  
 20 sapientia. ? Respice Sion ciuitatem solen-  
 nitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusa-  
 lem habitationem opulentam, tabernacu-  
 lum quod nequaquam transferri poterit:  
 nec auferetur clauis eius in sempiternum,  
 & omnes funiculi eius non rumpentur:  
 21 ? quia solummodo ibi magnificus est Do-  
 minus noster: locus fluuiorum riui latissi-  
 mi & patentes: non transibit per eum na-  
 uis remigum, neque trieris magna trans-  
 gredietur eum. ? Dominus enim iudex  
 noster, Dominus legifer noster, Dominus

rex

Et si questione  
 S. de Simonia.  
 Et. c. Sūt nonū  
 Illi. 1. g. 1.

Psal. 14. v. 2. Veritater  
 Eleuntio. 1. refugiu

Stabiles.

tui.

1. Cor. 2. 1. 20  
 questor. vbi nume  
 Vras turres? i. vbi  
 studiti potetes. et sa  
 pietes q. cū sennche  
 rib pibut.  
 Eccia  
 ble su lingua.

vera ibi fortis.

**iesus.**



*extensi.**in malo suo nauis  
no extendetur ve  
lu.*

rex noster: ipse saluabit nos. <sup>9</sup> Laxati sunt  
 funiculi tui, sed non praualebunt: sic erit  
 malus tuus, vt dilatare signum non queas.  
 Tunc diuidentur spolia prædarum mul-  
 tarum: claudi diripient rapinam. <sup>9</sup> Nec di-  
 cet vicinus, Elangui. populus qui habitat  
 in ea, auferetur ab eo iniquitas.

## CAP. XXXIII.

*malitiaz.*

**A**ccedite Gentes, & audite, & populi  
 attendite: audiat terra & plenitudo  
 eius, orbis, & omne germen eius. <sup>9</sup> Quia  
 indignatio Domini super omnes Gentes,  
 & furor super vniuersam militiam eo-  
 rum: interfecit eos, & dedit eos in occisio-  
 nem. <sup>9</sup> Interfecti eorum proicientur, & de  
 cadaueribus eorum ascendet fœtor: tabe-  
 scent montes à sanguine eorum. <sup>9</sup> Et tabe-  
 scet omnis militia cælorum, & compli-  
 cabuntur sicut liber cæli: & omnis mili-  
 tia eorum defluet sicut defluit folium de  
 vinea & de ficu. <sup>9</sup> Quoniam inebriatus  
 est in cælo gladius meus: ecce super Idu-  
 mæam descendet, & super populum in-  
 terfectionis meæ ad iudicium. <sup>9</sup> Gladius  
 Domini repletus est sanguine, incrassa-  
 tus est adipe, de sanguine agnorum &  
 hircorum, de sanguine medullatorum  
 arietum: victima enim Domini in Bos-  
 ra, & interfectio magna in terra Edom.  
<sup>9</sup> Et descendent vnicornes cum eis, & tau-  
 ri cum potentibus: inebriabitur terra eo-  
 rum sanguine, & humus eorum adipe  
 pinguium. <sup>9</sup> Quia dies ultionis Domini, A  
 annus retributionū iudicij Sion. <sup>9</sup> Et cõ-  
 uerten-

*Isr. 63. 1. 4.*



uertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. <sup>9</sup> Nocte & die non extinguetur, in sempiternū ascendet fumus eius: à generatione in generationē desolabitur, in secula seculorū nō erit trāsīēs per eam. <sup>10</sup> Et possidebunt illam onocrotalus, & ericius: & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpendicularum in desolationem. <sup>11</sup> Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. <sup>12</sup> Et orientur in domibus eius spinæ & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionum. <sup>13</sup> Et occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. <sup>14</sup> Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circumfodit, & fouit in vmbra eius: illuc cōgregati sunt milui, alter ad alterum. <sup>15</sup> Requirit diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit. quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea. <sup>16</sup> Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum possidebunt eam, in generatione & generationē habitabunt in ea.

## CAP. XXXV.

Etabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. **IESUS** p totū caput  
<sup>9</sup> Germi-

<sup>1</sup> pellicano.

vel bestie siluestres cū ululis et scytis.

<sup>7</sup> vni quodq; cū solio suo nō defuit.

<sup>2</sup> os eius.



*Stultis corde.**1  
retribuens.**pusillanimes.**9.**425.**Mal. 15. c. 30**laudabit.**ipse in eis ambulans  
& eam via stultorum  
si non errabunt.*

Germinans germinabit, & exultabit letitiosa & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.

Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis: Confortamini & nolite timere. ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit vos.

Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissae sunt in deserto aquae, & torrentes in solitudine. Et quae erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci.

Et erit ibi femita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & haec erit vobis directa via, ita ut stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi. & ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti a Domino, conuertentur, & venient in Sion cum laude, & laetitia sempiterna super caput eorum: gaudium & laetitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

## CAP. XXXVI.

*4. Re. 18. c. 13.**2. Pa. 32. c. 1*

ET factum est: in quartodecimo anno regis Ezechiae, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iudam unitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorum Rabfaccan de Lachis in Ierusalē, ad regem Eze-



Ezechiã in manu graui, & stetit in aqua ductu piscine superioris in via Agri-fullo nis. Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciae, qui erat super domum & Sobna scriba, & Ioahē filius Asaph à cōmentariis. Et dixit ad eos Rabfacas, Dicite Ezechiã, Hęc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia qua confidis? aut quo consilio<sup>7</sup> vel fortitudine rebellare disponis? super quẽ habes fiduciã, quia recessisti à me? Ecce, confidis super baculum arundineum confractum istũ, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manũ eius, & perforabit eam: sic Pharaõ rex Ægypti omnibus qui confidũt in eo. Quod si responderis mihi, In Domino Deo nostro confidimus: nõne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalẽ, Coram altari isto adorabitis? Et nunc trade te domino meo regi Assyriorũ, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnus loci ex seruis domini mei minoribus? Quod si confidis in Ægypto, in quadrigis, & in equitibus: & nunc nunquid sine Domino ascendi ad terram istam vt disperderẽ eam? Dominus dixit ad me, Ascende super terram istam, & disperse eam. Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahē ad Rabfacen, Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super murum.

<sup>7</sup>  
Dixi vel ita puto  
consiliũ et vis tua  
ad bellũ, tãtũ mo  
do est in labijs tu  
is.

<sup>1</sup>  
fidei iussorẽ da.  
- siquidẽ.

<sup>2</sup>  
resistere poteris  
et vertere in fu  
gã vnũ.

E rum.



*aguas**sinatis vt eludat.**\* 213.*

rú. Et dixit ad eos Rabfaces, Nunquid ad  
 dominum tuum & ad te misit me Domi-  
 nus meus, vt loquerer omnia verba ista:  
 & nõ potius ad viros qui sedēt in muro,  
 vt comedant stercore sua, & bibant uri-  
nam pedũ suorũ vobiscum? Et stetit Rab-  
 faces, & clamauit voce magna Iudaicè,  
 & dixit, Audite verba regis magni, regis  
 Assyriorum. Hæc dixit rex, Non seducat  
 vos Ezechias, quia nõ poterit eruere vos.  
 Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias  
 super Domino dicens, Eruens liberabit  
 nos Dominus, non dabitur ciuitas ista in  
 manu Regis Assyriorum. Nolite audire  
 Ezechiam: hæc enim dicit rex Assyriorũ,  
 Facite mecum benedictionem, & egredi-  
 mini ad me, & comedite vnusquisq; vi-  
 neam suam, & vnusquisq; ficum suam:  
 & bibite vnusquisque aquam cisternæ  
 suæ, donec veniam & tollam vos ad ter-  
 ram quæ est vt terra vestra, terram fru-  
 menti & vini, terram panum & vinearũ.  
 Nec conturbet vos Ezechias, dicens, Do-  
 minus liberabit nos. Nunquid liberaue-  
 rūt dii gentium vnusquisq; terram suam  
 de manu regis Assyriorum? Vbi est De-  
 us Emath & Arphad? vbi est Deus Se-  
 pharuáini? nunquid liberauerunt Sama-  
 tiam de manu mea? Quis est ex omni-  
 bus diis terrarum istarum, qui eruerit ter-  
 ram suam de manu mea, vt eruat Domi-  
 nus Ierusalẽ de manu mea? Et siluerunt,  
 & non responderūt ei verbum. Mandaue-  
 rat enim *\*rex*, dicens, Ne respondeatis ei.  
 Et



12 Et ingressus est Eliacim fili⁹ Helciæ qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahē filius Afaph à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabfācis.

## CAP. XXXVII.

1 **E**T factū est: cū audisset rex Ezechias, 4. Re. 19. 4. 1.  
 A **E**scidit vestimenta sua, & obuolutus 2. Pa. 32. 4. 1.  
 est sacco, & intrauit in domum Domini.

2 Et misit Eliacim qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus operos sacco ad Isaiam filium *pphetę. hie*  
 3 Amos prophetam, & dixerunt ad eum, *rony. hie. fu*  
 Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & *it. n. amos*  
 correptionis, & blasphemiae dies hæc: *pr isrie pph*  
 quia venerunt filij vsque ad partum, & *etn quodq.*  
 4 virtus non est pariendi. Si quo modo au *ita hnt correa*  
 diat Dominus Deus tuus verba Rabfācis, *ta. i*  
 quem misit rex Assyriorum dominus su- *arguendū sermo*  
 us ad blasphemandum Deum viuentem, *nes.*  
 & exprobandum sermonibus quos au-

diuit Dominus Deus tuus: leua ergo orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt.  
 5 Et venerunt serui regis Ezechiae ad Isai-  
 6 am, & dixit ad eos Isaias, Hæc dicetis  
 B Domino vestro, Hæc dicit Dominus, Ne  
 timeas à facie verborum quæ audisti, qui  
 bus blasphemauerunt pueri regis Assyrio-  
 7 rum me. Ecce, Ego dabo ei spiritum, &  
 audiet nuntium, & reuertetur ad terram  
 suam, & corruere eum faciam gladio in  
 8 terra sua. Reuersus est autem Rabfāces,  
 & inuenit regem Assyriorum præliantē  
 aduersus Lobnam. Audierat enim quia

E 2

profe-



profectus esset de Lachis, & audiuit de  
 Tharaca rege Aethiopiae, dicentes, Egressus  
 est ut pugnet contra te. Quod cum audisset  
 misit nuntios ad Ezechiam, dicens, Hae  
 dicetis Ezechiae regi Iudae, loquentes, Non  
 te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis,  
 dicens, Non dabitur Ierusalem in manu  
 regis Assyriorum. Ecce, tu audisti om-  
 nia quae fecerunt reges Assyriorum om-  
 nibus terris quas subuerterunt, & tu po-  
 teris liberari? Nunquid eruerunt eos dii  
 Gentium, quos subuerterunt patres mei  
 Gozam, & Haran, & Reseph, & filios E-  
 den, qui erant in Thalassar? Vbi est rex  
 Emath, & rex Arphad, & rex urbis Sephar-  
 aim, Ana & Aua? Et tulit Ezechias  
 libros de manu nuntiorum, & legit eos,  
 & ascendit in domum Domini, & expan-  
 dit eos Ezechias coram Domino. Et ora-  
 uit Ezechias ad Dominum, dicens, Domine  
 exercituum Deus Israel, qui se-  
 des super cherubim: tu es Deus solus om-  
 nium regnorum terrae, tu fecisti caelum  
 & terram. Inclina Domine aurem tuae,  
 & audi: aperi Domine oculos tuos, & vi-  
 de, & audi omnia verba Sennacherib, quae  
 misit ad blasphemandum Deum viventem.  
 Verum enim Domine desertas fecerunt re-  
 ges Assyriorum terras, & regiones earum.  
 Et dederunt deos earum igni: non enim  
 erant dii, sed opera manuum hominum,  
 lignum & lapis, & cominuerunt eos. Et  
 nunc Domine Deus noster salua nos de  
 manu eius: & cognoscant omnia regna  
 terrae

*literas.*

*ut p<sup>1</sup>bis officie-  
ret.*

*ut*



21 terræ quia tu es Dominus solus. <sup>¶</sup> Et mi-  
 sit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicēs,  
 Hæc dicit Dominus Deus Israël, Pro qui-  
 bus rogasti me de Sennacherib rege Assy-  
 22 riorum, <sup>¶</sup> hoc est verbū quod locutus est  
 Dominus super eum, Despexit te, & sub-  
 sannauit te, virgo filia Sion: post te caput  
 23 mouit, filia Ierusalē. <sup>¶</sup> Cui exprobraſti, &  
 quem blasphemasti, & super quem exalta-  
 ſti vocem, & leuaſti altitudinem oculo-  
 24 rum tuorum? Ad ſanctum Israël. <sup>¶</sup> In ma-  
 E nu ſeruorum tuorum exprobraſti Domi-  
 no: & dixiſti, In multitudine quadrigarū  
 mearū ego aſcendi altitudinem montiū,  
 iugā Libani: & ſuccidam excelsa cedrorū  
 eius, & electas abietes illius, & introibo  
 altitudinem ſummitatis eius, ſaltum Car-  
 25 meli eius. <sup>¶</sup> Ego fodi & bibi aquā, & ex-  
 iccaui veſtigio pedis mei omnes riuos ag-  
 26 gerum. <sup>¶</sup> Nunquid non audiſti quæ olim  
 fecerim ei? ex diebus antiquis ego plasma-  
 ui illud: & nunc adduxi, & factum eſt in  
 eradicationem collium compugnātium,  
 27 & ciuitatum munitarum. <sup>¶</sup> Habitatores  
 earum breuiatā manu contremuerunt, &  
 confuſi ſunt: facti ſunt ſicut ſcenum agri,  
 & gramen paſcuæ, & herba tectorū quæ  
 28 exaruit antequā matureſceret. <sup>¶</sup> Habitatio  
 F nē tuā, & egreſſum tuū, & introitum tuū  
 29 cognoui, & inſaniā tuā contra me. <sup>¶</sup> Cū  
 fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcen-  
 dit in aures meas: ponam ergo circulum  
 in naribus tuis, & frenum in labiis tuis,  
 & reducam te in viam per quam veni-  
 ſti.

*Satēra.*

*munitos.*

*1. Sine viribg.*



*Decidua.* *spōte nascētia:* sti. <sup>9</sup>Tibi autem hoc erit signum, Come-  
 de hoc anno quæ sponte nascuntur, & in  
 anno secundo pomis vescere: in anno au-  
 tem tertio seminate & metite, & plantate  
 vineas, & comedite fructum earum. <sup>9</sup> Et  
 mittet id quod saluatum fuerit de domo  
 Iuda, & quod reliquum est, radicem de-  
 orsum, & faciet fructum sursum. <sup>9</sup> quia  
 de Ierusalem exhibunt reliquie, & saluatio  
 de monte Sion: zelus Domini exercituū  
 faciet istud. <sup>9</sup> Propterea hæc dicit Domi-  
 nus de rege Assyriorum, non intrabit ci-  
 uitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam:  
 & non occupabit eam clypeus, & non  
 mittet in circuitu eius aggerem. <sup>9</sup> In via  
 qua venit, per eam reuertetur, & ciuita-  
 tem hanc non ingredietur, dicit Domi-  
 nus. <sup>9</sup> Et protegam ciuitatem istam, vt sal-  
 uem eam propter me, & propter David  
 seruum meum. <sup>9</sup> Egressus est autem ange-  
 lus Domini, & percussit in castris Assyrio-  
 rum centum octogintaquinque millia. Et  
 surrexerunt mane, & ecce omnes cadaue-  
 ra mortuorum. <sup>9</sup> Et egressus est, & abiit:  
 & reuersus est Sennacherib rex Assyrio-  
 rū, & habitauit in Ninie. <sup>9</sup> Et factum est,  
 cum adoraret in templo Nesroch Deum  
 suum, Adramélech, & Sarásar filij eius  
 percusserunt eum gladio, fugeruntque in  
 terram Ararat, & regnauit Asarhaddon  
 filius eius pro eo.

## CAP. XXXVIII.

*4. Re. 20. n. 1.* *2. Pa. 32. f. 24* **I**N diebus illis ægrotauit Ezechias vsq;  
 ad mortem, & introiuit ad eum Isaias  
 filius



1 filius Amos propheta, & dixit ei, Hæc di-  
 2 eit Dominus, Dispone domui tuæ, quia  
 3 moriêris tu, & non viues. Et conuertit  
 4 Ezechias faciem suam ad parietem, & o-  
 5 rauit ad Dominũ, & dixit, Obsecro Do-  
 6 mine, memêto quæso quomodò ambula-  
 7 uerim corã te in veritate & in corde per-  
 8 fecto, & quod bonum est in oculis tuis fe-  
 9 cerim. Et fleuit Ezechias fletu magno.  
 10 Et factum est verbum Domini ad Isaiã,  
 11 dicens, Vade, & dic Ezechiaë, Hæc dicit  
 12 Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui  
 13 orationem tuã, & vidi <sup>l</sup>lachrymas tuas. ecce, ego  
 14 adiiciam super dies tuos quinde-  
 15 cim annos, & de manu regis Assyriorũ  
 16 eruam te & ciuitatem istam, & protegã  
 17 eam. Hoc autem tibi erit signum à Do-  
 18 mino quia faciet Dominus verbum hoc  
 19 quod locutus est, Ecce ego reuerti faciã  
 20 vmbra linearum, per quas descenderat  
 21 in horologio Achaz in sole, retrorsum de-  
 22 cem lineis. Et reuersus est sol decẽ lineis  
 23 per gradus quos descenderat.

24 Scriptura Ezechiaë regis Iuda cum æ-  
 25 grotasset, & conualuisset de infirmita-  
 26 te sua:

27 Ego dixi, In dimidio dierum meorum  
 28 vadã ad portas infernũ: quæsiui residuũ  
 29 annorum meorum.

30 Dixi, Nõ videbo Dominum Deum in  
 31 terra viuentium, non aspiciam hominem  
 32 vltra, & habitatorem quietis.

33 Generatio mea ablata est: & conuolu-  
 34 ta est à me, quasi tabernaculum pastorũ:

E 4

præcisa

D. 1. de pnia. c. qu  
 nm obte.  
 præcipe.

lachrymã  
 tuam lo.

Excissione.

sepulchri: care  
 bõ residuo.

orbis.

temp meũ abla-  
 tum.

migrãuit.



7 *Equitudine cōi-  
lit.* præcisa est, velut à texente vita: dum ad-  
huc ordiret succidit me: de mane vsq; ad  
 8 *subaudi. me vi-  
cturū: sed* vesperam finies me.  
 9 *Consumes,* <sup>9</sup> Sperabā vsq; ad mane, quasi leo sic cō-  
 10 *gus et hircudo.* <sup>10</sup> Sicut pullus hirundinis sic clamabo,  
 11 *vel quiescere. fac* meditabor vt columba: attenuati sunt o-  
culi mei suspicientes in excelsum: Domi-  
ne vim patior, responde pro me.  
 12 *Responde.* <sup>12</sup> Quid dicam, aut quid respōdebit mi-  
hi cū ipse fecerit? recogitabo \* omnes  
 13 *fecerim 18.  
\* tibi.* annos meos in amaritudine animæ meę,  
 14 *2. 5.* <sup>14</sup> Domine- si sic viuitur, & in talibus vi-  
ta spiritus mei, corripies me & viuifica-  
bis me.  
 15 *Et dixit mihi, et  
fecit quod dixit.* <sup>15</sup> Ecce, in pace amaritudo mea amarissi-  
 16 *tristis incedā.* ma: tu autem eruiisti animam meam vt  
non periret, proiecisti post tergum tuum  
omnia peccata mea.  
 17 *Ultra eos (subau-  
di. 15. annos quos  
adiiecisti) viuet  
et om̄s dicā q̄ in  
eis vita spūs meę  
et sanabis.* <sup>17</sup> Quia non infernus confitebitur tibi,  
 18 *cōcupisti subaudi  
eruate.* neq; mors laudabit te: non expectabunt  
qui descendunt in lacum, veritatem tuā.  
 19 *illi q̄ sūt in sep-  
tchris cōfitebūtur.* <sup>19</sup> Viuens viuens ipse confitebitur tibi,  
 20 sicut & ego hodie: pater filijs notā faciet  
veritatem tuam. Domine saluū me fac,  
 21 & psalmos nostros cantabimus cunctis  
diebus vitæ nostræ in domo Domini.  
 22 <sup>22</sup> Et iussit Isaias vt tollerent massam de fi-  
 23 cis, & cataplasma rent super vulnus, & sa-  
 24 naretur. Et dixit Ezechias, Quod erit si-  
gnū quia ascendam in domum Domini?



1 **I**n tempore illo misit Merodach Bala-  
 A dan filius Baladā rex Babylonis, libros 4. re. 20. c. 2.  
 & munera ad Ezechiam: audierat enim  
 2 quod agrotasset, & conualuisset. ¶ Læta-  
 tus est autem super eis Ezechias, & ostē-  
 dit eis cellam aromatum, & argenti, &  
 auri, & odorum, & unguenti opti-  
 mi, & omnes apothecas supellectilis suę,  
 & vniuersa quę inuenta sunt in thesauris  
 B eius. Non fuit verbum quod non osten-  
 deret eis Ezechias in domo sua & in om-  
 3 ni potestate sua. ¶ Introiuit autem Isaias  
 propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei,  
 Quid dixerunt viri isti, & vnde venerūt  
 ad te? Et dixit Ezechias, De terra longin-  
 4 qua venerunt ad me, de Babylone. ¶ Et  
 C dixit, Quid viderunt in domo tua? Et di-  
 xit Ezechias, Omnia quę in domo mea  
 sunt, viderunt: non fuit res quam non o-  
 5 stenderim eis in thesauris meis. ¶ Et dixit  
 Isaias ad Ezechiam, Audi verbum Domi-  
 6 ni exercituum: ¶ Ecce dies venient, & au-  
 D ferentur omnia quę in domo tua sunt, &  
 & quę thesaurizauerunt patres tui vsq;  
 ad diem hanc, in Babylonem: non relin-  
 7 quetur quicquam, dicit Dominus. ¶ Et de  
 filiis tuis, qui exhibunt de te, quos genueris,  
 & erunt eunuchi in palatio  
 8 regis Babylonis. ¶ Et dixit Ezechias ad I-  
 saiam, Bonum verbum Domini quod lo-  
 cutus est. Et dixit, Fiat tantum pax & ve-  
 ritas in diebus meis.

quicquam.



mititia.  
populū meū.  
blande. osc. 2.  
ruth. 2.  
cōpletū est tēpus

Mat. 3. n. 3.

Marc. 1. 4. 3.

I. u. c. 3. a. 4.

Ioan. I. c. 23.

expurgate.

gratia mia.

herba.

IESUS.

Eccl. 14. c. 18.

Iacob. 1. b. 10.

I. Pet. 1. d. 24.

4  
del.5  
quē.

Matt. 5. c. 18.

24. c. 35.

Mar. 13. d. 31.

Luc. 16. d. 17.

3  
Ducet dte se.

Ioan. 10. b. 11

Exec. 34. f. 23

37. f. 24.

preparauit.

in mensura pul-  
uerem.

**C**onsolamini cōsolamini popule meo,  
dicit Deus vester. <sup>1</sup> Loquimini ad  
cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniam  
completa est malitia eius, dimissa est ini-  
quitas illius: suscepit de manu Domini  
duplicia pro omnibus peccatis suis. <sup>2</sup> Vox  
clamantis in deserto: Parate viam Dñi, re-  
ctas facite in solitudine semitas Dei no-  
stri. <sup>3</sup> Omnis vallis exaltabitur, & ois mōs  
& collis humiliabitur, & erunt praua in  
directa, & aspera in vias planas. <sup>4</sup> Et reue-  
labitur gloria Domini, & videbit omnis  
caro pariter quod os Domini locutum  
est, <sup>5</sup> Vox dicētis, Clama. Et dixi, Quid cla-  
mabo? <sup>6</sup> Omnis caro fœnū, & omnis glo-  
ria eius quasi flos agri. <sup>7</sup> Exiccatum est fœ-  
num, & cecidit flos, quia spiritus Domi-  
ni sufflauit in eo. Verè fœnum est popu-  
lus: <sup>8</sup> exiccatum est fœnū, & cecidit flos:  
<sup>9</sup> verbum autem Domini nostri manet in  
æternum: <sup>10</sup> Super montem excelsum af-  
cende tu qui euangelizas Sion: exalta in  
fortitudine vocem tuam, qui euangeli-  
zas Ierusalem: exalta, noli timere. Dic ci-  
uitatibus Iudæ, Ecce Deus vester: <sup>11</sup> ecce  
Dominus Deus in fortitudine veniet, &  
brachiū eius dominabitur: ecce, merces  
eius cum eo, & opus illius coram illo.  
<sup>12</sup> Sicut pastor, gregem suum pascet: in  
brachio suo congregabit agnos, & in si-  
nu suo leuabit, fœtas ipse portabit. <sup>13</sup> Quis  
mensus est pugillo aquas, & celos pal-  
mo pōnderauit? quis appendit tribus di-  
gitis molem terræ, & liberauit in ponde-  
re



13 re montes, & colles in statéra? <sup>1</sup> Quis ad-  
 iuuit spiritum Domini? aut quis consilia-  
 14 rius eius fuit, & ostendit illi? <sup>2</sup> Cum quo  
 iniit consilium, & instruxit eum, & do-  
 cuit eum semitam iustitiæ, & erudiuit  
 eum scientiam, & viam prudentiæ o-  
 15 stendit illi? <sup>3</sup> Ecce, Gentes quasi stilla si-  
 D tulæ, & quasi momentum statéræ repu-  
 ratæ sunt: ecce, insulæ quasi puluis exigû.  
 16 <sup>4</sup> Et Libanus non sufficiet ad succenden-  
 dum, & animalia eius non sufficient ad  
 17 holocaustum. <sup>5</sup> Omnes gentes quasi non  
 sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum  
 18 & inane reputatæ sunt ei. <sup>6</sup> Cui ergo si-  
 milem fecistis Deum? aut quam imagi-  
 19 nem ponetis ei? <sup>7</sup> Nunquid sculptile con-  
 flauit faber? aut aurifex auro figurauit il-  
 20 lud, & laminis argenteis argétarius? <sup>8</sup> For-  
 E te lignum & imputribile elegit: artifex  
 sapiens quærit quomodo statuatur simula-  
 21 chrum quod non moueatur. <sup>9</sup> Nunquid  
 non scitis? nunquid non audistis? nun-  
 quid non annuntiatum est vobis ab ini-  
 tio? nunquid non intellexistis fundamen-  
 22 ta terræ? <sup>10</sup> Qui sedet super gyrum terræ,  
 & habitatores eius sunt quasi locustæ: qui  
 extendit velut nihilum cælos, & expan-  
 dit eos sicut tabernaculum ad inhabitan-  
 23 dū. <sup>11</sup> Qui dat secretorū scrutatores quasi  
 non sint, iudices terræ velut inane fecit:  
 24 <sup>12</sup> Equidē neq; plantatus, neq; fatus, neq;  
 F radicatus in terra truncus eorum: repen-  
 te flauit in eos, & aruerunt, & turbo qua-  
 25 si stipulam auferet eos. <sup>13</sup> Et cui assimila-  
 stis

Rom. 11. d. 34

1. Cor. 2. d. 16

Sap. 9. c. 13

Scientia.

Docuit eū.

puluis tenuis.

piciuntur.

Act. 17. f. 29.

cōflabit.

artifex.

catenas argenteas ponat in eo.

pau.

scietis

sphæram.

telam.

in nihilū redu-  
cūt principes.Plantato,  
neque fatus,  
neque radica-  
to in terra  
truncus e.



stis me, & adæquastis, dicit sanctus? <sup>26</sup> Le-  
uate in excelsum oculos vestros, & vide-  
te quis creauit hæc: qui educit in nume-  
ro militiam eorum, & omnes ex nomine  
vocat: præ multitudine fortitudinis &  
roboris, virtutisque eius neque vnum re-  
liquum fuit. <sup>27</sup> Quare dicis Iacob, & lo-  
queris Israël, Abscōdita est via mea à Do-  
mino, & à Deo meo iudicium meū trāsi-  
uit? <sup>28</sup> Nunquid nescis, aut non audisti?  
Deus sempiternus Dominus, qui creauit  
terminos terræ: non deficiet, neque labor-  
abit, nec est inuestigatio sapientiæ eius.  
<sup>29</sup> Qui dat lasso virtutem: & his qui non  
sunt fortitudinem, & robur multiplicat.  
<sup>30</sup> Deficient pueri, & laborabunt, & iuue-  
nes in infirmitate cadent. <sup>31</sup> Qui autē spe-  
rant in Domino, mutabunt fortitudinē,  
assument pennas sicut aquilæ, current &  
non laborabunt, ambulabunt & non de-  
ficient.

transibit.

Quibus nō est for-  
titude.

lassabuntur.  
cadendo.

ascendet alijs.

7  
lege in preterito sequitur  
bē nā de abraham  
logē

4  
semitā pedibus  
is nō ingressus  
est. (i. nō sens  
it viā in pedibus  
IESU. p. totū  
c. 3.

Isf. 44. c. 6.

48. b. 12.

Apoc. 1. d. 18.

22. c. 13.

## CAP. XLI.

Accedant ad me insulæ, & Gentes mu-  
tent fortitudinem: accedant, & tunc  
loquantur, simul ad iudicium propin-  
quemus. <sup>2</sup> Quis suscitauit ab Oriente iu-  
stum, vocauit eum vt sequeretur se? da-  
bit in conspectu eius Gentes, & reges ob-  
tinebit. dabit quasi puluerē gladio eius,  
sicut stipulam vento raptam arcui eius.  
<sup>3</sup> Persequetur eos, transibit in pace, semita  
in pedibus eius non apparebit. <sup>4</sup> Quis  
hæc operatus est, & fecit vocans genera-  
tiones ab exordio? Ego Dominus, primus  
&



- 5 & nouissimus ego sum. <sup>7</sup> Viderunt insulae *faber lionarius*  
 B & timuerunt, extrema terrae obstupue- *aurifabri. et la-*  
 runt, appropinquauerunt & accesserunt. *pici da fabri lo-*  
 6 <sup>7</sup> Vnusquisque proximo suo auxiliabitur. *minax. qui dicit*  
 7 & fratri suo dicet, Confortare. <sup>7</sup> Confor- *de sede idoli, &*  
 tauit faber ærarius percutiens malleo, eum *ene se hq: cōsa-*  
qui cudebat tunc temporis, dicens, Gluti *labz illu qui as-*  
no bonum est: & confortauit eum clavis, *stigit idoluq.*  
 8 vt non moueretur. <sup>7</sup> Et tu Israël serue *moueatuz.*  
 meus, Iacob quem elegi, semen Abraham *quia.*  
 9 amici mei, <sup>7</sup> in quo apprehendi te ab ex- *terrentis.*  
 tremis terrae, & à longinquis eius vocavi  
 C te, & dixi tibi, Seruus meus es tu, elegi te,  
 10 & non abieci te. <sup>7</sup> Ne timeas, quia ego te-  
 cum sum: ne declines, quia ego Deus tu- *iustitiz meq.*  
 us: confortauit te, & auxiliatus sum tibi,  
 11 & suscepit te dextera iusti mei. <sup>7</sup> Ecce con-  
 fundentur & erubescunt omnes qui pu-  
 gnant aduersum te: erunt quasi non sint,  
 & peribunt viri qui contradicunt tibi.  
 12 <sup>7</sup> Quæres eos, & non inuenies viros rebel-  *nihil.*  
 les tuos. erunt quasi non sint: & veluti  
consumptio hominis bellantis' aduersum  
 13 te. <sup>7</sup> Quia ego Dominus Deus tuus appre-  *homines*  
 hendens manum tuam, dicensq; tibi, Ne *bellantes x.*  
 14 timeas, ego adiuui te. <sup>7</sup> Noli timere ver-  
 mis Iacob qui mortui estis ex Israël: ego  
 auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & re-  
 15 demptor tuus sanctus Israël. <sup>7</sup> Ego posui  
 D te quasi plaustrum triturans nouum, ha-  
 bens rostra ferrantia: triturabis montes,  
 & comminues: & colles quasi puluerem  
 16 pones. <sup>7</sup> Ventilabis eos, & ventus tollet,  
 & turbo disperget eos: & tu exultabis in  
 Domi-



Domino, in sancto Israël lætaberis. <sup>17</sup> Ege-  
 ni, & pauperes quærunt aquas, & non  
 sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Domi-  
 nus exaudiam eos, Deus Israël non dere-  
 linquam eos. <sup>18</sup> Aperiam in supinis colli-  
 bus flumina, & in medio camporum fon-  
 tes: ponam desertum in stagna aquarum,  
 & terram inuiam in riuos aquarum.  
<sup>19</sup> Dabo in solitudinem cedrum, & spinã,  
 & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in  
 deserto abietem, vlmum, & buxum si-  
 mul. <sup>20</sup> Vt videant, & sciant, & recogitent,  
 & intelligant pariter quia manus Domi-  
 ni fecit hoc, & sanctus Israël creauit il-  
 lud. <sup>21</sup> Prope facite iudicium vestrum, di-  
 cit Dominus: afferte, siquid fortè habe-  
tis, dixit rex Jacob. <sup>22</sup> Accedant, & nunti-  
 ent nobis quæcunque ventura sunt: prio-  
 ra quæ fuerint nuntiate: & ponemus cor  
 nostrum, & sciemus nouissima eorum,  
 & quæ ventura sunt indicate nobis. <sup>23</sup> An  
 nuntiate quæ ventura sunt in futurum,  
 & sciemus quia dij estis vos. bene quo-  
 que aut malè, si potestis, facite: & loqua-  
 mur, & videamus simul. <sup>24</sup> Ecce, vos estis  
 ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod  
 non est: abominatio est qui elegit vos.  
<sup>25</sup> Suscitauit ab Aquilone, & veniet ab Or-  
 tu solis: vocabit nomen meum, & addu-  
cet magistratus quasi lutum, & velut  
 plastes conculcans humum. <sup>26</sup> Quis an-  
 nuntiauit ab exordio, vt sciamus: & à  
 principio, vt dicamus, Iustus es? non est  
 neque annuntians, neque prædicens, ne-  
 que

*Supremis.*

*Sitta genus est ce-  
 dri optime.*

*pini:*

*lites vras.*

*veniet sup pnci-  
 pas.*



27 que audiens sermones vestros. <sup>1</sup> Primus  
ad Sion dicet, Ecce adsum, & Ierusalem  
28 euangelistam dabo. <sup>2</sup> Et vidi, & non erat  
neque ex istis quisquam qui iniret consi-  
lium, & interrogatus responderet ver-  
29 bum. <sup>3</sup> Ecce omnes iniusti, & vana ope-  
ra eorum, ventus & inane simulachra  
eorum.

**trinitas**

innitaz si.

CAP. XLIII.

1 **E**cce <sup>1</sup> seruus meus, suscipiam eum: electus  
A <sup>2</sup> meus, complacuit sibi in illo anima  
mea: dedi spiritum meum super eum, iu-  
2 <sup>3</sup> dicitur Gentibus proferet. <sup>4</sup> Non clama-  
bit, neq; accipiet personam, nec audietur  
3 <sup>5</sup> vox eius foris. <sup>6</sup> Calamum quassatum non  
conteret, & linum fumigas non extinguet:  
4 <sup>7</sup> in veritate educet iudicium. <sup>8</sup> Non erit  
tristis, neque turbulentus, donec ponat  
in terra iudicium: & legem eius insulae ex-  
5 <sup>9</sup> spectabunt. <sup>10</sup> Hec dicit Dominus Deus creans  
caelos, & extendens eos: firmans terram,  
& quae germinant ex ea: dans flatum po-  
pulo qui est super eam & spiritum calcan-  
6 <sup>11</sup> tibus eam. <sup>12</sup> Ego Dominus vocavi te in iu-  
B <sup>13</sup> stitia, & apprehendi manum tuam, & ser-  
uavi te. Et dedi te in foedus Populi, in lu-  
7 <sup>14</sup> cem Gentium: <sup>15</sup> Vt aperires oculos caeco-  
rum, & educeres de conclusionibus vincitum,  
8 <sup>16</sup> de domo carceris sedentes in tenebris. <sup>17</sup> E-  
go Dominus, hoc est nomen meum: <sup>18</sup> glo-  
riam meam alteri non dabo, & laudem  
9 <sup>19</sup> meam sculptilibus. <sup>20</sup> Quae prima fuerunt,  
ecce venerunt: noua quoque ego annuntio:  
10 <sup>21</sup> antequam oriantur, audita vobis faciam. <sup>22</sup> Ca-  
tate

40 *Su q dixi ad sio  
Ecce hic su et mi  
sta nuntios ad hic  
rusale q offerat b  
ona nuntia si.*

*sciret aliquid.*

*Mat. 2. 6. 38*

*2. 9. 7. c. nos si,*

*concedet. iesu.*

*in plateis.*

*Deficiet visu.*

*Deficiet viribz.*

*Expandens.*

*vel ninq.*

*3  
carcere.*

*Infr. 49. 6. 6. iesu*

*Infr. 48. 6. 22*



*vel. letetur. aut  
 exaltet vocem.  
 ville g'ans.*

*7.*

*roborauit se. i.  
 vincat inimicos.*

*7*

*a seculo vel diu  
 educationem.*

*1*

*visum recipite.*

*2*

*sicut p'fecto.  
 c. paulo. 2. q. 7.*

*sicut.*

*4*

*Et in eum multa vi  
 deris, nihil tamen ob  
 spicias: et quis a  
 pinet aures: nih  
 il tamen exaudis.*

*attamen bñ ei vult  
 se dñs ob iustitiã  
 suã. et magnifi  
 cabit et glorificabit  
 legem suam.*

*qui laqueis capti sũt.*

rate Domino canticum nouum, laus eius  
 ab extremis terræ, qui descenditis in ma-  
 re, & plenitudo eius: insulæ, & habitato-  
 res earum. Subleuetur desertum & ciuita-  
tes eius: in domibus habitabit Cedar: lau-  
 date habitatores Petræ, de vertice monti-  
 um clamabunt. Ponent Domino gloriã,  
 & laudem eius in insulis nuntiabunt. Do-  
minus sicut fortis egredietur, sicut vir pre-  
liator suscitabit zelum: vociferabitur, &  
clamabit: super inimicos suos conforta-  
bitur. Tacui semper, silui, patiens fui,  
 sicut parturiens loquat: dissipabo, & ab-  
 sorbebo simul. Desertos faciam montes,  
 & colles, & omne gramen eorum exic-  
 cabo: & ponam flumina in insulas, & sta-  
 gna arefaciam. Et ducam cæcos in vi-  
 am quam nesciunt: & in semitis quas ig-  
 norauerunt ambulare eos faciam: po-  
 nam tenebras coram eis in lucem, & pra-  
 ua in recta. hæc verba feci eis, & non de-  
 reliqui eos. Conuersi sunt retrorsum:  
 confundantur confusione, qui confidunt  
 in sculptili, qui dicunt conflatili, Vos dii  
 nostri. Surdi audite, & cæci intuemini  
ad videndum. Quis cæcus, nisi seruus  
 meus? & surdus, nisi ad quem nuntios  
 meos misi? quis cæcus, nisi qui vænunda-  
tus est? & quis cæcus, nisi seruus Domi-  
ni? Qui vides multa, nonne custodies?  
 qui apertas habes aures, nonne audies?  
Et Dominus voluit vt sanctificaret eum, & ma-  
gnificaret legem, & extolleret. Ipse autem po-  
 pulus direptus, & vastatus: laqueus iue-  
num



nū oēs, & in domibus carcerū absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionē, nec est qui dicat, Red  
 23 de. <sup>?</sup> Quis est in vobis qui audiat hoc, at-  
 24 tendat, & auscultet futura? <sup>?</sup> Quis dedit  
 in direptionem Iacob, & Israēl vastanti-  
 bus? nōne Dñs ipse, cui peccauimus? Et  
 noluerunt in viis eius ambulare, & non  
 25 audierunt legem eius. <sup>?</sup> Et effudit super eū  
 indignationem furoris sui, & forte bellū,  
 & cōbussit eum in circuitu, & nō cogno-  
 uit: & succendit eum, & non intellexit.

## CAP. XL III.

**A** **E**T nunc hæc dicit Dominus creans te  
 Iacob, & formans te Israēl. Noli time-  
 re, quia redemi te, & vocaui te nomine  
 2 tuo: me<sup>9</sup> es tu. <sup>?</sup> Cū trāsieris per aquas,  
 tecum ero, & flumina non operient te: cū  
 ambulaueris in igne, non comburēris, &  
 3 flamma nō ardebit in te. <sup>?</sup> Quia ego Dñs  
 Deus tuus sanctus Israēl saluator tuus, de-  
 di propitiationem tuam Ægyptum, Æ-  
 4 thiopiam & Saba pro te. <sup>?</sup> Ex quo hono-  
 rabilis factus es in oculis meis, & glorio-  
 sus: ego dilexi te, & dabo homines pro  
 5 te, & populos pro anima tua. <sup>?</sup> Noli time-  
 re, quia ego tecum sum: ab Oriente addu-  
 cam semen tuum, & ab Occidente con-  
 6 gregabo te. <sup>?</sup> Dicam Aquiloni, Da: & Au-  
 stro, Noli prohibere: affer filios meos de  
 longinquo, & filias meas ab extremis ter-  
 7 ræ. <sup>?</sup> Et omnem qui inuocat nomen me-  
um, in gloriam meam creauī eum, for-  
 8 maui eum, & feci eum. <sup>?</sup> Educ foras po-  
 pulum

amos. 4. pu  
 27. iere. 45.

proctū tuū.

st ppter ea quod.

**IESUS.**

uocatur nomine  
 meo.

F

pulum



pulū cæcum, & oculos habentem: surdū,  
 & aures ei sunt. ¶ Omnes gentes congre-  
 gatae sunt simul, & collectae sunt tribus: B  
 quis in vobis annuntiet istud, & quæ pri-  
 ma sunt, audire nos faciet? dent testes eo-  
 rum, & iustificentur, & audiant, & dicāt,  
 Verè. ¶ Vos testes mei, dicit Dominus, & 10  
 seruus meus quem elegi: vt sciatis, & cre-  
 datis mihi, & intelligatis quia ego ipse  
 sum. ante me non est formatus Deus, &  
 post me non erit. ¶ Ego sum, ego sum 11  
 Dominus, & non est absque me saluator.  
 ¶ Ego annuntiaui, & saluaui: auditum 12  
 feci, & non fuit in vobis alienus. vos te-  
 stes mei, dicit Dominus, & ego Deus.  
 ¶ Et ab initio ego ipse, & non est qui de 13  
 manu mea eruat: operabor, & quis auer-  
 tet illud? ¶ Hæc dicit Dominus redemp- 14  
 tor vester, sanctus Israël, Propter vos emi-  
 si in Babylonē, & detraxi vectes vniuer-  
 fos, & Chaldæos in nauibus suis glorian-  
 tes. ¶ Ego Dñs sanctus vester, creans Israël 15  
 rex vester. ¶ Hæc dicit Dñs, qui dedit in 16  
 mari viam, & in aquis torrētibus semitā. C  
 ¶ Qui eduxit quadrigam & equum: ag- 17  
 men & robustum, simul obdormierunt,  
 nec resurgēt: contriti sunt quasi linum, &  
 extincti sunt. ¶ Ne memineritis priorum, 18  
 & antiqua ne intueamini. ¶ Ecce lego facio 19  
 noua, & nunc orientur, vtique cognosce-  
 tis ea: ponam in deserto viam, & in inuio  
 flumina. ¶ Glorificabit me bestia agri, dra- 20  
 cones & struthiones: quia dedi in deserto  
 aquas, flumina in inuio, vt darem potum  
 populo

1  
 formator deo vobis  
 factus aliquis de  
 us.

ateq̄ dies fieret

Osee 13. b. 4.

descendere faciam  
 fugitiuos.

vobis gentibus.

2. Cor. 5. d. 17

Apoc. 21. b. 5.



- 21 populo meo, electo meo. <sup>7</sup> Populum istum  
 formaui mihi, laudem meam narrabit.  
 22 <sup>7</sup> Non me inuocasti Iacob, nec laborasti  
 23 in me Iſraël. <sup>7</sup> Non obtulisti mihi arietem  
 holocausti tui, & victimis tuis non glori-  
 ficasti me: non te seruire feci in oblatione,  
 24 nec laborem tibi præbui in thure. <sup>7</sup> Non  
 D emisti mihi argento calamum, & adipe  
 victimarum tuarum non inebriasti me. Ve-  
 runtamen seruire me fecisti in peccatis tuis,  
 præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus  
 25 tuis. <sup>7</sup> Ego sum, ego sum ipse qui deleo ini-  
 quitates tuas propter me, & peccatorum  
 26 tuorum non recordabor. <sup>7</sup> Reduc me in  
 memoriam, & iudicemur simul: narra si  
 27 quid habes vt iustificeris. <sup>7</sup> Pater tuus pri-  
 mus peccauit, & interpretes tui præuari-  
 28 cati sunt in me. <sup>7</sup> Et contaminaui princi-  
 pes sanctos, \* dedi ad interuencionem Iacob, \* & 2.  
 & Iſraël in blasphemiam.

## CAP. XLIIII.

- 1 **E**T nunc audi Iacob serue meus, & Iſ- Iere. 30. b. 10  
 2 **E**raël quem elegi, <sup>7</sup> Hæc dicit Domi- 46. g. 27.  
 3 **A**nus faciens & formans te, ab utero auxi- **IESUS, eze**  
 liator tuus: noli timere serue meus Iacob, **11. 36. iocel**  
 4 & rectissime quem elegi. <sup>7</sup> Effundam enim **2. act. 20.**  
 aquas super sitientem, & fluentia super **germina tua.**  
 aridam: effundam spiritum meum super  
 semen tuum, & benedictionem meam  
 5 super stirpem tuam. <sup>7</sup> Et germinabunt in  
 ter herbas quasi salices iuxta præterfluen-  
 tes aquas. <sup>7</sup> Iste dicet, Domini ego sum: &  
 ille vocabit in nomine Iacob. & hic scri-  
 bet manu sua, Domino: & in nomine Iſra-  
ël as- **nomine israel**  
**is 50 nomina**  
**bit.**



el assimilabitur. <sup>¶</sup> Hæc dicit Dominus rex 6  
 Israël, & redemptor eius Dominus exerci-  
 tuum, ¶ Ego primus, & ego nouissimus, &  
 absque me non est Deus. <sup>¶</sup> Quis similis 7  
 mei? vocet & annuntiet: & ordinē expo-  
 nat mihi, ex quo cōstitui populū antiquū:  
 ventura & quæ futura sunt annuntient  
 eis. <sup>¶</sup> Nolite timere, neque conturbemini: 8  
 extunc audire te feci, & annuntiaui: vos B  
 estis testes mei. nunquid est Deus absque  
 me, & formator quem ego nō nouerim?  
<sup>¶</sup> Plastæ idóli omnes nihil sunt, & aman- 9  
 tissima eorum non proderūt eis. ipsi sunt  
 testes eorum quia non vident neque intel-  
 ligunt, vt confundantur. <sup>¶</sup> Quis forma- 10  
 uit Deum, & sculptile conflauit ad nihil  
 vtile? <sup>¶</sup> Ecce, omnes participes eius con- 11  
 fundentur: fabri enim sunt ex hominibus:  
 conuenient omnes, stabunt & pauebunt,  
 & confundētur simul. <sup>¶</sup> Faber ferrarius li- 12  
 ma operatus est: in prunis, & in malleis  
 formauit illud, & operatus est in brachio  
 fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, non  
 bibet aquam, & lassescet. <sup>¶</sup> Artifex ligna- 13  
 rius extendit normam, formauit illud in  
seruncina: fecit illud in angularibus, & in  
 circino tornauit illud: & fecit imaginem  
 viri quasi speciosum hominem habitan-  
 tem in domo. <sup>¶</sup> Succidit cedros, tulit ilicē, 14  
 & quercum quæ steterat inter ligna sal-  
 tus: plantauit pinum, quam pluuia nutri-  
 uit. <sup>¶</sup> Et facta est hominibus in focū: sum 15  
 psit ex eis, & calefactus est: & succendit, C  
 & coxit panes: de reliquo autem opera-  
 tus

Sup. 41. b. 4.

Infr. 48. b. 12

Apoc. 1. d. 18.

22. 13.

mundi.

præter-

deficiet.

Sup. 13. c. 11.

creta.

de labris.

 ¶  
 et obfirmavit se  
 ut querat.



- tus est Deum, & adorauit: fecit sculptile,  
 16 & curuatus est ante illud. <sup>1</sup> Medium eius  
 cōbussit igni, & de medio eius carnes\* co <sup>\*coxit</sup>  
 medit: coxit pulmentū, & saturatus est, &  
 calefactus est, & dixit, Vah, calefactus sum,  
 17 vidi focum. <sup>2</sup> Reliquum autem eius Deū  
 fecit & sculptile sibi: curuatur ante illud,  
 & adorat illud, & obsecrat, dicens, Libera <sup>ga in sūt stupidi,  
ut non.</sup>  
 18 me, quia Deus meus es tu. <sup>3</sup> Nescierūt, neq;  
 intellexerunt: obliti enim sunt, ne videāt  
 oculi eorum, & ne intelligant corde suo. <sup>pascentur cineres.</sup>  
 19 <sup>4</sup> Non recogitant in mente sua, neque co-  
 gnoscunt, neque sentiunt, vt dicant, Me-  
 dietatem eius combussi igni, & coxi super  
 carbones eius panes: coxi carnes & come-  
 di, & de reliquo eius idolum faciam? an-  
 20 te truncum ligni procidam? <sup>5</sup> Pars eius  
cinis est: cor insipiens adorauit illud, &  
 non liberabit animam suam, neque dicet,  
 Fortè mendacium est in dextera mea. <sup>adorabit.</sup>  
 21 <sup>6</sup> Memento horum Iacob & Israël, quo-  
 niam seruus meus es tu. formauit te, ser-  
 uus meus es tu Israël, non obliuiscaris  
 22 mei. <sup>7</sup> Deleui vt nubem iniquitates tuas, <sup>IESUS. mi</sup>  
 & quasi nebulam peccata tua: reuerrere <sup>thee. 7. psal</sup>  
 23 ad me, quoniam redemi te. <sup>102.</sup> <sup>1. 8.</sup> <sup>8</sup> Laudate cœ-  
 li, quoniam misericordiam fecit Domi-  
 nus: iubilate extrema terræ: resonate mō-  
 tes laudationem, saltus & omne lignum  
 eius, quoniam redemit Dominus Iacob,  
 24 & Israël gloriabitur. <sup>9</sup> Hæc dicit Domi-  
 nus redemptor tuus, & formator tuus ex  
 vtero, Ego sum Dominus faciens omnia,  
 extendens cælos solus, stabiliens terram,  
 F 3 &



& nullus mecum. <sup>25</sup> Irrita faciens signa di-  
 uinorū, & ariolos in furorē vertens. Con-  
 uertens sapientes retrorsum: & scientiā  
 eorum stultam faciens. <sup>26</sup> Suscitans verbū  
 serui sui, & consiliū nuntiorum suorū  
 complens. Qui dico Ierusalem, Habitabe-  
 ris: & ciuitatibus Iudæ, Ædificabimini, &  
 deserta eius suscitabo. <sup>27</sup> Qui dico profun-  
 do, Desolare, & flumina tua arefaciam.  
<sup>28</sup> Qui dico Cyro, Pastor meus es: & om-  
 nem voluntatem meam complebis. Qui  
 dico Ierusalem, Ædificaberis: & templo,  
 Fundaberis.

## CAP. XLV.

**H**Æc dicit Dominus christo meo Cy-  
 ro, cuius apprehēdi dexterā vt subii-  
 ciam ante faciem eius Gentes, & dorsa re-  
gum vertam, & aperiam coram eo ia-  
 nuas, & portæ non claudentur. <sup>2</sup> Ego ante  
 te ibo: & gloriosos terræ humiliabo: por-  
 tas æreas conteram, & vectes ferreos con-  
 fringam. <sup>3</sup> Et dabo tibi thesauros abscon-  
 ditos, & arcana secretorum: vt scias quia  
 ego Dominus qui voco nomen tuū Deus  
 Israël. <sup>4</sup> Propter seruū meum Iacob, & Is-  
 raël electū meum, & vocaui te nomine  
 tuo: assimilauī te, & non cognouisti me.  
<sup>5</sup> Ego Dominus, & non est amplius: extra  
 me nō est Deus: accinxi te, & non cogno-  
 uisti me: <sup>6</sup> Vt sciant hi qui ab ortu solis,  
 & qui ab occidente quoniam absque  
 me non est. <sup>7</sup> Ego Dominus, & non est  
 alter: <sup>7</sup> formans lucem, & creans tenebras:  
 faciens pacem, & creans malum: ego Do-  
 minus

m o  
 S. nomē pr  
 edictū ge.  
 16.

Suo.

subos regū dissol-  
 uam.

tortuosa restra  
 faciam.

abscondita ucul-  
 ta.

cognominauī.

\*in. 16.

v  
 deg



25 minus faciens omnia hæc. <sup>1</sup> Rorate cæli **IESU**  
 B desuper, & nubes pluāt iustū: aperiatur <sup>2</sup> teste cū figulo  
 terra, & germinet saluatorem: & iustitia <sup>3</sup> luti cōtēdētis.  
 oriatur simul. ego Dominus creauī eum.  
 9 <sup>4</sup> Væ qui cōtradicit <sup>5</sup> fictori suo, testa de sa- <sup>6</sup> factori 16.  
miis terræ. <sup>7</sup> testa de sa- <sup>8</sup> Rom. 9. d. 20  
 10 suo, Quid facis, & opus tuū absque ma- <sup>9</sup> Iere. 18. c. 6.  
 nibus est? Væ qui dicit patri, Quid gene-  
 11 ras? & mulieri, Quid parturis? Hæc dicit  
 Dominus sanctus Israël plastes eius, Ven-  
 tura interrogate me: super filios meos, &  
 super opus manuum mearum mandate  
 12 mihi. Ego feci terram: & hominem su-  
 per eam creauī ego: manus meæ tetende-  
 runt cælos, & omni militiæ eorum man-  
 13 daui. Ego suscitaui eum ad iustitiam, &  
 omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit  
 ciuitatem meam, & captiuitatē meam di-  
 mittet, non in pretio, neq; in muneribus,  
 14 dicit Dominus Deus exercitū. Hæc di-  
 cit Dominus, Labor Ægypti, & negotia-  
 tio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad <sup>10</sup> israel.  
 te transibūt, & tui erunt: Post te ambulā- <sup>11</sup> 2  
 būt, vincti manicis pergēt: & te adorabūt, <sup>12</sup> preterea nō est  
 teq; deprecabūtur: tātū in te est Deus, & <sup>13</sup> deus vltra.  
 15 non est absque te Deus. <sup>14</sup> verè tu es Deus  
 16 absconditus, Deus Israël saluator. <sup>15</sup> Confu-  
 si sunt & erubuerūt omnes: simul abierūt <sup>16</sup> sculptiliuz.  
 17 in confusionē fabricatores errōrū. <sup>17</sup> Israel  
saluatus est in Domino salute æterna: nō **IESUS.**  
 confundemini, & non erubescetis vsque  
 18 in seculum seculi. Quia hæc dicit Do-  
 minus creās cælos, ipse Deus formans ter-  
 ram, & faciens eam, ipse plastes eius: non



in vanum creauit eam: vt habitaretur for-  
 mauit eam. ego Dominus, & non est alius.  
 Non in abscondito locutus sum, in lo-  
 co terræ tenebroso: non dixi femini Ia-  
 cob, Frustra quærite me. ego Dominus  
 loquens iustitiam, annuntians recta. Con-  
 gregamini, & venite, & accedite simul qui D  
saluati estis ex Gētibus: nescierunt qui le-  
 uant lignū sculpturæ suæ, & rogant Deū  
 non saluantem. Annūtiare, & venite, &  
 consiliamini simul: quis auditū fecit hoc  
 ab initio, ex tunc prædixit illud? nunquid  
 non ego Dominus, & non est ultra Deus  
 absque me? Deus iustus & saluans non est  
 præter me. Conuertimini ad me, & sal-  
 uii eritis omnes fines terræ: quia ego Deus,  
 & nō est alius. In memetipso iuravi, egre-  
 dietur de ore meo iustitię verbū, & nō re-  
 uertetur, quia mihi curuabitur omne ge-  
nu, & iurabit omnis lingua. Ergo in Do-  
 mino, dicet, meæ sunt iustitię & imperiū:  
 ad eum venient, & confundentur omnes  
 qui repugnant ei. In Domino iustifica-  
 bitur & laudabitur omne semen Israël.

## CAP. XLVI.

Confractus est Bel, cōtritus est Nabo: 1  
 facta sunt simulachra eorū bestiis & A  
 iumentis, onera vestra graui pondere vs-  
 que ad lassitudinem. Contabuerunt, &  
contrita sunt simul: non potuerūt saluā-  
re portantem, & anima eorum in captiui-  
 tatem ibit. Audite me domus Iacob, &  
 omne residuum domus Israël, qui porta-  
 mini à meo vtero, qui gestamini à mea  
 vulua.

1  
 querunt.

11  
 abiecti gentium

6  
 vel cum iustitia

7  
 vere.

fortitudo.

Rom. 14. b. 11

Phil. 2. b. 10.

8  
 veniet.

5  
 inuentusq. n. l. i. a  
 h. q. conflatus.

2  
 oneri.

4  
 Deciderunt inuent  
 uata sunt.

8  
 excutere onera.



4 vulua. <sup>9</sup> Usque ad senectam ego ipse, &  
 B usque ad canos ego portabo: ego feci, &  
 5 ego feram: ego portabo, & saluabo. <sup>9</sup> Cui  
 assimilastis me, & adæquastis & cõpara-  
 6 stis me, & fecistis similem? <sup>9</sup> Qui confer-  
tis aurum de sacculo, & argentum stater-  
ra ponderatis: conducentes aurificem, vt  
faciat Deum: & procidunt & adorant.  
 7 <sup>9</sup> Portant illum in humeris gestantes, &  
 C ponentes in loco suo, & stabit, ac de loco  
 suo non mouebitur. sed & cum clamaue-  
 rint ad eum, non audiet: de tribulatione  
 8 non saluabit eos. <sup>9</sup> Memõtote istud, & con-  
fundamini: redite præuaricatores ad cor.  
 9 <sup>9</sup> Recordamini prioris seculi, quoniam  
 ego sum Deus, & non est ultra Deus, nec  
 10 est similis mei. <sup>9</sup> Annuntians ab exordio  
 nouissimum, & ab initio quæ necdum  
 facta sunt, dicens, Consilium meum sta-  
 11 bit, & omnis voluntas mea fiet: <sup>9</sup> Vocans  
 D ab Oriente "auem", & de terra longinqua  
virum voluntatis meæ. & locutus sum  
& adducam illud: creauit, & faciam illud.  
 12 <sup>9</sup> Audite me duro corde, qui longè estis  
 13 à iustitia. <sup>9</sup> Prope feci iustitiam meam,  
non elongabitur. & salus mea non mo-  
rabitur. Dabo in Sion salutem, & Israël  
gloriam meam.

## CAP. XLVII.

1 Descende, sede in puluere virgo filia  
 A Babylon, sede in terra: non est soliu  
filix Chaldæorum, quia ultra non voca-  
 2 beris mollis & tenera. <sup>9</sup> Tolle molam, &  
mole farinam: denuda turpitudinem tuã,

F 5 discoo-

*Extrahitis.**Baru. 6. c. 23.**roborete vos.  
alia hñ cõfudim  
ini.**iustum, vel cõsili  
mei.***IESUS.***Zac. 6. lu. 1**in israel.**D. gre. h. 6. mor.  
c. 8. 9. 10.**c. Sipaulg.**32. 9. 5.**fasciam.*



*plantam pedis.**Nahū. 3. b. 5  
c. si paulg. 329.  
5.**occurren tibi sicut**J. 51. in fin  
e. Zac. 1.  
thren. 3.**ius.**Apo. 18. b. 7.**Lufr. 51. f. 19.**fortitudinez.**rebellare fecit.**remore.*

discooperi humerum, reuela crura, tran-  
 si flumina. ¶ Reuelabitur ignominia tua, 3  
 & videbitur opprobrium tuum: ultionē  
 capiam, & non resistet mihi homo. ¶ Re- 4  
 demptor noster, Dominus exercituum  
 nomen illius, sanctus Israël. ¶ Sede tacens, 5  
 & intra in tenebras filia Chaldaeorum:  
 quia non vocaberis ultra domina regno-  
 rum. ¶ Iratus sum super populum meū, 6  
 contaminavi hæreditatem meam, & de-  
 di eos in manu tua: non posuisti eis mi-  
 sericordias: super senem aggrauasti iugum  
 tuum valde. ¶ Et dixisti, In sempiternum 7  
 Jero domina. non posuisti hæc super cor  
 tuum, neque recordata es nouissimi tui.  
 ¶ Et nunc audi hæc delicata, & habitans 8  
 confidenter, quæ dicis in corde tuo, Ego  
 sum, & non est præter me amplius: non  
 sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.  
 ¶ Venient tibi duo hæc subito in die vna, 9  
 sterilitas & viduitas. vniuersa venerunt C  
 super te, propter multitudinem malefi-  
 ciorum tuorum, & propter duritiam in-  
 cantatorum tuorum vehementem. ¶ Et 10  
 fiducia habuisti in malitia tua, & dixisti,  
 Non est qui videat me. Sapientia tua &  
 scientia tua, hæc decepit te. Et dixisti in  
 corde tuo, Ego sum, & præter me nō est  
 altera. ¶ Veniet super te malū, & nescies 11  
 ortū eius: & irruet super te calamitas, quā  
 non poteris expiare: veniet super te repen-  
 te miseria quam nescies. ¶ Sta cum incan- 12  
 tatoribus tuis, & cum multitudine male-  
 ficiorū tuorū in quibus laborasti ab ado-  
 lescentia



13 lescentia tua, si fortè quid proſit tibi, aut  
 ſi poſſis fieri fortior. <sup>9</sup> Defeciſti in multi-  
 tudine conſiliorum tuorum: ſtent, & ſal-  
 uent te augures cæli, qui contemplaban-  
 tur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ex  
 14 eis annuntiarent ventura tibi. <sup>9</sup> Ecce facti  
 ſunt quaſi ſtipula, ignis combuſſit eos, nō  
 liberabunt animā ſuam de manu flāmæ,  
 non ſunt prunæ quibus caleſcant, nec fo-  
 15 cus, vt ſedeant ad eum. <sup>9</sup> Sic facta ſunt tibi  
in quibuſcunq; laboraueras: negotiato-  
 res tui ab adoleſcentia tua, vnuquiſque in  
 via ſua errauerunt: non eſt qui ſaluet te.

## CAP. XLVIII.

1 **A** Udite hæc domus Iacob, qui vocami-  
 ni nomine Iſraël, & de aquis Iuda exi-  
 ſtis, qui iuratis in nomine Domini, &  
 Dei Iſraël recordamini nō in veritate ne-  
 2 que in iuſtitia. <sup>9</sup> De ciuitate enim ſancta  
 vocati ſunt, & ſuper Deū Iſraël conſtabi-  
liti ſunt: Dominus exercituū nomē eius.  
 3 <sup>9</sup> Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo  
 exierunt, & audita feci ea: repente opera-  
 4 tus ſum, & venerunt. <sup>9</sup> Sciui enim quia  
 durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua,  
 5 & frons tua ærea. <sup>9</sup> Prædixi tibi extunc:  
 antequā venirent indicaui tibi, ne fortè di-  
 ceres, Idōla mea fecerūt hæc, & ſculptilia  
 mea, & conflabilia mandauerunt iſta.  
 6 <sup>9</sup> Quæ audisti, vide omnia: vos autē num  
 B annūtiaſtis? Audita feci tibi noua extunc,  
 7 & conſeruata ſunt quæ nescis: <sup>9</sup> nunc  
 creata ſunt, & non extunc: & ante diem,  
 & non audisti ea, ne fortè dicas, Ecce ego  
 cogno-

fiet illis cū q̄bus  
 occupata fuiſti:

innixi.

vel abſcondita.

vel olim.



*pp laudē meā cōti-  
nebo tēme.*

*vel purgavi.*

**IESU.**  
*ex camino affli-  
ctionis.*

*Sup. 42. l. 8.*

*Sup. 41. a. 4.*

*44. a. 6.*

*spabitus.*

*ut ysis ambulare  
te faciens.*

**trinitas.**

**hiero. hic,**

*Eze. 32. a. 6.*

cognoui ea. Neque audisti, neque cognovisti, neque exturc aperta est auris tua. scio enim quia prævaticans prævaticaberis, & transgressorem ex utero vocavi te. Propter nomen meum longe faciam furorem meum: & laude mea infrenabo te, ne intereas. Ecce, excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemem: & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Jacob, & Israel quem ego voco. Ego ipse, ego primus & ego novissimus. Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea mensa est caelos: ego vocabo eos, & stabunt simul. Congregamini omnes vos, & audite: quis de eis annuntiauit haec? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldaeis. Ego ego locutus sum, & vocavi eum: adduxi eum, & directa est via eius. Accedite ad me, & audite hoc: non a principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fieret, ibi eram, & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. Haec dicit Dominus redemptor tuus sanctus Israel. Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas. Utinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semen tuum, & stirps uteri tui ut lapilli eius: non interisset, & non fuisset attritum nomen eius a facie mea. Egredimini de Babylone, fugite a Chaldaeis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite



cite hoc, & efferte illud, vsque ad extrema  
 terræ. || Dicite, Redemit Dominus seruum  
 21 suū Iacob. ? Nō sitierunt in deserto, cūm  
 educeret eos: || aquā de petra produxit eis,  
 22 & scidit petram, & fluxerunt aquæ. ? Non  
 est pax impiis, dicit Dominus.

## CAP. XLIX.

1 **A** Udite insulæ, & attendite populi de-  
 A lōge: Dominus ab utero vocauit me, **iesus. heb.**  
 de ventre matris meæ recordatus est no- **4.**  
 2 minis mei. ? Et posuit os meum quasi gla *Infr. 51. e. 36*  
 dium acutum: in vmbra manus suæ pro-  
 3 texit me, & posuit me sicut sagittam ele- **glificabor.**  
 ctam: in pharetra sua abscondit me. ? Et  
 4 dixit mihi, Seruus meus es tu Israël, quia  
 in te gloriabor. ? Et ego dixi, In vacuum  
laboraui, sine causa, & vanè fortitudinē  
meam consumpsi: ergo iudicium meum  
 cum Domino, & opus meū cū Deo meo.  
 5 ? Et nunc dicit Dominus, formans me ex  
 B utero seruum sibi, vt reducam Iacob ad  
 eum, & Israël nōn congregabitur: & glo-  
 rificatus sum in oculis Domini, & Deus  
 6 meus factus est fortitudo mea. ? Et dixit,  
 Parum est vt sis mihi seruus ad suscitādas  
 tribus Iacob, & fāces Israël cōuertendas. **iesus.**  
 || Ecce, dedi te in lucem Gentium, vt sis sa- *Sap. 42. b. 6.*  
 7 lus mea vsque ad extremum terræ. ? Hęc *Act. 13. g. 47.*  
 dicit Dominus redemptor Israël, sanctus  
 eius, ad contemptibilem animam, ad abo-  
 minatam gentem, ad seruum dominorū:  
 Reges videbunt, & consurgent principes,  
 & adorabunt propter Dominū, quia fide-  
 8 lis est, & sanctum Israël qui elegit te. ? Hęc  
 dicit

*nd sum.*

*desertos israel vt  
 reducas.*



2. Cor. 6. 2. 2 dicit Dñs, ¶ In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi te in foedus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas, ¶ vt diceres his qui vincti sunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. ¶ Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. ¶ Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. ¶ Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi. ¶ Laudate cæli, & exulta terra, iubilare montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. ¶ Et dixit Sio, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. ¶ Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblitera fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. ¶ Ecce, in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. ¶ Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exhibunt. ¶ Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dñs, quia omnibus his velut ornamento vestiéris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. ¶ Quia deserta tua & solitudines tuæ & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbebant te. ¶ Ad-

huc

manifestate vos  
vel migrate.

locis exiatis

Apoc. 7. d. 16.

Scaturigines.

portabit 2.  
ducet.

frangentur.

c. ad Romanos 1.  
2. / 2. 96.

iste obliuiscatur.

vel ligabis.

In. 60. 4. 4



huc dicent in auribus tuis filij sterilitatis  
 tuæ, Angustus est mihi locus, fac spatium  
 21 mihi vt habitem. ⁊ Et dices in corde tuo,  
 F Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & nō  
 patiens, transmigrata & captiua: & istos  
 quis enutriuit? ego destituta & sola: & isti  
 22 ubi hīc erant? Hæc dicit Dominus Deus,  
 Ecce leuabo ad Gentes manum meam, &  
 ad populos exaltabo signū meum. Et affe-  
 rent filios tuos in vlnis, & filias tuas super  
 23 humeros portabunt. ⁊ Et erunt reges nu-  
 tritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in  
 terra demisso adorabunt te, & puluerem  
 pedum tuorum lingent. Et scies quia ego  
 Dominus, super quo non confundentur  
 24 qui expectant eum. ⁊ Nunquid tolletur à  
 forti præda? aut quod captū fuerit à robu-  
 25 sto, saluum esse poterit? Quia hæc dicit  
 Dominus, Equidem & captiuitas à forti  
 tolletur: & quod ablatum fuerit à robu-  
 sto, saluabitur. Eos verò qui iudicauerūt  
 te, ego iudicabo, & filios tuos ego salua-  
 26 bo. ⁊ Et cibabo hostes tuos carnibus suis:  
 & quasi musto, sanguine suo inebriabun-  
 tur: & sciet omnis caro, quia ego Dñs sal-  
 uans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

## CAP. L.

1 HÆc dicit Dominus, Quis est hic li-  
 2 ber repudij matris vestre, quo dimisi  
 eam? aut quis est creditor meus, cui ven-  
 didi vos? ecce in iniquitatibus vestris ven-  
 didi estis, & in sceleribus vestris dimisi  
 3 matrem vestram. Quia veni, & non erat  
 vir: vocaui, & non erat qui audiret. Nun-  
 quid

*desolata.**unde sūt?**vexillum.****IESUS.******CRUX.****me.**captiuitas iustæ  
sondet?**ubi ille est?**pp iniquitates  
vestras.**quære.**Infr. 59. a. s. 35. q. 1.  
Num. 11. c. 23 §. itaqz*



Sicente.

Eo q̄ nō sūt.

tēporē suo loq̄  
buz sūtibū do lo  
ssō.

dōstis.

Mat. 26. g. 67  
**iesus.**

sin me.

Rom. 8. f. 33.

veterāscēt.

ironia.

quid abbreviata & paruula facta est manus mea, vt nō possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce, in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum: computrescēt pisces sine aqua, & morientur in siti. In-  
 duam celos tenebris, & saccum ponam operimentū eorū. Dñs dedit mihi linguā eruditam, vt sciam sustentare eū qui lassus est, verbo: erigit manē, manē erigit mihi aurem, vt audiā quasi magistrum.  
 Dñs Deus aperuit mihi aurem, ego autē non cōtradico, retrorsum nō abij. Cor-pus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meā non auerti ab increpantibus & conspuentibus\*. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meā, vt petram durissimā, & scio quoniā nō confundar. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul. quis est aduersarius meus? accedat ad me. Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominū, audiēs vocem serui sui qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suū. Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flāmis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.



## CAP. LI.

**A** <sup>1</sup> **A**vdite me qui sequimini quod iustū  
 est, & quæritis Dominū: attendite ad  
 petram vnde excisi estis, & ad cauernam  
<sup>2</sup> laci de qua præcisi estis. <sup>3</sup> Attendite ad A-  
 brahā patrē vestrū, & ad Saram quæ pe-  
 perit vos: quia vnū vocauī eum, & bene-  
<sup>3</sup> dixi ei, & multiplicauī eū. <sup>4</sup> Consolabitur  
 ergo Dñs Sion, & cōsolabitur omnes rui-  
 nas eius: & ponet desertum eius quasi de-  
 licias, & solitudinē eius quasi hortū Do-  
**B** mini. Gaudiū & lætitia inuenietur in ea,  
<sup>4</sup> gratiarū actio, & vox laudis. <sup>5</sup> Attēdite ad  
 me popule meus, & tribus mea me audi-  
 te: quia lex à me exiet, & iudiciū meū in  
<sup>5</sup> lucem populorū requiescet. <sup>6</sup> Propè est iu-  
 stus meus, egressus est saluator meus, &  
 brachia mea populos iudicabunt: me in-  
 sulæ expectabunt, & brachiū meū susti-  
<sup>6</sup> nebunt. <sup>7</sup> Leuate in cælū oculos vestros, &  
 videte sub terra deorsum: quia cæli sicut  
**C** fumus liquefcent, & terra sicut vestimen-  
 tū atteretur, & habitatores eius sicut hæc  
 interibūt: || Salus autē mea in sempiternū  
<sup>7</sup> erit, & iustitia mea non deficiet. <sup>8</sup> Audite  
 me qui scitis iustū, populus meus lex mea  
 in corda eorū: nolite timere opprobrium  
 hominū, & blasphemias eorū ne metua-  
<sup>8</sup> tis. <sup>9</sup> Sicut enim vestimentū, sic comedet  
 eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit  
 eos tineā: || Salus autē mea in sempiternū  
<sup>9</sup> erit, & iustitia mea in generationes gene-  
**D** rationum. <sup>10</sup> Consurge consurge, induere  
 fortitudinē brachiū Dñi: consurge sicut  
 G in

**Eccia.**

*vel gens.*

**iesus.**

*expectabūt.*

*Psa. 36. d. 31.*

*d. 39.*

*Justitiā.*

*Psa. 36. d. 31.*

*d. 39.*



*Et tēporibꝫ pꝛeteri-  
tis.*

*Exo. 14. c. 21.*

*Egiptū.*

*1. pharaōnez?*

*acceleravit in  
carceribꝫ vt forā :  
lucetetur. Et nō  
est mortuus in fo-  
uca: nec passus  
est defectū in ci-  
bo suo.*

*Sup. 49. c. 2.*

**IESUS.**

*Sup. 47. b. 9.*

In diebus antiquis, in generationibus se-  
culorū. nunquid non tu percussisti super-  
būm, vulnerasti draconē? ¶ Nūquid non  
tu siccasti mare, aquā abyssi vehementis:  
qui posuisti profundum maris viam, vt  
transirent liberati? ¶ Et nunc qui redempti  
sunt à Dño, reuertētur, & veniēt in Sion  
laudantes, & lætitia sempiterna super ca-  
pita eorū, gaudiū & lætitiā tenebunt, fu-  
giet dolor & gemitus. ¶ Ego ego ipse con-  
solabor vos: quis tu vt timeres ab homi-  
ne mortali, & à filio hominis, qui quasi  
scēnū ita arescet? ¶ Et oblitus es Dñi facto-  
ris tui, qui tetendit cælos, & fundauit ter-  
& formidasti iugiter tota die à facie  
furoris eius qui te tribulabat, & paraue-  
rat ad perdendū. vbi nunc est furor tribu-  
lantis? ¶ Citò veniet gradiens ad aperien-  
dum, & non interficiet vsque ad interne-  
cionē, nec deficiet panis eius. ¶ Ego autem  
sum Dñs Deus tuus qui conturbo mare,  
& intumescunt fluctus eius, Dñs exerci-  
tuū nomen meum. ¶ Posui verba mea in  
ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi  
te, vt plantes cælos, & fundes terram: &  
dicas ad Sion, Populus meus es tu, ¶ Ele-  
uare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ bi-  
bisti de manu Dñi calicem iræ eius: vsque  
ad fundum calicis soporis bibisti, & po-  
tasti vsque ad fæces. ¶ Non est qui sustētet  
eam ex omnibus filiis quos genuit: & nō  
est qui apprehēdat manū eius ex omnibꝫ  
filiis quos enutriuit. ¶ Duo sunt quæ oc-  
currerūt tibi: quis cōtristabitur super te?  
vasti-



vastitas & contritio, & fames & gladius, *in quo cōsolabor.*  
 20 quis cōsolabitur te? Filij tui proiecti sunt, *bos sylvestris.*  
 G dormierūt in capite omniū viarum, sicut *bestia illagata.*  
 21 orū illaqueatus: pleni indignatione Do- *nunc*  
 mini, increpatione Dei tui. <sup>7</sup> Idcirco audi *afflita.*  
 22 hoc paupercula & ebria nō à vino. <sup>7</sup> Hæc *iudicabit populū*  
 dicit dominator tuus Dominus, & Deus *sūū.*  
 tuus, qui pugnauit pro populo suo, Ecce  
 tuli de manu tua calicē soporis, fundū ca-  
 licis indignationis meæ, nō adicies vt bi-  
 23 bas illū vltra. <sup>m</sup> Et ponā illū in manu eorū *Jac. 1. 5. 47.*  
 qui te humiliauerūt, & dixerunt anima-  
 tuæ, Incuruare, vt transeamus: & posuisti  
 vt terram corpus tuū, & quasi viam tran-  
 seuntibus.

## CAP. LII.

1 **C**onfurge, confurge, induere fortitu- *hispann hz sobei*  
 A dine tua Sion, induere vestimētis glo- *ano y sucio.*  
 ria tuæ Ierusalē ciuitas sancti: quia non *eccia.*  
 adiciet vltra vt pertrāseat per te incircun-  
 2 cisus & inmūndus. <sup>1</sup> Excutere de puluere,  
 confurge, sede Ierusalē: solue vincula colli  
 3 tui captiua filia Sion. <sup>1</sup> Quia hæc dicit *quid cōtra eos a*  
 Dñs, Gratis venūdati estis, & sine argento *gere debeo?*  
 4 redimemini. <sup>1</sup> Quia hæc dicit Dñs Deus,  
 ¶ In Ægyptū descendit populus meus in *Gen. 46. a. 6*  
 principio, vt colonus esset ibi: & Assur abs-  
 5 que vlla causa calūniatus est eū. <sup>o</sup> Et nūc *spiritus.*  
 B quid mihi est hic, dicit Dñs, quoniā abla-  
 tus est populus meus gratis? Dominatores  
 eius iniquè agunt, dicit Dominus, ¶ & iugi-  
 6 ter tota die nomē meum blasphematur. *Rom. 2. d. 24.*  
 7 Propter hoc sciet populus meus nomē *Eze. 36. d. 20*  
meum in die illa: quia ego ipse qui loque-  
 7 bar, ecce adsum, ¶ Quam pulchri super *Rom. 10. c. 13*  
 G a mon- *Nahū 1. d. 15*  
 iesu  
 ioā.



c. ecce in g. 23  
 9. 4. et ibi. c. ecce  
 Regnavit  
 23. 9. 4.  
 c. necesse. s. 9. 1.

denudavit.

Psal. 97. 4. 3.

2. Cor. 6. d. 17

festinatione.

deformior est  
 cetoris viris.

sic **Jesus**

claudet.

Rom. 15. d. 21

intellexerunt.

**Jesus. p. totu. c.**

Ioh. 12. f. 38.

Rom. 10. c. 16

ascendit 4.

forma cuius  
 usa desiderari  
 reman. su.

Marc. 9. b. 12

despectus.

montes pedes annuntiatis & predicantis  
 pacem: annuntiatis bonum, predicatis salu-  
 tem, dicentis Sion, "Regnabit Deus tuus?  
 ? vox speculatorum tuorum, leuauerunt vocem, 8  
 simul laudabunt: quia oculo ad oculum vi-  
 debunt cum conuerterit Dominus Sion. ? Gau- 9  
 dete, & laudate simul deserta Ierusalem: C  
 quia consolatus est Dominus populum suum, rede-  
 mit Ierusalem. ? Parauit Dominus brachium sanctum 10  
suum in oculis omnium Gentium: & vide-  
 bunt omnes fines terre salutare Dei nostri.  
 ? Recedite, recedite, exite inde, || pollutum 11  
 nolite tangere: exite de medio eius, munda-  
 mini qui fertis vasa Domini. ? Quonia non in 12  
 tumultu exhibitis, nec in fuga properabitis: D  
 praecedet enim vos Dominus, & congregabit  
 vos Deus Israel. ? Ecce intelliget seruus 13  
meus, exaltabitur, & eleuabitur, & subli-  
mis erit valde. ? Sicut obstupuerunt super 14  
 te multi: sic inglorius erit inter viros aspe-  
 ctus eius, & forma eius inter filios homi-  
 num. ? Iste asperget gentes multas, super 15  
ipsum continebunt reges os suum: quia qui  
 bus non est narratum de eo, viderunt: & qui  
 non audierunt, contemplati sunt.

## CAP. LIII.

|| **Q**uis credidit auditui nostro? & bra- 1  
 chium Domini cui reuelatum est? A  
 Et ascendet sicut virgultum coram eo, &  
 sicut radix de terra sitiens: ? non est species 2  
 ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat  
 aspectus, & desiderauimus eum. ? Despe- 3  
ctum & nouissimum virorum, virum do-  
lorum & scientem infirmitatem: & quasi  
 abscon-



uertebamg faci  
es nros ab eo, ita  
erat.

absconditus vultus eius & despectus, unde nec reputauimus eum. ¶ Verè languores

Matt. 8. c. 17.

2. d. 24.

lepra.

nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauim⁹ eum quasi leprosum, & percussum à Deo & humiliatum.

¶ Ipse autē vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum,

1. Cor. 15. c. 3.

7  
correatio sup eū

ut nos habere  
mg pacē.

& liuore eius sanati sumus. ¶ Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viā suam declinauit: & posuit Dominus in

oppressus est et n

flitius.

eo iniquitatem omnium nostrum. ¶ Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur,

& quasi agnus coram tondente se, obmutescet, & non aperiet os suum. ¶ De angustia & de iudicio sublatus est: generacionem eius quis enarrabit? quia abscissus

Mat. 26. f. 63

27. b. 14.

Act. 8. f. 32. c

dedit cū impijs se

pulturā eij et

cū diuite inter

1. Pet. 2. d. 22 mortu

1. Ioan. 3. d. 5. os suos.

p manum.

est de terra viuentiū: propter scelus populi mei percussus eum. ¶ Et dabit impios pro

sepultura, & diuitem pro morte sua: ¶ **leo** quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. ¶ Et Dominus voluit cōterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animā suam, videbit se-

magnam mul

titudinē dabo ei

p spolijs: et fortes

erūt ei p pceda.

men longeuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. ¶ Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur:

in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorū ipse portabit. ¶ Ideò disperitiā ei plurimos,

¶ seruos meos.

& fortiū diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortē animā suam, & cū scelera

Mat. 15. c. 28

Luc. 22. d. 37.

tis reputatus est: & ipse peccata multorū



manera CAP. LIIII.

PROPH.

Luc. 23. c. 34. tulit, & pro transgressoribus rogavit.

CAP. LIIII.

**Eccia** <sup>Letare 3.</sup>  
<sup>Luc. 23. d. 29</sup>  
<sup>Gal. 4. d. 27.</sup>  
 mari dada.  
 habebat.

dilatabis te:

<sup>4</sup>  
 maritus tuus.

**iesus.** <sup>Luc. 16. 32.</sup>

adolescētulam.

e. talis mihi.  
 de pnia. d. 7.

Gen. 9. b. 35.

Adituu 15.

**Eccia mat**  
 16.

**L**Auda' sterilis quæ non paris: decata <sup>A</sup>  
laudem, & hinni quæ non pariebas: <sup>B</sup>  
 quoniam multi filij desertæ magis, quàm  
 eius quæ habet virū, dicit Dñs. <sup>2</sup> Dilata lo-  
 cum tentorij tui, & pelles tabernaculorū  
 tuorū extende, ne parcas: longos fac funi-  
 culos tuos, & clauos tuos consolida. <sup>3</sup> Ad  
 dexterā enim, & ad læuam penetrabis: & <sup>B</sup>  
 fermen tuū Gentes hæreditabit, & ciuita-  
 tes desertas inhabitabit. <sup>4</sup> Noli timere, quia  
 nō cōfundéris, neque erubesces: nō enim  
 te pudebit, quia confusionis adolescentiæ  
 tuæ obliuiscéris, & opprobrij viduitatis  
 tuæ non recordaberis amplius. <sup>5</sup> Quia do-  
minabitur tui qui fecit te, <sup>C</sup> Dominus exer-  
 cituū nomen eius: & redemptor tuus san-  
 ctus Israël, Deus omnis terræ vocabitur.  
<sup>6</sup> Quia vt mulierem derelictam & mœ-  
 rentem spiritu vocauit te Dñs, & vxorem  
 ab adolescētia abjectam, dixit Deus tuus.  
<sup>7</sup> Ad punctum in modico dereliqui te, & <sup>7</sup>  
 in miserationibus magnis congregabo te.  
<sup>8</sup> In momento indignationis abscondi fa-  
 ciem meam parumper à te, & in miseri-  
 cordia sempiterna misertus sum tui: dixit  
 redemptor tuus Dominus. <sup>9</sup> Sicut in die-  
 bus Noë istud mihi est, cui iuravi ne in-  
 ducerem aquas "Noë" vltra supra terram:  
 sic iuravi vt non irascar tibi, & non in-  
 crepem te. <sup>10</sup> Montes enim commouebun-  
 tur, & colles contremiscent: misericordia  
 autem mea non recedet à te, & fœdus pa-  
 cis



52 <sup>2</sup> iocinā fundamēta  
tua lapides tui &  
sūt carbūculi

cis meæ non mouebitur: dixit miserator  
11 tuus Dominus. <sup>1</sup> Paupercula tempestate  
E conuulsa, absque vlla consolatione, Ecce  
ego sternam per ordinem lapides tuos, &  
12 fundabo te in sapphiris, <sup>2</sup> & ponam iaspi-  
dem propugnacula tua: & portas tuas in  
lapides sculptos, & omnes terminos tuos  
13 in lapides desyderabiles. <sup>3</sup> Vniuersos filios  
F tuos doctos à Domino: & multitudi-  
14 nem pacis filiis tuis. <sup>4</sup> Et in iustitia funda-  
beris: recede procul à calumnia, quia non  
timebis: & à pauore, quia non appropin-  
15 quabit tibi. <sup>5</sup> Ecce accola ueniet, qui non  
erat tecum, aduena quondā tuus adiun-  
16 getur tibi. <sup>6</sup> Ecce, ego creauī fabrum sus-  
G flantem in igne prunas, & proferentem  
vas in opus suum, & ego creauī interfe-  
17 ctorem ad disperdendum. <sup>7</sup> Omne vas  
quod fictum est contra te non dirigetur:  
& omnem linguam resistentem tibi in  
iudicio, iudicabis. Hæc est hæreditas ser-  
uorum Domini, & iustitia eorum apud  
me, dicit Dominus. CAP. LV.

1 **O**Mnes sitientes venite ad aquas: &  
A qui non habetis argentum, propere-  
te, emite & comedite: venite, emite abs-  
que argento, & absque vlla commuta-  
2 tione vinum & lac. <sup>8</sup> Quare appenditis  
argentum non in panibus, & laborem ve-  
strum non in saturitate? Audite audientes  
me, & comedite bonū, & delectabitur in  
3 crassitudine anima vestra. <sup>9</sup> Inclinate au-  
B rem vestrā, & venite ad me: audite, & vi-  
uet anima vestra, & feriā vobiscum pactū

Ex crystallo fen-  
estras tuas.

carbūculi.

Ioan. 6. v. 45

d. greg. li. moral.  
6. c. 21.

vel loq̄ eris.

q̄libet tecū su-  
p̄s cadet. vel in-  
det q̄ se tibi iū-  
gare.

asp̄abitur.

D. greg. li. 6. m.  
oral. 6. 7. et. d. 6.  
esnard. serm. 5  
aduentus.

Ecc. 51. d. 33

Apo. 22. d. 17

1. p̄tā quā pu-  
tatis ē panē

**iesus.**



*Act. 13. c. 34.*  
*D. 1. de pna. 8.*  
*his authoritatibz.*  
*per.*  
*D. gre. li. 13. mor.*  
*c. 3.*  
*inuenitur ipse.*  
 sempiternū, misericordias David fideles.  
 Ecce testem populis dedi eum, ducem  
 ac præceptorem Gentibus. <sup>4</sup> Ecce, gentem  
 quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ  
 te non cognouerunt, ad te currēt propter  
 Dominum Deum tuum, & sanctū Israël:  
 quia glorificauit te. <sup>5</sup> Querite Dominum  
 dum inueniri potest, inuocate eum dum  
 prope est. <sup>6</sup> Derelinquat impius viā suam,  
 & vir iniquus cogitationes suas, & reuer-  
 tatur ad Dominum, & miserebitur eius,  
 & ad Deum nostrum. quoniam multus  
 est ad ignoscendum. <sup>7</sup> Non enim cogita-  
 tiones meæ, cogitationes vestræ: neque viæ  
 vestræ viæ meæ, dicit Dominus. <sup>8</sup> Quia sic  
 ut exaltatur cæli à terra, sic exaltatæ sunt  
 viæ meæ, à viis vestris, & cogitationes  
 meæ à cogitationibus vestris. <sup>9</sup> Et quomo-  
 do descendit imber, & nix de cælo, & il-  
 luc vltra non reuertitur, sed inebriat ter-  
 ram, & infundit eam, & germinare eam  
 facit, & dat semen ferenti, & panem co-  
 medēti: <sup>10</sup> Sic erit verbū meum quod egre-  
 dietur de ore meo: non reuertetur ad me  
 vacuum, sed faciet quæcunque volui, &  
 prosperabitur in his ad quæ misi illud.  
 Quia in lætitia egrediemini, & in pace  
 deducemini: mōtes & colles cantabūt co-  
 ram vobis laudē, & omnia ligna regionis  
 plaudēt manu. <sup>11</sup> Pro saliunca ascendet  
 abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit  
Dominus nominatus in signū æternum,  
 quod non auferetur.

*altiores sūt.*

*1. firme et*  
*q nūqz pe*  
*ut. mīso*  
*hom. 29.*  
*in ad et*  
*apost. to*  
*mo. 3.*  
*gnare facit.*

*iesus. iōn.*  
*1. heb. 4.*

*Saliunca. ru-*  
*bo vel spina al-*  
*ba.*

*Dño in nomen*  
*vel glin.*



1 **H**æc dicit Dominus, Custodite iudi-  
 A cium, & facite iustitiam: quia iuxta  
 est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt  
 2 reueletur. <sup>?</sup> Beatus vir qui facit hoc, & fi-  
 lius hominis qui apprehendet istud: custo-  
 diens sabbathum ne polluat illud, custo-  
 diens manus suas ne faciat omne malum.  
 3 <sup>?</sup> Et non dicat filius aduenæ qui adhæret  
 Domino, dicens, Separatione diuidet me  
 Dominus à populo suo. Et non dicat  
 4 Eunuchus, Ecce ego lignum aridum. <sup>?</sup> Quia  
 B hæc dicit Dominus Eunuchis, Qui custo-  
 dierint sabbatha mea, & elegerint quæ ego  
 5 volui, & tenuerint fœdus meum. <sup>?</sup> Dabo  
 eis in domo mea & in muris meis locum,  
 & nomen melius à filiis & filiabus: no-  
 men sempiternum dabo eis, quod non  
 6 peribit. <sup>?</sup> Et filios aduenæ qui adhærent  
 Domino, vt colant eum, & diligant no-  
 men eius, vt sint ei in seruos: omnem cu-  
 stodientem sabbathum ne polluat illud,  
 7 & tenentem fœdus meum: <sup>?</sup> Adducam  
 C eos in montem sanctum meum, & læti-  
 ficabo eos in domo orationis meæ: holo-  
 causta eorum, & victimæ eorum place-  
 bunt mihi super altari meo: quia domus  
 mea, domus orationis vocabitur cunctis  
 8 populis. <sup>?</sup> Ait Dominus Deus qui congre-  
 gat dispersos Israël: Adhuc congregabo  
 9 ad eum congregatos eius. <sup>?</sup> Omnes bestię  
 agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestię  
 10 saltus. <sup>?</sup> Speculatores eius cæci omnes, ne-  
 D scierunt vniuersi: canes muti non valen-  
 tes latrare, videntes vana, dormientes &

Sap. 1. 4. 10

**iesus.**

1. cor. 1. / 2. co

rin. 5. psal.

70. 178.

quæ filijs.

c. 2. d. 87. et. c.  
diximus. 16. q. 7.**Eccia.**

Mat. 21. b. 13

Mar. 11. c. 17.

Luc. 19. g. 46

**iesu.**Dormitantes ia-  
centes.

G 5

aman-



*dormitatione.**fortes animo.**Iere. 6. c. 13.**3. d. 10.**3. d. 10.**Sap. 2. b. 7.**Sup. 22. d. 13.***IESUS.***Et nō est qui intelligat  
q̄ iustus pre afflictione perit.**Sup quo oblecta  
mini.***Apostoli.***capitū tu.**lapidibz lenibz.**consolationē acci-  
piat.**suffitū.**quāuis prohibuisse  
te ip̄su.**ascendisti excelsa.**in loco quē vidisti.**preserta est cū oleo  
ad regem.**regi. hierony. hic. & Lyran.*

amantes somnia.<sup>?</sup> Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerūt intelligentiā: omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum.<sup>?</sup> Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

## CAP. LVII.

Vstus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat, à facie enim malitiæ collectus est iustus.<sup>?</sup> Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua.<sup>?</sup> Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteri, & fornicariæ.<sup>?</sup> Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam: nunquid nō vos filij scelesti, semen mendax?<sup>?</sup> qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes paruulos in torrentibus, subter eminentes petras?<sup>?</sup> In partibus torrentis pars tua, hæc est fors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. nunquid super his non indignabor?<sup>?</sup> Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuū: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterū, dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aperta.<sup>?</sup> Et ornasti te regio vngueto, & multiplicasti pigmen-

pigmen-



- 10 pignēta tua. Misisti legatos tuos procul,  
 & humiliata es vsque ad inferos. In mul-  
 titudine viæ tuæ laborasti: non dixisti,  
 C Quiescam. vitam manus tuæ inuenisti,  
 11 propterea non rogasti. Pro quo sollicita  
 timuisti, quia mentita es, & mei non es  
 recordata, neque cogitasti in corde tuo?  
 quia ego tacens, & quasi non videns, &  
 12 mei oblita es. Ego annuntiabo iustitiam  
 tuam, & opera tua non proderunt tibi.  
 13 Cum clamaueris, liberēt te cōgregati tui,  
 & omnes eos auferet ventus, tolleraura.  
 Qui autem fiduciam habet mei, hæredi-  
 tabit terrā, & possidebit montē sanctum  
 14 meum. Et dicam, ¶ Viam facite, præbete  
 iter, declinate de semita, auferte offendi-  
 15 cula de via populi mei. Quia hæc dicit  
 D excelsus, & sublimis habitans, æternitatē:  
 & sanctū nomē eius in excelsis & in san-  
 cto habitās, & cum cōtrito & humili spi-  
 ritu: vt viuificet spiritum humilium, &  
 16 viuificet cor contritorum. Non enim in  
 sempiternum litigabo, neque vsque ad fi-  
 nem irascat: quia spiritus à facie mea e-  
 17 gredietur, & flatus ego faciam. Propter  
 iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, &  
 percussi eū: abscōdi- à te faciē meā, & in-  
 dignatus sum: & abiit vagus in via cor-  
 18 dis sui. Vias ei⁹ vidi, & sanauī eū, & redu-  
 xi eū, & reddidi cōsolationes ipsi, & lugē-  
 19 tibus eius. Creauī fructū labiorū pacē,  
 pacem ei qui longē est & qui propē, dixit  
 20 Dominus, & sanauī eum. Impij autem  
 quasi mare feruens, quod quiescere non  
 potest,

desperatū est. ve  
tedio mihi est.

egrotasti vel la  
stata es.

an nō ego scy tu  
carē et tu non  
timeres me?

vanitas.

dices

Infr. 62. d. 10

mūdate viam

in seculū.

e. talis. de pnia  
d. 2.

vel rebelis.

v. 12.

faciā vt annūti  
etur. pax pax ei.

IESUS. pph

2. / lu. 2. / 10

ā. 14.



Sup. 48. d. 22

potest, & redundant fluctus eius in conculationem & lutum. ¶ Non est pax impijs, dicit Dominus meus.

## CAP. LVIII.

7  
vel manet studium  
vra eade.

6. Sit rector.

43. Sup. 1. d. 16.

dist.

pecunia vna.

c. auctoritate.

15. q. 5.

vocauit.

iugi.

depressi.

a carne tua ne

abscondas te.

aug. 2. li. de doct.

christ. c. 12. et lib.

12. conf. c. 18. legit

et domesticos seruis

tuis ne despexeris

nonne

Exe. 18. b. 16

Mat. 25. c. 35.

aurora.

1  
A  
2  
3  
4  
5  
B  
6  
7  
8  
C  
Lama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo  
1  
A  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100  
101  
102  
103  
104  
105  
106  
107  
108  
109  
110  
111  
112  
113  
114  
115  
116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128  
129  
130  
131  
132  
133  
134  
135  
136  
137  
138  
139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149  
150  
151  
152  
153  
154  
155  
156  
157  
158  
159  
160  
161  
162  
163  
164  
165  
166  
167  
168  
169  
170  
171  
172  
173  
174  
175  
176  
177  
178  
179  
180  
181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200  
201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300  
301  
302  
303  
304  
305  
306  
307  
308  
309  
310  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000



- citiùs orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.
9. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum. si abstuleris de medio tui catenā, & desieris extendere digitum, & loqui quod nō prodest.
10. Cū effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit Dominus <sup>\*semper</sup>, & implebit splendoribus animam tuā, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus: & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et edificabuntur in te deserta seculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem. Si auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & uocaueris sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem.
14. Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. os enim Domini loquutum est.

## CAP. LIX.

1. Ecce, non est abbreviata manus Domini. Ani vt saluare nequeat, neq; aggrauata est auris eius vt non exaudiat. Sed iniquitates vestræ diuiserūt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem

13. q. 2. e. nō est  
memg.

jugū.

ducet te.

\*Deus. a  
Satiabit Siccitati  
Dns.

Infr. 61. b. 4.

impinguet.

ate. in uelera  
ta.

copnator rupta se  
pis: Et instaurator  
semitarū nō habi  
tādu.

vt non facias.

Num. 21. e. 23.

Sup. 50. a. 22.



- *Sup. 1. d. 15.* faciem eius à vobis ne exaudiret. <sup>1</sup> ¶ Ma- 3  
 nus enim vestrae pollutae sunt sanguine,  
 & digiti vestri iniquitate: labia vestra lo- 13  
 cuta sunt mendacium, & lingua vestra  
 iniquitatem fatu. <sup>2</sup> ¶ Non est qui inuo- 4  
 cet iustitiam, neque est qui iudicet vere:  
 sed confidunt in nihili, & loquuntur va-  
 nitates: <sup>3</sup> ¶ conceperunt laborem, & pepe- 14  
 rerunt iniquitatē. <sup>4</sup> ¶ Oua aspidū ruperūt,  
 & telas aranearum texuerunt: qui comederit  
 de ovis eorū, morietur: & quod confotū  
 est, erumpet in regulū. <sup>5</sup> ¶ Telae eorum non 6  
 erunt in vestimentū, neque operietur ope- 15  
 ribus suis: opera eorum opera inutilia, &  
 opus iniquitatis in manibus eorū. <sup>6</sup> ¶ Pedes 7  
 eorū ad malū currunt, & festinant vt ef-  
 fundāt sanguinē innocentē: cogitationes  
 eorū cogitationes inutiles: vastitas & cō-  
 tritio in viis eorum. <sup>7</sup> ¶ Viam pacis nescie- 17  
 runt, & non est iudiciū in gressibus eorū.  
 semitae eorum incuruatae sunt eis: omnis  
 qui calcatur in eis, ignorat pacem. <sup>8</sup> ¶ Propter  
 hoc elongatū est iudiciū à vobis, & non  
 apprehendet vobis iustitia: expectauimus  
 lucem, & ecce tenebrae: splendorem, & in  
 tenebris ambulauimus. <sup>9</sup> ¶ Palpauimus sicut  
 caeci, parietem, & quasi absque oculis at-  
 trectauimus: impegimus meridie quasi in  
 tenebris, in caliginosis quasi mortui. <sup>10</sup> ¶ Ru-  
giemus quasi vrsi omnes, & quasi colum-  
 bae meditantes gememus. expectauimus  
 iudicium, & non est: salutem, & elongata  
 est à nobis. <sup>11</sup> ¶ Multiplicatae sunt enim ini-  
 quitates nostrae coram te, & peccata no-  
 stra

*1*  
*1*  
 uersitatem.

*c*  
 fractum.

*Job. 15. d. 35.*

*Prov. 1. b. 16.*

*Rom. 3. b. 15.*

*1*  
*1*  
 nobis 6.

*1*  
 nus 9.

*1*  
 clamauimus.

*7*  
 gemendo.



3 Cstra responderunt nobis, quia scelera no-  
stra nobiscum, & iniquitates nostras con-  
gnouimus, peccare & mentiri cōtra Do-  
minum: & auersi sumus ne iremus post  
tergum Dei nostri, vt loqueremur calū-  
niam & transgressionem: concepimus &  
locuti sumus de corde verba mendacij.

14 Et cōuersum est retrorsum iudicium, &  
iustitia longè stetit: quia corrui in pla-  
tēa veritas, & æquitas non potuit ingre-  
di. Et facta est veritas in obliuionem: &  
qui recessit à malo, prædæ patuit: & vidit  
Dominus, & malū apparuit in oculis eius,  
quia non est iudicium. & vidit quia nō  
est vir: & aporiatus est, quia non est qui  
occurrat: & saluauit sibi brachiū suum,

17 & iustitia eius ipsa confirmauit eū. ¶ In-  
dutus est iustitia vt lorica, & galea salutis  
in capite eius: indutus est vestimentis vl-  
tionis, & opertus est quasi pallio zeli. Si-

18 cut ad vindictā quasi ad retributionē in-  
dignationis hostibus suis, & vicissitudinē  
inimicis suis: insulis vicem reddet. Et ti-  
mebunt qui ab Occidente, nomen Dñi:  
& qui ab Ortu solis, gloriā eius: cū ve-  
nerit quasi fluuius violētus, quem spiritus

20 Domini cogit: ¶ & venerit Sion redemp-  
tor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Ia-  
cob, dicit Dominus. Hoc fœdus meum  
cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui  
est in te, & verba mea quæ posui in ore  
tuo non recedent de ore tuo, & de ore se-  
minis tui, & de ore seminis seminis tui,  
dicit Dñs, à modò & vsq; in sempiternū.

Surge,

1  
q n dño defeci  
ing et q negaui  
mus sume

a longe.

impēgit.

admiratus.

intercedat cui au-  
xilium datur brachi-  
ū sig, et quæ susti-  
net iustitiam sig

Ephē. 6. c. 17

1. Thes. 5. b. 8

retributionem.

vel hostis.

ad.

ad eos.

Ro. 11. d. 26.

iesu.

fecit.

trinitas.



**iesus. ion.**

*Sup. 49. c. 18.*  
*de latere super.*  
*vel iuxta latius*  
*orientur.*

*illuminabis.*  
*multitudo.*

**Apostoli.**

*apostoli. d. greg.*  
*17. li. mora. c. 12.*  
**Sacrificiū**  
**missæ. cōtin**  
**es. pro. cōtē**  
*expectabūt.*

*adducant.*  
**Apostoli. rom.**  
**10. colof. 1.**  
*volūtate.*

*Apc. 21. g. 25.*

Virge, illuminare Ierusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terrā, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.

Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerūt tibi: filij tui de longe veniēt, & filia tuae de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuū, quando cōuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentiū venerit tibi. Inundatio camelotum operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes: & laudem Domino annuntiantes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi: offerētur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbae ad fenestras tuas. Me enim insulae expectāt, & naues maris in principio, vt adducā filios tuos de longe: argentū eorū, & aurū eorū cū eis nomini Dñi Dei tui, & sancto Israēl, quia glorificauit te. Et edificabūt filij peregrinorū muros tuos, & reges eorū ministrabūt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in recōciliatione mea misertus sum tui. Et aperientur portae tuae iugiter: die ac nocte nō claudentur, vt afferatur ad te fortitudo



tudo Gentiū , & reges earū adducantur.

12<sup>o</sup> Gens enim & regnū quod non seruiert  
tibi , peribit : & Gentes solitudinē vasta-

13 buntur. Gloria Libani ad te veniet, abies  
& buxus & pinus simul , ad ornandum

locum sanctificationis meæ , & locū  
pedum meorum glorificabo. Et venient

ad te curū filij eorum qui humiliauerūt  
te , & adorabunt vestigia pedum tuorum

omnes qui detrahebant tibi , & vocabunt  
te Ciuitatem Domini , Sion sancti Israël.

15<sup>o</sup> Pro eo quod fuisti derelicta , & odio ha  
bita , & non erat qui per te transfret , po  
nam te in superbiam seculorum , gaudium

16 in generationem & generationem. &  
suges lac Gentium , & mamilla regum la  
ctaberis : & scies quia ego Dominus sal

uans te , & redemptor tuus fortis Iacob.

17<sup>o</sup> Pro ære afferam aurum , & pro ferro af  
feram argentum : & pro lignis æs , & pro

lapidibus ferrum : & ponam uisitacionem  
tuam pacē , & prapositiones tuas iustitiam.

18<sup>o</sup> Nō audietur vltra iniquitas in terra tua ,

19 vastitas & contritio in terminis tuis , &  
occupabit sal<sup>o</sup> muros tuos , & portas tuas

laudatio . Non erit tibi amplius sol ad  
lucendum per diem , nec splendor lunæ

illuminabit te : sed erit tibi Dominus in  
lucem sempiternam , & Deus tuus in glo

riam tuam. Non occidet vltra sol tuus ,  
& luna tua non minuetur : quia erit tibi

Dominus in lucem sempiternam , & com  
plebuntur dies luctus tui . Populus au

tem tuus omnes iusti , in perpetuum hæ

H

redita-

demissi. vel cur  
uando se.

sperebant te.

CRUX.

gloria perpetua  
Eccia.

IESUS.

vel tributū tuū  
aut prefectis tu  
is.

rapina.

uenit redemptio  
muris tuis, et su  
p portis tuis et  
unt laudantes.

Apo. 21. g. 25.

vel deficiet.

Apo. 22. a. 5.



<sup>1</sup> CAP. LXI.  
vel virgultum.  
ut glorificet.

vel parua<sup>3</sup> fami-  
lia.

**trinitas.**

<sup>1</sup> Luc. 4. 18.  
vel libertatem.

bñ placitū.

Diug greg. 4. li-  
mora. c. 10.

**IESUS.**

<sup>4</sup> Matt. 5. 45.

ordinarem.

gloriam.

arbores.

vel glorificet.

<sup>5</sup> Sup. 58. d. 11.  
antiqua.

<sup>6</sup> et quod deſtū eſt  
a gnatione in.

vel opus.

<sup>10</sup> Exaltabimini.

<sup>11</sup> Duplicia recipie-  
tis. et pignomi-  
a laudabunt in

agris suis.

holocaustū.

- 3.

reditabunt terram, germen plantationis  
meae, opus manus meae ad glorificandum.  
<sup>2</sup> Minimus erit in mille, & paruulus in  
gentem fortissimā: ego Dominus in tem-  
pore eius subito faciam istud.

CAP. LXI.

**trinitas.**

**S**piritus Domini super me, eo quod vn-  
xerit Dominus me: ad annuntiandum  
mansuetis misit me, ut mederer contritis  
corde, & praedicarem captiuis indulgen-  
tia, & clausis apertionem. <sup>7</sup> Ut praedicarem  
annū placabilem Domino & diem ultio-  
nis Deo nostro: <sup>8</sup> ut consolarer omnes lu-  
gentes: <sup>9</sup> Ut ponerem lugentibus Sion, &  
darem eis coronam pro cinere, oleū gau-  
dij pro luctu, pallium laudis pro spiritu  
mœroris: & vocabuntur in ea fortes iu-  
stitiæ, plantatio Domini ad glorificandū.  
<sup>10</sup> Et edificabunt deserta a seculo, & rui-  
nas antiquas erigent, & instaurabunt ci-  
uitates desertas, dissipatas in generatio-  
nem & generationem. <sup>11</sup> Et stabunt alieni,  
& pascent pecora vestra: & filij peregrin-  
orum, agricolæ & vinitores vestri erunt.  
<sup>12</sup> Vos autem sacerdotes Domini vocabi-  
mini: Ministri Dei nostri dicetur vobis:  
fortitudinem Gentium comedetis & in  
gloria eorum superbiētis. <sup>13</sup> Pro cōfusione  
vestra duplici & rubore laudabunt partē  
eorum: propter hoc in terra sua duplicia  
possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.  
<sup>14</sup> Quia ego Dominus diligens iudicium,  
& odio habens rapinam in holocausto:  
& dabo opus eorū in veritate, & fœdus  
perpe-



9 perpetuum feriam eis. Et scietur in Gen-  
tibus semen eorum, & germen eorum in  
medio populorum: omnes qui viderint  
eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen

10 cui benedixit Dominus. Gaudens gaude-  
bo in Domino, & exultabit anima mea in

Deo meo: quia induit me vestimentis  
salutis: & indumento iustitiæ circumdedit  
me, quasi sponsum decoratum corona, &  
quasi sponsam ornatam monilibus suis.

11 Sicut enim terra profert germen suum,  
& sicut hortus semen suum germinat: sic  
Dominus Deus germinabit iustitiam, &  
laudem coram vniuersis Gentibus.

## CAP. LXIII.

1 Propter Sion non tacebo, & propter  
A Ierusalem non quiescā, donec egredia-  
tur vt splendor iustus eius, & saluator eius

2 vt lampas accendatur. Et videbunt Gen-  
tes iustum tuum, & cuncti reges inclytū  
tuū: & vocabitur tibi nomen nouū, quod

3 os Domini nominauit. Et eris corona  
gloriæ in manu Dñi, & diadema regni  
in manu Dei tui. Non vocaberis ultra

B Derelicta: & terra tua non vocabitur am-  
plius Desolata; sed vocaberis Voluntas  
mea in ea, & terra tua inhabitabitur,

quia cōplacuit Domino in te: & terra tua  
inhabitabitur. Habitabit enim iuuenis  
cum virgine, & habitabunt in te filij tui.

Et gaudebit spōsus super sponsam, & gau-  
debit super te Deus tuus. Super muros  
tuos, Ierusalem cōstitui custodes: tota die

& tota nocte in perpetuū non tacebunt.

H 2

Qui

**iesus.**

Sicut spōsus ma-  
gnificabit gloriā  
et sicut spōsa qua  
dornat ornatū  
suum.

**iesus. i-c**

or. i. 2. cor. 5. /  
psal. 70: 70. /  
iustitia.

Salus. iesu.

iustitiā tuam.

gloriā tuam.

nominabit

6. eccia. math.  
16. baru. 5

inhabitatur  
ta 2.

sicut letatus.

sic et letabitur



*congregant.**remouete.**oo Sup. 57. c. 15.***CRUX.***Mat. 21. a. 5.**Zach. 9. b. 9.***IESUS.***cubeis.**demigrare facies  
vel reducere cap-  
tium israel.**magnus.**a Apo. 19. c. 13.  
quisquam.**dionysig. c.  
7. diuin.**hier. dit v  
ocē et age**loy ad m  
iratu asc**esu  
chri.*

Qui reminiscimini Domini, ne taceatis,  
 ⁊ ne detis silentium ei, donec stabiliat,  
 & donec ponat Ierusalem laudē in terra.  
 ⁊ Iurauit Dominus in dextera sua, & in  
 brachio fortitudinis suæ, Si dederō triti-  
 cum tuum vltra cibum inimicis tuis: &  
 si biberint filij alieni vinum tuum in quo  
 laborasti. ⁊ Quia qui congregabunt illud,  
 comedent, & laudabunt Dominū: & qui  
 comportant illud, bibent in atriis sanctis  
 meis. ⁊ Transite, transite per portas, ⁊ præ-  
 parate viam populo, planum facite iter,  
 & eligite lapides, & eleuate signū ad Po-  
 pulos. ⁊ Ecce Dominus auditū fecit in ex-  
 tremis terræ, ⁊ dicite filiæ Sion, Ecce salua-  
 tor tuus venit: ecce merces eius cum eo,  
 & opus eius coram illo. ⁊ Et vocabunt eos  
 Populus sanctus, redempti à Domino.  
 Tu autem vocaberis, Quærita ciuitas, &  
 non Derelicta.

## CAP. LXIII.

⁊ Vis est iste qui venit de Edom, tin-  
 ctis vestibus de Boftra, iste formo-  
 sus in stola sua, gradiens in multitudine  
 fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiā,  
 & propugnator sum ad saluandū. ⁊ Quare  
 ergo rubrum est indumentum tuum,  
 & vestimenta tua sicut calcantiū in tor-  
 culari? Torcular calcaui solus, & de Gen-  
 tibus non est vir mecum; calcaui eos in  
 furore meo, & conculcaui eos in ira mea:  
 & aspersus est sanguis eorum super vesti-  
 menta mea, & omnia indumenta mea  
 inquinauī. ⁊ Dies enim vltionis in corde  
 meo,



meo, annus <sup>11</sup>retributionis' meæ venit.  
 5 <sup>9</sup>Circūspēxi, & nō erat auxiliator: quēsiui,  
 & non fuit qui adiuuaret: & saluauit mi-  
 hi brachiū meum, & indignatio mea ipsa  
 6 auxiliata est mihi. <sup>9</sup>Et conculcaui popu-  
 los in furore meo, & inebriaui eos in in-  
 dignatione mea, & detraxi in terrā virtu-  
 7 tem eorū. <sup>9</sup>Miserationū Dñi recordabor,  
 laudē Domini super omnibus quę reddi-  
 dit nobis Dominus, & super multitudi-  
 nem bonorum domui Israël, quę largitus  
 est eis secundū indulgentiā suam, & se-  
 cundū multitudinem misericordiarum  
 8 suarum. <sup>9</sup>Et dixit, Veruntamen populus  
 meus est, filij noñ negātes: & factus est eis  
 9 saluator. <sup>9</sup>In omni tribulatione eorum nō  
 est tribulatus, & angelus faciei eius sal-  
 C uauit eos: in dilectione sua, & in indul-  
 gentia sua ipse redemit eos, & porta-  
 uit eos, & eleuauit eos cunctis diebus  
 10 seculi. <sup>9</sup>Ipsi autem ad iracundiam pro-  
 uocauerunt, & affligerunt spiritum <sup>11</sup>san-  
 cti' eius: & conuersus est eis in inimi-  
 cum, & ipse debellauit eos. <sup>9</sup>Et recorda-  
 tus est dierum seculi Moysi- & <sup>9</sup>populi  
 sui: Vbi est qui <sup>10</sup>eduxit eos de mari cum  
 pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit  
 11 in medio eius spiritum sancti sui? <sup>9</sup>Qui  
 eduxit ad dexteram Moysen brachio  
 maiestatis suæ: qui scidit aquas ante eos,  
 12 vt faceret sibi nomen sempiternū. <sup>9</sup>Qui  
 eduxit eos per abyssos, quasi equū in de-  
 13 sero non impingentem. <sup>9</sup>Quasi animal  
 14 in cāpo descendens spiritus Domini du-

admiratus sū  
 fulciet.

<sup>11</sup>redemptio-  
 nis 12.

juuik. me.

potentiam.

c. quidō. 24. q. 7.

miaz. **Eccia.**

vete.

qui nō mētiētur.

anxiabatur et  
 ipse.

qui corā ipso est  
 gestauit **IESU**

atigz in qbus mis-  
 it moysen popul-  
 o suo.

<sup>10</sup>pastore.

<sup>11</sup>sanctum 3.

- 15.

Exo 14. g. 29

sanctū suū?

duxit.

facerent.



dirixisti.

ctor eius fuit: sic adduxisti populū tuum  
vt faceres tibi nomen gloriæ. Attende

Deut. 26. c. 15

Baru. 2. d. 16

\*folio.

1  
vindictā ostēderūt  
in me.

2  
c. qui diuina. 17. g.

a  
pauo tēpore po  
ssedit populo sū  
ctus tuus.

o  
a principio nō fui  
sses dñatus nri.  
Et quasi nūq̄ fui  
sses inuocatum.

c  
liq̄facions, sicut  
a quā bullire fa  
cit ignis.

q̄ nō sperabam  
iesus.

1. Cor. 2. b. 9.

quia.

4  
attamē adiuui  
sti nos.

\*immūdi

& gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & for  
titudō tua, multitudō viscerū tuorum,  
& miserationum tuarum? super me con  
tinuerunt se. Tu enim pater noster, &

Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit  
nos: tu Dñe pater noster, redēptor noster,  
à seculo nomen tuum. Quare errare nos

fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor  
nostrū, ne timeremus te? conuertere pro  
pter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ.

Quasi nihilum possederunt populū san  
ctum tuum: hostes nostri conculcauerūt  
sanctificationē tuam. Facti sumus quasi

in principio, cū non dominareris no  
stri, neque inuocaretur nomen tuum su  
per nos. CAP. LXIII.

V Tinam dirumperes cælos, & descen  
deres: à facie tua montes defluerent.  
Sicut exustio ignis tabescerēt, aquæ arde  
rent igni, vt notū fieret nomen tuum ini  
micis tuis: à facie tua gentes turbarentur.

Cū feceris mirabilia, nō sustinebimus:  
descendisti, & à facie tua montes deflu  
xerunt. A seculo non audierunt, neque

auribus perceperunt: oculus non vidit  
Deus absque te, quæ præparasti expectan  
tibus te. Occurristi lætanti, & facienti

iustitiā: in viis tuis recordabuntur tui:  
ecce, tu iratus es, & peccauimus: in ipsis  
fuimus semper, & saluabimur. Et facti

sumus vt 'immūdi' omnes nos, & quasi  
pannus



*vel frustror. i.  
vestis centonū.*

pannus menstruatae vniuersae iustitiae nostrae: & cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostrae quasi ventus absterulerunt nos. ¶ Non est qui inuocet nomen tuum: qui confutgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam a nobis, & allifisti nos in manu iniquitatis nostrae. ¶ Et nunc Domine pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. ¶ Ne irascaris Dñe satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostrae: ecce, respice, populus tuus omnes nos. ¶ Ciuitas sancti tui facta est deserta, Siō deserta facta est, Ierusalem desolata est. ¶ Domus sanctificationis nostrae & gloriae nostrae, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. ¶ Nunquid super his continebis te Domine, tacebis & affliges nos vehementer?

*dissolui sti pp iniquitates nostras*

*Psal. 78. b. 8.*

*vsqz ad eo.*

*1. 1.*

## CAP. LXV.

1 **Q**uasi fuerunt me qui antè non interrogabant, inuenerunt qui non quaesierunt me. dixi, Ecce ego, ecce ego, ad gentem quae non inuocabat nomen meum. 2 ¶ Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas. ¶ Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres: ¶ qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam, & ius prophanum in vasis eorum. ¶ Qui dicunt,

*Ro. 10. 1. 20.*  
**IESUS.**

*declinātē.*

*desertis produnt.*



mane apud te.

sanctior sūte.

mustum.

Exil saron.

osee. 2. josu. 7.  
vide notam  
his.

Exercitui celi.

Prou. 1. c. 24.

Iere 7. c. 23.

Infr. 66. b. 4

ificitis numero  
trabaz libamē

7. 66. s.

cunt, Recede à me, nō appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. ¶ Ecce scriptum est coram me: non tacebo, sed reddā & retribuā in signum eorum ¶ iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi, & remetiā opus eorum primum in sinu eorum. ¶ Hæc dicit Dominus, Quomodo si inueniatur grānū in botro, & dicatur, Ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum. ¶ Et educam de Iacob semen, & de Iuda possidentem montes meos: & hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. ¶ Et erunt campestria in caualas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me. ¶ Et vos qui dereliquistis Dominum, qui oblitistis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super eam. ¶ Numerabo vos in gladio, & omnes in cede corruetis: ¶ pro eo quod vocaui, & non respondistis: locutus sum, & non audistis, & faciebatis malū in oculis meis: & quæ nolui elegistis. ¶ Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, Ecce, serui mei comedent, & vos esurietis: ecce, serui mei bibent, & vos sitietis: ¶ Ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce C serui mei lædabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, &



- 15 & prae contritione spiritus ululabitis. <sup>9</sup>Et dimittetis nomen vestrum in iuramentu electis meis: & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio. <sup>9</sup>In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditae sunt angustiae priores, & quia absconditae sunt ab oculis nostris.
- 17 <sup>9</sup>Ecce enim ego creo caelos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor. <sup>9</sup>Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his quae ego creo: quia ecce ego creo Ierusalē exultationē, & populū eius gaudium. <sup>9</sup>Et exultabo in Ierusalē, & gaudebo in populo meo, & non audietur in eo ultra vox fletus & vox clamoris.
- 18 <sup>9</sup>Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui nō impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.
- 19 <sup>9</sup>Et aedificabit domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum. <sup>9</sup>Non aedificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inuenterabunt <sup>9</sup>electi mei. Non laborabunt frustra, neq; generabunt in cōturbatione: quia semen benedictorū Domini est, & nepotes eorū cum eis. <sup>9</sup>Eritq; antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquetibus, ego audiam. <sup>9</sup>Lupus & agnus pas-

*quicūq; in terra ista bñ dicit sibi in deo fidelis si bñ dicit.*

*vero vel fidelis meis.*

*Infr. 66. g. 22  
Apoc. 21. a. n.*

*En.*

*d. græc. li. 17. mo  
ca. c. 12. e. qui  
nec regim in  
is. 2. g. 7.*

*2. b. 2. f.*

*electis meis.*

*Psal. 31. b. 5.*

**IESUS.**

*Sup. u. b. 6.*



centur simul, & leo & bos comedent paleas, & serpenti pulvis panis eius: non nocent neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

**Eccia-**

CAP. LXVI.

1. g. 1. c. p. <sup>As. 7. f. 49.</sup> *Isaiam.*  
*requietionis.*

*suffumigat thure.*  
*attamen illa.*

*timent.*

*Prou. 1. c. 24.*  
*Iere. 7. c. 13.*  
*Sup. 65. b. 12*

*conspiciantur.*

*fremitus 1.*  
*vel audio murmur.*

*chris. hom.*  
*ss. in genes. tom. 1. qui est tre*  
*met se sermones meos. obedi-*  
*entibus implentur.*

Hæc dicit Dominus, || Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista Domus quæ ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. ad quæ autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & tremementem sermones meos? Qui immolat bonæ, quasi qui interficiat virum. qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat. qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Vnde & ego eligam illusiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: quia vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & abicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.

Antequam parturiret, peperit: antequam

veniret, venit: antequam



C venit partus eius, peperit masculum.

8 <sup>o</sup> Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? nūquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia partu-

vel vna vice.

9 riuit & peperit Sion filios suos? <sup>o</sup> Nun-

conciliū hispal

quid ego, qui alios parere facio, ipse non

ense. 2<sup>o</sup> c. 12.

pariam, dicit Dominus? si ego, qui gene-

intelligit de fi

rationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait

lij gñatione &

10 Dominus Deus tuus? <sup>o</sup> Lætamini cum Ie-

terna.

rusalem, & exultate in ea omnes qui dili-

satutemini.

11 qui lugetis super eam, <sup>o</sup> vt sugatis, & re-

vel oblectemi  
ni splendore gl  
orig.

pleamini ab ubere consolationis eius: vt

pacem.

12 mulgeatis, & delitijs affluatis ab omni-

sup latus.

13 moda gloria eius. <sup>o</sup> Quia hæc dicit Domi-

oblectabimini

14 nus, Ecce ego declinabo super eam quasi

quadriga.

15 fluuiū pacis, & quasi torrentē inundantē

vt reddat.

16 gloriā Gentium, quam sugatis: ad hūbera

sanctificabāt se  
mū dabāt se.

17 portabimini, & super genua blandientur

subaudi pisci  
nā q̄ est in me  
dio horti.

18 vobis. <sup>o</sup> Quomodo si cui mater blandia-

ynam 12.

19 tur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalē

20 cōsolabimini. <sup>o</sup> Videbitis, & gaudebit cor

21 vestrū, & ossa vestra quasi herba germi-

22 nabunt, & cognoscetur manus Domini

23 seruis eius, & indignabitur inimicis suis.

24 <sup>o</sup> Quia ecce Dominus in igne veniet, &

25 quasi turbo quadrigæ eius: reddere in in-

26 dignatione furorem suum, & increpationem

27 suam in flamma ignis: <sup>o</sup> quia in igne

28 Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad

29 omnem carnem, & multiplicabuntur in-

30 terfecti à Domino. <sup>o</sup> Qui sanctificabātur,

31 & mundos se putabant in hortis post ia-

32 nuam intrinsecus, qui comedebant car-

33 nem

34 nem

35 nem

36 nem

37 nem

38 nem

39 nem

40 nem

41 nem

42 nem

43 nem

44 nem

45 nem

46 nem

47 nem

48 nem

49 nem

50 nem

51 nem

52 nem

53 nem

54 nem

55 nem

56 nem

57 nem

58 nem

59 nem

60 nem

61 nem

62 nem

63 nem

64 nem

65 nem

66 nem

67 nem

68 nem

69 nem

70 nem

71 nem

72 nem

73 nem

74 nem

75 nem

76 nem

77 nem

78 nem

79 nem

80 nem

81 nem

82 nem

83 nem

84 nem

85 nem

86 nem

87 nem

88 nem

89 nem

90 nem

91 nem

92 nem

93 nem

94 nem

95 nem

96 nem

97 nem

98 nem

99 nem

100 nem

101 nem

102 nem

103 nem

104 nem

105 nem

106 nem

107 nem

108 nem

109 nem

110 nem

111 nem

112 nem

113 nem

114 nem

115 nem

116 nem

117 nem

118 nem

119 nem

120 nem

121 nem

122 nem

123 nem

124 nem

125 nem

126 nem

127 nem

128 nem

129 nem

130 nem

131 nem

132 nem

133 nem

134 nem

135 nem

136 nem

137 nem

138 nem

139 nem

140 nem

141 nem

142 nem

143 nem

144 nem

145 nem

146 nem

147 nem

148 nem

149 nem

150 nem

151 nem

152 nem

153 nem

154 nem

155 nem

156 nem

157 nem

158 nem

159 nem

160 nem

161 nem

162 nem

163 nem

164 nem

165 nem

166 nem

167 nem

168 nem

169 nem

170 nem

171 nem

172 nem

173 nem

174 nem

175 nem

176 nem

177 nem

178 nem

179 nem

180 nem

181 nem

182 nem

183 nem

184 nem

185 nem

186 nem

187 nem

188 nem

189 nem

190 nem

191 nem

192 nem

193 nem

194 nem

195 nem

196 nem

197 nem

198 nem

199 nem

200 nem

201 nem

202 nem

203 nem

204 nem

205 nem

206 nem

207 nem

208 nem

209 nem

210 nem

211 nem

212 nem

213 nem

214 nem

215 nem

216 nem

217 nem

218 nem

219 nem

220 nem

221 nem

222 nem

223 nem

224 nem

225 nem

226 nem

227 nem

228 nem

229 nem

230 nem

231 nem

232 nem

233 nem

234 nem

235 nem

236 nem

237 nem

238 nem

239 nem

240 nem



*subnudi. scio.**venit subnudi  
pus.**oēs p̄tes et lin  
guis.**d. p̄p̄. li. 7. mor  
c. 7. 2.**Apostoli. ro  
ma. 10. col. 1.**c. 9. m. 19. 9. 7.**Sup. 65. c. 17.**Apo. 21. a. 1.**quod iesu.**iudith. 16.**Mat. 9. g. 44.**opprobriū vel  
nauseam.*

nem suillam, & abominationem & mu-  
rem: simul consumentur, dicit Dominus.  
Ego autem opera eorum, & cogitatio-  
nes eorū: venio vt congregem cum om-  
nibus gentibus & linguis: & venient, &  
videbunt gloriam meam. Et ponā in eis  
signū, & mittā ex eis qui saluati fuerint,  
ad Gētes in mare, in Aphricam, & Lydiā  
tenentes sagittam: in Italiam & Grēciam,  
ad insulas longē, ad eos qui non audierūt  
de me, & non viderunt gloriam meam.

Et annuntiabunt gloriam meam Genti-  
bus, & adducent omnes fratres vestros  
de cunctis gentibus donum Domino, in  
equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in  
mulis, & in carrucis, ad montem sanctū  
meum Ierusalē, Dicit Dominus, quo mo-  
do si inferant filij Israël munus in vase  
mundo in domū Domini. Et assumā ex  
eis in sacerdotes, & leuitas, dicit Domi-  
nus: Quia sicut cæli noui & terra noua,  
quæ ego facio stare corā me, dicit Domi-  
nus: sic stabit semen vestrum, & nomen  
vestrum. Et erit mensis ex mense, & sab-  
bathum ex sabbatho: veniet omnis caro

vt adoret coram facie mea, dicit Do-  
minus. Et egredientur, & videbunt ca-  
dauera virorum qui prauaricati sunt in  
me: vermis eorum nō morietur, & ignis  
eorum non extinguetur: & erunt vsque  
ad satietatem visionis omni carni.

HIERO-



## HIERONYMI IN IEREMIAM

PRAEFATIO. *tom. 3. et 5.*

**I**EREMIAS PROPHETA, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaia & Osee & quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porro simplicitas eloquij, à loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim Anathothites, qui est vsque hodie viculus, tribus ab Ierosolymis distans milibus, sacerdos ex sacerdotibus, & in matris utero sanctificatus: virginitate sua euangelicum virum CHRISTI ecclesiae dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer: & captiuitatem vrbs atque Iudæa, non solum spiritu, sed & oculis carnis intuitus est: iam decem tribus Israël Assyrij in Medos transtulerant: iam terras earum, coloniae Gentium possidebant. Unde in Iuda tantum, & in Ben-iamin prophetauit: & ciuitatis suae ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos mensurae metri, versibusque reddidimus. Praeterea ordinem visionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, praetermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis praestolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior, quia vos me cogitis. Ceterum ad compedium mali, rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quam quotidie noui aliquid scriptitantem, inuidorum insaniam provocare.

*4. reg. 17.*

## ARGUMENTVM IN

IEREMIAM.

**I**EREMIAS Anathothites, qui est viculus, tribus ab Ierosolymis distans milibus, apud Taphnas in Aegypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco sepultus, quo dudum Pharaon rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentibus, Aegyptios à tactu aspidum facit esse securos, magna eum ibi religione Aegyptiis venerantur.

PRO-



Driedo. li. 3. de Ecclij dogm. pag. 466. Et ruptu. de  
victoria. verbi. c. 24. l. 1. q. 1. Sixto. li. 1. bibl.  
foli. CAP. I. 29. Et lib. 2. folio. 123. Et. li. 6. fol. 74.  
910.

PROPHETIA IEREMIAE.  
Hic sunt capita.  
CAP. I.



vel preparavi.

c. in scripturis. g.  
9. 1. / c. nisi. de  
tenet.

c. eccin. 36. d.

c. solite. de mai.  
et obrn.

**IESUS. ISAI.**  
**49.**

Ex amigdalo cele  
stiter florētē.

Esai. 51. c. 16.  
59. g. 21.

Infr. 18. a. 7.

VERBA Ieremiae filij Hel  
ciae, de sacerdotibus qui A  
fuerunt in Anathoth, in  
terra-Ben-iamin. Quod  
factum est verbū Domi  
ni ad eum in diebus Iosie  
filij Amon regis Iuda, in tertio decimo an  
no regni eius. Et factū est in diebus Ioa  
chim filij Iosiae regis Iuda, vsque ad con  
summationē vndecimi anni Sedechiaē fi  
lij Iosiae regis Iuda, vsq; ad transmigratio  
nem Ierusalem in mense quinto. Et fa  
ctum est verbum Domini ad me, dicens,  
Priusquam te formarem in utero, noui  
te: & antequā exires de vulua, sanctificaui  
te, & prophetam in Gentibus dedi te. Et  
dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce nescio lo  
qui, quia puer ego sum. Et dixit Domi  
nus ad me, Noli dicere, Puer sum: quoniā  
ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuersa  
quæcunque mandauero tibi, loquēris.  
Ne timeas à facie eorum: quia tecū ego  
sum vt eruam te, dicit Dominus. Et mi  
sit Dominus manum suam, & tetigit os  
meum: & dixit Dominus ad me, Ecce,  
dedi verba mea in ore tuo: ecce con  
stitui te hodie super Gentes, & super re  
gna: vt euellas, & destruas, & disperdas,  
& dissipes, & ædifices, & plātes. Et factū  
est verbū Dñi ad me, dicens, Quid tu vi  
des Ieremia? Et dixi, Virgam vigilantē ego  
video,



- 12 video. Et dixit Dominus ad me, Bene vidisti, quia vigilabo<sup>n</sup> ego super verbo meo  
 13 ut faciam illud. Et factum est verbū Do-  
 C mini secundo ad me, dicens, Quid tu vi-  
 des? Et dixi, Ollam succensam ego video,  
 14 & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit  
 Dñs ad me, ¶ Ab Aquilone pādetur<sup>\*</sup> malū  
 15 super omnes habitatores terræ. quia ecce  
 ego cōuocabo omnes cognationes regno-  
 rum Aquilonis, ait Dominus: & venient,  
 & ponent vnusquisq; solium suū in in-  
 troitu portarū Ierusalem, & super omnes  
 16 muros eius in circuitu, & super vniuersas  
 vrbes Iuda. Et loquar iudicia mea cum  
 D eis super omnem malitiam eorū qui de-  
 reliquerunt me, & libauerunt diis alienis,  
 & adorauerunt opus manuum suarum.  
 17 Tu ergo accinge lūbes tuos, & surge. &  
 loquere ad eos omnia quæ ego præcipio  
 tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim  
 18 timere te faciam vultum eorum. ¶ Ego  
 quippe dedi te hodie in ciuitatem muni-  
 tam, & in columnam ferream, & in mu-  
 rum æreum super omnem terrā regibus  
 Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, &  
 19 \*populo terræ. Et bellabūt aduersum te,  
 & non præualebunt: quia ego tecū sum,  
 ait Dominus, ut liberem te.

*emittetur**Inf. 4. b. 6. 25**b. 9.**\*omne.**1  
ne forte faciā te  
cōteri ante eos.**Inf. 6. g. 27.**15. d. 20.**\*omni.**miq̄ quā prestiti  
adolescētis tuę et  
dilectionis quā ha-  
bui ad pulchritudi-  
nā tuā.*

## CAP. II.

- 1 ET factum est verbum Domini ad me,  
 2 Edicens, ¶ Vade, & clama in auribus Ie-  
 A rusalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Re-  
 cordatus sum tui, miserās adolescentiam  
tuā, & charitatē desponsationis tuæ, quā  
 do



do secuta es me in deserto, in terra, qua  
 nō seminatur. ¶ Sanctus Israël Dño, primi-  
 tiæ frugū eius: omnes qui deuorant eum  
 delinquunt: mala venient super eos, dicit  
 Dominus. ¶ Audite v̄b̄um Domini do-  
 mus Iacob, & omnes cognationes do-  
 mus Israël: ¶ hęc dicit Dominus, ¶ Quid in-  
 uenerunt patres vestri in me iniquitatis,  
 quia elongauerunt a me, & ambulauerūt  
 post vanitatem, & vani facti sunt? ¶ Et nō  
 dixerunt, Vbi est Dominus qui ascendere  
 nos fecit de terra-Ægypti: qui traduxit  
 nos per desertū, per terram inhabitabilē  
 & inuiam, per terram sitis & imaginem  
 mortis, per terram in qua non ambula-  
 uit vir, neq; habitauit homo? ¶ Et induxi  
 vos in terram Carmeli, vt comederetis  
 fructum eius & optima illius: & ingressi  
 contaminastis terram meam, & hæredita-  
 tem meam posuistis in abominationem.  
 ¶ Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Domi-  
 nus? & tenentes legem nescierunt me, &  
 pastores præuaticati sunt in me: & pro-  
 phetæ prophetauerunt in Baal, & idóla  
 secuti sunt. ¶ Propterea adhuc iudicio cō-  
 tendam vobiscum, ait Dñs: & cū filiis ve-  
 stris disceptabo. ¶ Transite ad insulas Ce-  
 thim, & videte: & in Cedar mittite, & cō-  
 siderate vehementer: & videte si factum  
 est huiuscemodi. ¶ Si mutauit gens deos  
 suos, & certè ipsi non sunt dii: populus  
 verò meus mutauit gloriam suam in idó-  
 lum. ¶ Obstupescite cæli super hoc, & por-  
 tæ eius desolamini vehementer, dicit Do-  
 minus.

Mich. 6. 4. 3.

Sē

arduanam,  
vmbre.

optima. nō bona

ea q̄ nō poterūt  
iuuare.diligētissima vi-  
dētē.rem q̄ auxiliari  
nō p̄t.

- . 2 .

timete.



13 minus. <sup>9</sup> Duo enim mala fecit populus  
 meus, Me dereliquerunt fontem aquæ vi  
 uæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas  
 dissipatas, quæ continere non valent a-  
 14 quas. <sup>9</sup> Nunquid seruus est Israël, aut ver-  
 naculus? quare ergo factus est in prædâ?  
 15 <sup>9</sup> Super eum rugierunt leones, & dede-  
 runt vocem suam, posuerunt terram e-  
 ius in solitudinem: ciuitates eius exusta  
 16 sunt, & non est qui habitet in eis. <sup>9</sup> Filij  
 D quoque Mempheos & Taphnes constu-  
 17 prauerunt te vsque ad verticem. <sup>9</sup> Nun-  
 quid non istud factum est tibi, quia dere-  
 liquisti Dominum Deum tuum eo tem-  
 18 pore quo ducebat te per viam? <sup>9</sup> Et nunc  
 quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquã  
 turbidã? & quid tibi cum via Assyrio-  
 19 rum, vt bibas aquam fluminis? <sup>9</sup> Arguet te  
 malitia tua, & auersio tua increpabit te.  
 Scito, & vide quia malum & amarum  
 est reliquisse te Dominum Deum tuum,  
 & non esse timorem mei apud te: dicit  
 20 Dominus Deus exercituum. <sup>9</sup> A seculo  
confregisti iugum meum, rupisti vincula  
 mea: & dixisti, Non seruiam. || In omni  
 enim colle sublimi, & sub omni ligno  
 21 frondoso tu prosternebaris meretrix. <sup>9</sup> E-  
 go autem plantaui te vineam electam,  
 E omne semen verum. quomodo ergo con-  
 uersa es mihi in prauum vinea aliena?  
 22 <sup>9</sup> Si laueris te nitro, & multiplicaueris ti-  
 bi herbam borith: maculata es in iniqui-  
 tate tua coram me, dicit Dominus Deus.  
 23 <sup>9</sup> Quomodo dicis, Non sum polluta, post  
 I Baalim

vanam.

confregerat tibi.

nili.

confregi iugum tuum.

viridi.

discurrebas.

Infr. 3. b. 6.

Isa. 5. a. 1.

Mat. 21. d. 33.

sarmeta vitis alie  
ne.nihilominus deseri  
pta est iniquitas.

BIBLIOTECA PUBLICA



*deomedotius.**cū respiciatur ipsa.*

Baalim non ambulauit? vide vias tuas in  
 conualle, scito quid feceris: cursor leuis  
 explicans vias suas. <sup>24</sup> Onager assuetus  
 in solitudine, in desyderio animæ suæ  
 attraxit ventum amoris sui: nullus a-  
 uertit eam: omnes qui quærent eam non  
 deficient: in menstruis eius inuenient  
 eam. <sup>25</sup> Prohibe pedem tuum à nuditate,  
 & guttur tuum à siti. Et dixisti, Despe-  
 rari, nequaquam faciam: adamaui quip-  
 pe alienos, & post eos ambulabo. <sup>26</sup> Quo-  
 modo confunditur fur quando depre-  
 henditur, sic confusi sunt domus Israël,  
 ipsi & reges eorum, principes & sacerdo-  
 tes, & prophetæ eorum: <sup>27</sup> dicentes lig-  
 no, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me ge-  
 nuisti. <sup>28</sup> Verterunt ad me tergum, & non  
 faciem: & in tempore afflictionis suæ di-  
 cent, Surge, & libera nos. <sup>29</sup> Vbi sunt dij tui  
 quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in  
 tempore afflictionis tuæ: <sup>30</sup> secundum nume-  
 rû quippe ciuitatum tuarum erant dij tui  
 Iuda. <sup>31</sup> Quid vultis mecû iudicio conten-  
 dere? oēs dereliquistis me, dicit Dominus.  
<sup>32</sup> Frustra percussi filios vestros, disciplinã  
 non receperunt: deuorauit gladius vester  
 prophetas vestros, quasi leo vastator <sup>33</sup> ge-  
 neratio vestra. Videte verbum Dñi. Nun-  
 quid solitudo factus sum Israël, aut terra  
 ferotina? quare ergo dixit populus meus,  
Recessimus, non veniemus vltra ad te?  
<sup>34</sup> Nunquid obliuiscetur virgo ornamentis  
 sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? popu-  
 lus verò meus oblitus est mei diebus in-  
 nume-

*Inf. 32. f. 33.**Deut. 32. iudi-  
cū. 10. Infra. 2. c. 13.  
Isai. 57.**vastatur.**vel vos posteri.**tenabris cosa.**domini sumus*



33 numeris. <sup>?</sup> Quid niteris bonam ostendere  
 viam tuam ad quærendam dilectionem,  
 quæ insuper & malitias tuas docuisti vias  
 34 tuas, <sup>?</sup> & in alis tuis inuentus est sanguis  
 animarum pauperum & innocentum? non  
 in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ  
 35 supra memorauimus. <sup>?</sup> Et dixisti, Absq; pecca  
 to & innocens ego sum: & propterea auer  
 tatur furor tuus à me. Ecce, ego iudicio cõ  
 tendam tecum, eo quod dixeris, Non pec  
 36 caui. <sup>?</sup> Quam vilis facta es nimis, iterans  
 vias tuas: & ab Ægypto cõfundêris, sicut  
 37 confusa es ab Assur. <sup>?</sup> Nam & ab ista egre  
 dieris, & manus tuæ erunt super caput  
 tuum: quoniam obtriuuit Dominus confi  
 dentiam tuam, & nihil habebis prosperum.

oris vestimento  
 tuorum.

quare tñ festi  
 nos.

a  
 abiicit.

preuaricando pre  
 uaricata est terra  
 hec.

## CAP. III.

1 **V**lgo dicitur, Si dimiserit vir vxorem  
 A suam, & recedens ab eo, duxerit virum  
 alterum: nunquid reuertetur ad eam vl  
 trà? nunquid non polluta, & contamina  
 ta erit mulier illa? tu autem fornicata es  
 cum amatoribus multis: tamen reuertere  
 2 ad me, dicit Dominus\*. <sup>?</sup> Leua oculos  
 tuos in directum, & vide vbi non postra  
 ta sis: in viis sedebas, expectans eos quasi  
 latro in solitudine: & polluisti terram in  
 fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.  
 3 <sup>?</sup> Quam ob rem prohibetæ sunt stillæ plu  
 uiarum, & serotinus imber non fuit: frons  
 mulieris meretricis facta est tibi, noluisti  
 4 erubescere. <sup>?</sup> Ergo saltè á modo voca me,  
 B Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.  
 5 <sup>?</sup> Nunquid irascêris in perpetuum aut per  
 seuera-

7  
 ad excelsam.

\* & ego sus  
 cipiam te 15  
 nunc 9.  
 arabis.



*sternuz.**rebellis.**Sap. 2. d. 20.***Sub***magis q̄ preuaricatrix**faciã cadere irã meã in vobis:**miseri cordis.**rebelles et. j.**vel dñatus suz in vobis.*

seuerabis in finem? Ecce locuta es & fecisti mala, & potuisti. Et dixit Dominus ad me in diebus Iosia regis, Nunquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israël? abiit sibi met super omnem montem excelsum, & super omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Et dixi cum fecisset hæc omnia, Ad me reuertere: & nõ est reuersa. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quod mœchata esset auersatrix Israël, dimissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa. Et facilitate fornicationis suæ, contaminauit terram, & mœchata est cum lapide & ligno. Et in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus. Et dixit Dominus ad me, Iustificauit animam suam auersatrix Israël, comparatione præuaricatricis Iudæ. Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices, Reuertere auersatrix Israël, ait Dominus, & non auertam faciem meã à vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum. Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum præuaticata es: & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meã non audisti, ait Dominus. Conuertimini filij reuertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester: & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam



15 cam vos in Sion. <sup>9</sup> Et dabo vobis pastores  
 iuxta cor meum, & pascent vos scientia &  
 16 doctrina. <sup>9</sup> Cumque multiplicati fueritis,  
 & creueritis in terra in dieb<sup>9</sup> illis, ait Do-  
 E minus: non dicent vltra, Arca testamenti  
 Domini: neque ascendet super cor, neque  
 recordabuntur illius, nec visitabitur, nec  
 17 fiet vltra. <sup>9</sup> In tempore illo vocabunt Ieru-  
 salem Solium Domini: & congregabun-  
 tur ad eam omnes Gentes in nomine Do-  
 mini in Ierusalem, & non ambulabunt  
 18 post prauitatem cordis sui pessimi. <sup>9</sup> In  
 diebus illis ibit domus Iuda ad domum  
 Israël, & venient simul de terra Aquilo-  
 nis ad terram quam dedi patribus vestris.  
 19 <sup>9</sup> Ego autem dixi, Quomodo ponam te in  
 filios, & tribuam tibi terram desyderabi-  
 lem, hæreditatem præclaram exercituum  
 F Gentium? Et dixi, patrem vocabis me,  
 20 & post me ingredi non cessabis. <sup>9</sup> Sed  
 quo modo si contemnat mulier amato-  
 rem suum, sic contempsit me domus Is-  
 21 raël, dicit Dominus. <sup>9</sup> Vox in viis audi-  
 ta est, ploratus & vlulatus filiorum Is-  
 raël: quoniam iniquam fecerunt viam  
 22 suam, oblitum sunt Domini Dei sui. <sup>9</sup> Con-  
 uertimini filij reuertentes, & sanabo a-  
 uersiones vestras. Ecce nos venimus ad  
 23 te: tu enim es Dominus Deus noster. <sup>9</sup> Ve-  
 G re mendaces erant colles<sup>a</sup>, & multitudo  
montium: verè in Domino Deo nostro  
 24 salus Israël. <sup>9</sup> Confusio comedit laborem  
 patrum nostrorum ab adolescentia no-  
 stra, greges eorum & armenta eorum,  
 I 3 filios

*federis.**Eccia. isa. 2.  
mich. 4.**Iesus.**excessis.**rebelliones.**a  
mēdatjū istq; a  
mōtib; a multi-  
tudinē mōtiū. sub  
audi veniat salus.*



filios eorum & filias eorum. ¶ Dormie- 25  
mus in confusione nostra, & operiet nos  
ignominia nostra: quoniã Domino Deo  
nostro peccauimus nos, & patres nostri  
ab adolescentia nostra vsque ad diem  
hanc: & non audiuius vocem Domini  
Dei nostri.

## CAP. IIII.

¶ Reuertêris' Israël ait Dominus, ad me 2  
conuertere: si abstuleris offendicula A  
tua à facie mea, non commoueberis. ¶ Et 2  
iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in  
iudicio, & in iustitia: & benedicent eum  
Gentes, ipsumque laudabunt. ¶ Hęc enim 3  
dicit Dominus viro Iuda, & \*Ierusalem,  
¶ Nouate vobis nouale, & nolite serere su- 4  
per spinas: ¶ circuncidimini Domino, & 4  
auferte præputia cordium vestrorum vi-  
ri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne forte  
egrediatur vt ignis indignatio mea, &  
succendatur, & non sit qui extinguat: pro-  
pter malitiam cogitationum vestrarum.  
¶ Annuntiate in Iuda, & in Ierusalem au- 5  
ditum facite: loquimini, & canite tuba in B  
terra: clamate fortiter, & dicite, Congre-  
gamini, & ingrediamur ciuitates muni-  
tas, ¶ leuate signum in Sion. Confortami- 6  
ni, nolite stare, ¶ quia malum ego adduco  
ab Aquilone, & contritionem magnam.  
¶ Ascendit leo de cubili suo, & prædo Gē 7  
tium se leuauit: egressus est de loco suo,  
vt ponat terram tuam in solitudinem: ci-  
uitates tuæ vastabuntur, remanentes abs-  
que habitatore. ¶ Super hoc accingite vos 8  
ciliciis

abominaciones tuas  
expelleris.  
Se in 80.

conuertē-  
tis 16.  
Et in 80 gloriabi-  
tus.  
c. iurabit. 22. q. 1  
Et. c. Et si chrg de  
iur. iura.

\* habitatori  
Osee. 10. c. 12  
atale vobis azuū

opertum.

4  
cōgregate vos.

Sup. 1. c. 14

// Infr. 59. b. 9.  
Desolationes.



- C cilicijs, plangite & vlulate: quia non est  
 9 auersa ira furoris Domini à vobis. <sup>nobis 7.</sup> Et e-  
 rit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor  
 regis, & cor principum: & obstupescunt  
 sacerdotes, & prophete consternabuntur.  
 10 Et dixi, Heu heu heu Domine Deus, er-  
 góne decepisti populum istum & Ierusa-  
 lem, dicens, Pax erit vobis: & ecce peru-  
 11 nit gladius vsque ad animam. <sup>Sicut in Excelsis</sup> In tempo-  
 re illo dicetur populo huic & Ierusalem, <sup>locis erit.</sup>  
 ventus vrens in vijs quæ sunt in deserto <sup>vehementior.</sup>  
 viæ filiaë populi mei, non ad ventilandũ,  
 12 & ad purgandum. <sup>Spiritus plenus ex his</sup>  
 D veniet mihi: & nunc ego <sup>sed</sup> loquar iudicia <sup>iniquitatez.</sup>  
 13 mea cum eis. <sup>Ecce, quasi nubes ascendet,</sup>  
 & quasi tempestas currus eius: velociore  
 aquilis equi illius: væ nobis, quoniam va-  
 14 stati sumus. <sup>Laua à malitia cor tuum Ie-</sup>  
 rusalem, vt salua fias: vsquequo morabun-  
 15 tur in te cogitationes noxiæ? <sup>Vox enim</sup>  
 annuntiantis à Dan, & notum facientis  
 16 idólum de monte Ephraim. <sup>Concitate</sup>  
 Gentes, Ecce auditum est, in Ierusalem <sup>Dicite Gen-</sup>  
 custodes venire de terra longinqua, & da-  
 17 re super ciuitates Iuda vocem suã. <sup>Quasi</sup>  
 custodes agrorum facti sunt super eam  
 in gyro: quia me ad iracundiã prouocauit,  
 18 dicit Dominus. <sup>Via tuæ, & cogitatio-</sup>  
 nes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, <sup>Sa. 1. 2. 3. b. 3</sup>  
 19 quia amara, quia tetigit cor tuum. <sup>Ven-</sup>  
 trem meum, ventrem meum doleo, <sup>scilicet</sup> <sup>scilicet</sup>  
 20 scelus cordis mei turbati sunt in me: non ta-  
 cebo. quoniam vocem buccinæ audiuit  
 anima mea, clamorem prælij. <sup>Contritio</sup>  
 super



<sup>1</sup>  
vexillū.<sup>6</sup>  
desolatio.<sup>a</sup>  
locus fertilis<sup>pp</sup> hoc desolatus.<sup>2</sup>  
p̄nitebit.<sup>4</sup>  
que lamentatur  
& expandet.<sup>7</sup>  
querūt.<sup>8</sup>  
inter morientis  
expansisq; 2.

super contritionem vocata est, & vastata **E**  
est omnis terra: repente vastata sunt ta-  
bernaculamea, subito pelles mee. <sup>1</sup> Usque **21**  
quo videbo fugientem, audiam vocem  
buccinę? <sup>2</sup> Quia stultus populus meus me **22**  
non cognouit: filij insipientes sunt, & ve-  
cordes: sapientes sunt vt faciant mala, be-  
ne autem facere nescierunt. <sup>3</sup> Aspexi terrā, **23**  
& ecce vacua erat, & nihili: & cælos, &  
non erat lux in eis. <sup>4</sup> Vidi montes, & ecce **24**  
mouebantur: & omnes colles conturba- **F**  
ti sunt. <sup>5</sup> Intuitus sum, & non erat homo: **25**  
& omne volatile cæli recessit. <sup>6</sup> Aspexi, & **26**  
ecce Charmelus desertus: & omnes vrbes  
eius destructę sunt a facie Domini, & a  
facie irę furoris eius. <sup>7</sup> Hęc enim dicit Do **27**  
minus, Deserta erit omnis terra, sed tamē  
consummationem non faciam. <sup>8</sup> Lugebit **28**  
terra, & mœrebunt cæli desuper: eo quod  
locutus sum, cogitavi, & non pœnituit  
me, nec auersus sum ab eo. <sup>9</sup> A voce equi- **29**  
tis, & mittentis sagittam fugit omnis ci- **G**  
uitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt  
rupes: vniuersę vrbes derelictę sunt, &  
non habitat in eis homo. <sup>10</sup> Tu autem va- **30**  
stata quid facies? cum vestieris te cocci-  
no, cum ornata fueris monili aureo, &  
pinxeris stibio oculos tuos: frustra com-  
ponēris, contempserunt te amatores tui,  
animam tuam querent. <sup>11</sup> Vocē enim qua **31**  
si parturientis audiui, angustias vt puer-  
perę. Vox filię Sion inter morientes, ex-  
panđetesq; manus suas: vç mihi, quia de-  
fecit anima mea propter interfectos.



## CAP. V.

- 1 **C**ircuite vias Ierusalem, & aspiciate, &  
 A **C**onsyderate, & quærite in plateis eius,  
 an inueniatis virum facientem iudicium,  
 & quærentem fidem: & propitius  
 2 ero ei. <sup>1</sup> Quòd si etiam viuit Dominus, di-  
 3 xerint: & hoc falsò iurabunt. <sup>2</sup> Domine  
 oculi tui respiciunt fidem: percussisti  
 eos, & non doluerunt: attriuisisti eos, &  
 renuerunt accipere disciplinam: indu-  
 4 rauerunt facies suas supra petram, & no-  
 luerunt reuerti. <sup>3</sup> Ego autem dixi, Forsitan  
 pauperes sunt & stulti, ignorantes viam  
 5 Domini, iudicium Dei sui. <sup>4</sup> Ibo igitur ad  
 optimates, & loquar eis: ipsi enim cogno-  
 uerunt viam Domini, iudiciũ Dei sui. &  
 ecce, magis hi simul confregerunt iugũ,  
 6 ruperunt vincula. <sup>5</sup> Idcirco percussit eos  
 B leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit  
 eos, pardus vigilas super ciuitates eorum:  
 omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur,  
 quia multiplicatae sunt prauaricationes  
 eorum, confortatae sunt auersiones eorũ.  
 7 <sup>6</sup> Super quo propitius tibi esse potero? filij  
 tui dereliquerunt me, & iurant in his qui  
 non sunt dii: saturauit eos, & mœchati  
 sunt, & in domo meretricis luxuriaban-  
 8 tur. <sup>7</sup> Equi amatores <sup>3</sup> & emissarij facti  
 sunt: || vnusquisque ad vxorẽ proximi sui  
 9 hinniebat. <sup>8</sup> Nunquid super his nõ visita-  
 bo, dicit Dominus? & in gente tali nõ vl-  
 10 ciscetur anima mea? <sup>9</sup> Ascẽdite muros ei⁹,  
 C & dissipate, cõsummationem autẽ nolite  
 facere: auferte propagines eius, quia non  
 sunt

veritatem.

ezech. 22. et  
gen. 18.

q2 ignorant.

2 esd. 3.

deserta incoler

multq.

rebelliter.

quomodo sup hoc  
posse tibi parere.sotiabantur tur-  
matim.in femi-  
nas.

Eze. 22. b. 12.

Infr. 9. c. 9.

3

ut Equi saturati  
singulo mane e-

rat.

4  
minas muroꝝ.



ut plura de vobis  
et nihil erit in eis.

Inf. 14. b. 13.  
27. d. 17.

7.

5.

Inf. 16. b. 10.

hec.

diis

sunt Dñi. ¶ Præuaricatione enim præuari- 11  
cata est in me domus Israël, & domus Iu- 12  
da, ait Dñs. ¶ Negauerunt Dominũ, & di- 13  
xerunt, ¶ Non est ipse: neque veniet super  
nos malũ: gladium & famẽ non videbi-  
mus. ¶ Prophetæ fuerunt in ventum-lo- 14  
cuti, & responsum non fuit in eis: hæc  
ergo euenient illis. ¶ Hæc dicit Dominus 14  
Deus exercituũ, Quia locuti estis verbũ  
istud: ecce ego do verba mea in ore tuo  
-in ignem, & populum istũ ligna, & vo- 15  
rabit eos. ¶ Ecce ego adducã super vos gen- 16  
tem de longinquo domus Israël, ait Do- 17  
minus: gentem robustam, gentem anti-  
quam, gentem cuius ignorabis linguã, nec  
intelliges quid loquatur. ¶ Pharetra eius 18  
quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes. 19  
¶ Et comedet segetes tuas, & panem tuũ: 20  
devorabit filios tuos, & filias tuas: come-  
det gregẽ tuum, & armenta tua: comedet  
vineã tuã & ficum tuã: & conteret  
vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fi-  
duciam, gladio. ¶ Veruntamẽ in diebus il- 21  
lis, ait Dominus, nõ faciã vos in consum- 22  
mationẽ. ¶ Quòd si dixeritis, Quare fecit  
nobis Dominus Deus noster hæc omnia?  
dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & ser-  
uistis Deo alieno in terra vestra: sic ser-  
uietis alienis in terra non vestra. ¶ Annun- 20  
tiate hoc domui Iacob, & auditum faci-  
te in Iuda, dicentes, ¶ Audi popule stulte, 21  
qui non habes cor: qui habentes oculos  
nõ videtis: & aures, & non auditis. ¶ Me 22  
ergo non timebitis, ait Dominus: & à fa-  
cie



*pauebitis.**preualebunt.**declinans.**hebdomadas  
preceptorum.**4  
aug. li. 4. de doc.  
christ. c. 14.**nostra.**nostra.**nobis 16.**causa.**suprauerunt in ma-  
lis alios viros ma-  
los.**Et suprauerunt.**Isa. 1. f. 23.**Zach. 7. c. 10**v. 3.**res admiratione  
digna et turpis.**accipiebant subnu-  
di munera.**fugite**de*

cie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt: & intumescunt fluctus eius, & non transibunt illud: <sup>1</sup>populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans, recesserunt & abierunt. <sup>2</sup>Et non dixerunt in corde suo, Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo: plenitudinem <sup>3</sup>annuam messis custodientem nobis. <sup>4</sup>Iniquitates vestre declinauerunt hæc: & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis: <sup>5</sup>Quia inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. <sup>6</sup>Sicut decipula plena aui- bus, sic domus eorum plena dolo: ideo magnificati sunt & ditati. <sup>7</sup>Incrassati sunt & impinguati: & præterierunt sermones meos pessime. <sup>8</sup>Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudiciu pauperum non iudicauerunt. <sup>9</sup>Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusmodi non ulciscetur anima mea? <sup>10</sup>Stupor & mirabilia facta sunt in terra: <sup>11</sup>prophetae prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo ei?

## CAP. VI.

**C**onfortamini filij Beniamin in medio Ierusalem, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacarem leuate vexillum:



*mulieri qui te habi  
tanti in domo.*

*in loco suo vel parte  
suam.*

*preparate.*

*que visitanda est.*

*scaturire. st. j.*

*4  
fons.*

*5  
canistros.*

*10  
vel mouebo.*

*7  
amplius ferre non  
possum.*

*10  
fuitorem.*

xillū: quia malū visum est ab Aquilone,  
& cōrritio magna. <sup>1</sup> Spēciosā & delicatā <sup>2</sup>  
assimilauī filiam Sion. <sup>3</sup> Ad eam venient  
pastores, & greges eorum: fixerunt in ea  
tentoria in circuitu: pascet vnusquisque  
eos qui sub manu sua sunt. <sup>4</sup> Sanctificate  
super eam bellum: confurgite, & ascenda  
mus in meridie: vā nobis, quia declinauit  
dies, quia longiores factā sunt vimbṛæ ve  
speri. <sup>5</sup> Surgite, & ascendamus in nocte, &  
dissipemus domos eius. <sup>6</sup> Quia hāc dicit  
Dominus exercituum, Cædite lignum e  
ius, & fundite circa Ierusalem aggerem: <sup>B</sup>  
hāc est ciuitas visitationis, omnis calum  
nia in medio eius. <sup>7</sup> Sicut frigidam facit  
cisterna aquam suam, sic frigidā fecit ma  
litiā suam: iniquitas & vastitas audie  
tur in ea, coram me semper infirmitas &  
plaga. <sup>8</sup> Erudire Ierusalem, ne fortē rece  
dat anima mea à te, ne fortē ponā te de  
fertam terram inhabitabilem. <sup>9</sup> Hāc dicit  
Dominus exercituum, vsque ad racemū  
colligent quasi in vinea reliquias Israël:  
conuerte manum tuam, quasi vindemia  
tor ad cattallum. <sup>10</sup> Cui loquar? & quem  
contestabor, vt audiat? ecce, incircuncisā  
aures eorum, & audire non possunt: ecce <sup>C</sup>  
verbum Domini factum est eis in oppro  
brium: & non suscipient illud. <sup>11</sup> Idcirco  
furore Domini plenus sum, laboraui su  
stinens: effunde super paruulum fons, &  
super cōsiliū iuuenum simul: vir enim  
cum muliere capietur, senex cū pleno die  
rum. <sup>12</sup> Et trāsibūt domus eorū ad alteros,  
agri



*falsa.*

- agri & vxores pariter: quia extendā manū  
meā super habitantes terram, dicit Domi-  
13 nus. ¶ A minore quippe vsque ad maiore *Isa. 56. e. 110.*  
omnes auaritię student: & à propheta vs- *Inf. 8. c. 100.*  
que ad sacerdotem cuncti faciunt dolū. *leui. 5. mone.*
- 14 ¶ Et curabāt contritiōē filiaē populi mei  
D cum ignominia, dicētes, Pax, pax: & non  
15 erat pax. ¶ Confusi sunt, quia abominatio-  
nem fecerunt: quin potius confusione nō  
sunt confusi, & erubescere nescierūt, quā  
ob rem cadent inter ruentes: in tempore  
visitationis suę corruent, dicit Dominus.
- 16 ¶ Hęc dicit Dominus, State super vias, &  
videte, & interrogate de semitis anti-  
quis, quæ sit via bona, & ambulate in ea:  
¶ & inuenietis refrigerium animabus ve- *Mat. 11. d. 29.*  
17 stris. Et dixerūt, Nō ambulabimus. ¶ Et cō *cognoscite.*  
E stitui super vos speculatores. Audite vo-  
cem tubæ. Et dixerunt, Non audiemus. *que in eis. i. qm res  
eoz se habent.*
- 18 ¶ Ideò audite Gentes, & cognosce congre-  
19 gatio, quanta ego faciam eis. ¶ Audi terra,  
Ecce ego adducā mala super populū istū,  
fructū cogitationū eius: quia verba mea  
non audierunt, & legem meam proiece-  
20 runt. ¶ Vt quid mihi thus de Saba affer- *Isa. 60. 110.*  
tis, & calamum suaue olentem de terra  
lōginqua? holocaustomata vestra nō sunt  
accepta, & victimæ vestræ non placuerūt  
21 mihi. ¶ Propterea hęc dicit Dominus, Ec-  
F ce ego dabo in populum istum ruinas, &  
ruent in eis patres & filij simul, vicinus  
22 & proximus, & peribunt. ¶ Hęc dicit Do-  
minus, Ecce populus venit de terra Aqū-  
lonis, & gens magna consurget à finibus  
terra.



terræ. Sagittam & scutum arripiet: crudelis est, & nō miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, preparati quasi vir ad prēlium, aduersum te filia Sion. Audiuius famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Nolite exire ad agros, & in via ne ambulatis: quoniam gladius inimici pavor in circuitu. Filia populi mei accingere cili- cio, & conspergere cinere: luctum vnigenti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vastator super nos. ¶ Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis viam eorum. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, \* æs & ferrum: vniuersi corrupti sunt. ¶ Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra confluit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. ¶ Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

## CAP. VII.

Verbum quod factum est ad Ieremiã à Domino, dicens, Sta in porta domus Dñi, & prædica ibi verbum istud, & adic, Audite verbū Dñi omnis Iuda, qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominū. Hæc dicit Dñs exercituū Deus Israël, ¶ Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. ¶ Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum Domini, templum Domini,

munitionesq.

munitionē in quā.

O vos

Supr. i. d. 18.

Infr. 15. d. 20

\* vi 6.

vel quæ admodū miscetur et cū ferro. combustū est.

mali nō sūt auulsæ

vel opa

In. 26. d. 13.

habitate vos faciam et. j.

27. g. s. c. regū.







*deprecoris me.**miscat massa.**Inf. 44. d. 17.**8. 19.  
vel stelle.**effunditur.**a  
hac re.**quasi et non adue-  
si. vel ibat retror-  
sum et non antro-  
sum.  
voluntati-  
bitis 2.*

stros vniuersum semē Ephraim. ¶ Tu ergo  
noli orare pro populo hoc, nec assumes  
pro eis laudem & orationem, & non ob-  
fistas mihi: quia non exaudiam te. ¶ Non-  
ne vides quid isti faciunt in ciuitatibus D-  
Iuda, & in plateis Ierusalem? ¶ Filij colli-  
gunt ligna, & patres succendunt ignem,  
& mulieres conspergunt adipem, vt faci-  
ant placentas regine celi, & libent diis a-  
lienis, & me ad iracundiam prouocent.  
¶ Nunquid me ad iracundiam prouocāt,  
dicit Dominus? nonne semetiplos in con-  
fusionem vultus sui? ¶ Ideò hæc dicit Do-  
minus Deus, Ecce furor meus, & indig-  
natio mea conflatur super locum istum,  
super viros, & super iumenta, & super li-  
gnum regionis, & super fruges terræ, &  
succendetur, & non extinguetur. ¶ Hæc  
dicit Dominus exercituum Deus Israël, E-  
Holocaustomata vestra addite victimis  
vestris, & comedite carnes. ¶ Quia non-  
sum locutus cū patribus vestris, & non  
precepi eis in die qua eduxi eos de terra-  
Ægypti, de verbo holocaustomatū & vi-  
ctimarum. ¶ Sed hoc verbum precepi eis,  
dicens, Audite vocem meam, & ero vo-  
bis Deus, & vos eritis mihi populus: &  
ambulate in omni via quam madaui vo-  
bis Deus, vt bene sit vobis. ¶ Et non audie-  
runt, nec inclinauerunt aurem suam: sed  
abierunt in voluptatibus, & in prauitate  
cordis sui mali: factique sunt retrorsum  
& non in antè, à die qua egressi sunt pa-  
tres eorum de terra Ægypti, vsque ad diē  
hanc



F hanc. Et misi ad vos omnes seruos meos  
 prophetas per diem, consurgens dilucu-  
 26 lo, & mittens. Et non audierunt me, nec  
 inclinauerunt aurem suam: sed induraue-  
 runt ceruicem suam: & peius operati *Inf. 16. c. 20.*  
 27 sunt, quam patres eorum. Et loquēris ad  
 eos omnia verba hæc, & non audient te:  
 & vocabis eos, & non respondebunt ti-  
 28 bi. Et dices ad eos, Hæc est gens quæ nō *vel veritas.*  
 audiuit vocem Domini Dei sui, nec rece-  
 pit disciplinam: perijt *sup loca excelsa*  
 29 de ore eorum. Tonde capillum tuum &  
 proijce, & sume *abominaciones*  
 30 in directum planctum: quia proiecit Dominus, & reliquit gene-  
 rationem furoris sui, quia fecerunt filij  
 Iuda malum in oculis meis, dicit Domi-  
 nus. Posuerunt offendicula sua in domo  
 31 in qua inuocatum est nomen meum, vt  
 polluerent eam: & ædificauerunt excel-  
 sa Topheth, quæ est in valle filij Ennon:  
 vt incenderent filios suos, & filias suas ig-  
 ni: quæ non præcepi nec cogitavi in cor-  
 32 de meo. Ideo ecce dies venient, dicit Do-  
 minus, & non dicetur amplius, Topheth  
 & vallis filij Ennon: sed vallis interfectio-  
 nis: & sepelient in Topheth, eo quod non  
 33 sit locus. Et erit morticinum populi hu-  
 ius in cibos volueribus cæli & bestiis ter-  
 34 ræ, & non erit qui abigat. Et quiescere *Exe. 26. c. 3*  
 faciam de vrbibus Iuda, & de platéis Ieru-  
 salem vocem gaudij, & vocem lætitię, vo-  
 cem sponsi & vocem spōsæ: in desolatio-  
 ne enim erit terra.

CAP. VIII.

K

In



Regum 8.

In illo tempore, ait Dominus, eicient  
 ossa regis Iuda, & ossa principum eius. A  
 & ossa sacerdotum, & ossa prophetarū,  
 & ossa eorum qui habitauerunt Ierusa-  
 lē, de sepulchris suis. Et expandent ea ad  
 solem, & lunam, & omnem militiam cæ-  
 li quæ dilexerunt, & quibus seruierunt,  
 & post quæ ambulauerunt, & quæ quæ-  
 fierunt & adorauerunt, non colligentur,  
 & non sepelientur: in sterquilinum su-  
 per faciem terræ erunt. Et eligent magis  
 mortem quàm vitam omnes qui residui  
 fuerint de cognatione hac pessima in v-  
 niuersis locis quæ derelicta sunt ad quæ  
 eieci eos, dicit Dominus exercituum. Et  
 dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Nun-  
 quid qui cadit, non resurget? & qui auer-  
 sus est, non reuertetur? Quare ergo auer-  
 sus est populus iste in Ierusalem auersio-  
 ne contentiosa? Apprehenderunt menda-  
 cium; & noluerunt reuerti. Attendi, &  
 auscultauit: nemo quod bonū est loqui-  
 tur, nullus est qui agat pœnitentiam su-  
 per peccato suo, dicens, Quid feci? Om-  
 nes conuersi sunt ad cursum suum, quasi  
 equus impetu vadens ad prælium. Mil-  
 uus in cælo cognouit tempus suum: tur-  
 tur, & hirundo, & cicōnia custodierunt  
 tempus aduentus sui: populus autē meus  
 non cognouit iudicium Domini. Quo-  
 modo dicitis, Sapientes nos sumus, & lex  
 Domini nobiscum est? verè mendacium  
 operatus est stylus mendax Scribarum.  
 Confusi sunt sapientes, perterriti & capti  
 sunt

cādet

rebellis est populus  
 iste de ierusalē re-  
 bellione ppetua.

cicōnia  
 gus.

iesus.io

an. 12. lu

19.



sunt: verbum enim Domini proiecerunt  
 10 & sapientia nulla est in eis. <sup>7</sup> Propterea  
 Dabo mulieres eorum exteris, agros eorū  
 heredibus: quia à minimo vsque ad ma-  
 ximum omnes auaritiā sequuntur: à  
 propheta vsque ad sacerdotem cuncti fa-  
 11 ciunt mendacium. <sup>7</sup> Et sanabant contri-  
tionem filiae populi mei ad ignominiam,  
 12 dicentes, Pax, pax: cum non esset pax. <sup>7</sup> Cō-  
 fusi sunt, quia abominationem fecerunt:  
 quinimo confusione non sunt confusi, &  
 erubescere nescierunt, idcirco cadēt inter  
 corruentes, in tēpore visitationis suae cor-  
 13 ruent, dicit Dñs. <sup>7</sup> Congregans congrega-  
bo eos, ait Dñs: non est vna in vitibus, &  
 non sunt ficus in ficulnea, foliū defluxit:  
 14 & dedi eis quae praeuergressa sunt. <sup>7</sup> Quare  
 sedemus? cōuenite & ingrediamur ciuita-  
 tem munitam, & silēam ibi: quia Do-  
 minus Deus noster silere nos fecit, & po-  
 tum dedit nobis aquam fellis: peccaui-  
 15 mus enim Dño. <sup>7</sup> Expectauimus pacem,  
 F & non erat bonum: tempus medelae, &  
 16 ecce formido. <sup>7</sup> A Dan auditus est fremi-  
 tus equotum eius, à voce hinnituum pu-  
gnatorum eius commota est omnis terra.  
 & venerunt, & deuorauerunt terram,  
 & plenitudinē eius: urbem & habitato-  
 17 res eius. <sup>7</sup> Quia ecce ego mittā vobis ser-  
 pentes regulos, quibus nō est incantatio:  
 18 & mordebunt vos, ait Dominus. <sup>7</sup> dolor  
meus super dolore, in me cor meum mor-  
 19 rens. <sup>7</sup> Ecce, vox clamoris filiae populi mei  
 G de terra longinqua, Nunquid Dominus

Quia g. possent hie  
 bere prudentiam

Isa. 56. d. 11  
 Sup. 6. c. 13.

uisnus.

leui 160.

consumendo cō  
 sumā.

ita g. nō remane  
 bit.

Subnudi fructu  
 quos inimici ta  
 puerūt.

deficiamg.

Infr. 14. d. 39.

deficere.

Equorū fortinū.

nō admittūt in  
 cantationē. cū  
 volo cōsolari me

nego: qz sup cor  
 meū infirmitas



non est in Sion: aut rex eius nō est in ea.  
 Quare ergo me ad iracūdiā cōcitauerūt  
 in sculptilibus suis, & in vanitatibus alie-  
 nis? Trāsiit messis, finita est æstas: & nos  
 saluati nō sum⁹. Super cōtritione filiꝝ po-  
 puli mei cōtritus sum & cōtristatus, stu-  
 por obtinuit me. Nūquid resina nō est in  
 Galaad? aut medic⁹ nō est ibi? quare igitur  
 nō est obducta cicatrix filiaꝝ populi mei?

## CAP. IX.

**Q**uis dabit capiti meo aquā, & oculis  
 meis fontem lachrymarū: & plora-  
 bo die ac nocte interfectos filiaꝝ populi  
 mei? Quis dabit me in solitudine diuer-  
soriū viatorū, & derelinquā populū meū,  
 & recedam ab eis? quia omnes adulteri  
 sunt, cētus prauaricatorū. Et extenderūt  
 linguam suā quasi arcum mēdaciꝝ & non  
 veritatis: cōfortati sunt in terra, quia de  
 malo ad malū egressi sunt, & me non co-  
 gnouerunt, dicit Dñs. Vnusquisque se à  
 proximo suo custodiat, & in omni fratre  
 suo non habeat fiduciā: quia omnis frater  
 supplantans supplantabit, & omnis amicus  
 fraudulēter incedet. Et vir fratrem suū de-  
 ridebit, & veritatē non loquentur: docue-  
 runt enim linguā suā loqui mendaciū: vt  
 iniquè agerēt, laborauerūt. Habitatio tua  
 in medio doli: in dolo reuenerūt scire me,  
 dicit Dñs. Propterea hæc dicit Dñs exer-  
 cituū, Ecce ego conflabo, & probabo eos.  
 quid enim aliud faciā à facie filiaꝝ populi  
 mei? Sagitta vulnerans lingua eorū, dolū  
 locuta est. in ore suo pacem cum amico  
 suo

<sup>a</sup>  
 euenta sanitas.

<sup>c</sup>  
 i. o vtinā aliquis  
 det

<sup>7</sup>  
 o vtinā haberē ca-  
 sulā aliquā in de-  
 sto vbi huerat  
 pegrini:

decipiet.

vel cū filia.

vel acuta aut inci-  
 dens.



- suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. *Psal. 27. v. 3.*  
 9 ¶ Nunquid super his non visitabo, dicit *Supr. 5. b. 9.*  
 Dñs? aut in gentem huiusmodi non vici- *habitacula.*  
 10 scetur anima mea? Super montes assumā *ita vt.*  
 fletum ac lamentū, & super speciosa de- *pecudum.*  
 ferti planctū: quoniā incēsa sunt, eo quòd  
 non sit vir pertransiens: & non audierunt  
 vocem possidentis: à volucre cæli vsque  
 ad pecora transmigrauerūt & recesserūt.  
 11 ¶ Et dabo Ierusalē in acervos arenæ, & cu- *ita vt.*  
 bilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in  
 desolationem, eo quòd non sit habitator.  
 12 ¶ Quis est vir sapiens qui intelligat hoc, &  
 D ad quem verbum oris Domini fiat vt an-  
 nuntiet istud, quare perierit terra, & exu- *ita vt.*  
 sta sit quasi desertum, eo quòd nō sit qui  
 13 pertranseat? Et dixit Dñs quia derelique-  
 runt legē meā quam dedi eis, & nō audie-  
 runt vocē meam, & nō ambulauerunt in  
 14 ea: & abierūt post prauitatem cordis sui,  
 & post Baalim, quod didicerunt à patri-  
 15 bus suis. ¶ Idcirco hæc dicit Dñs exerci- *Inf. 23. c. 15.*  
 tum Deus Israël, ¶ Ecce ego cibabo popu-  
 lum istum absynthio, & potum dabo eis  
 16 aquā fellis. ¶ Et dispergā eos in gentibus,  
 E quas non nouerūt ipsi & patres eorū: &  
 mittam post eos gladiū, donec cōsuman-  
 17 tur. ¶ Hæc dicit Dñs exercituū\*, Contem- *\*Deus Is-  
raël 7.*  
 plamini, & vocate lamentatrices, vt ve-  
 niant: & ad eas quæ sapientes sunt, mitti-  
 18 te, & properent. ¶ festinent, & assumant  
 super nos lamentum: deducant oculi no-  
 stri lachrymas, & palpebræ nostræ deflu-  
 19 ant aquis. ¶ Quia vox lamētationis audita  
 est



est de Sion, Quomodo vastati sumus & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniã deiecta sunt tabernacula nostra. <sup>19</sup> Audite ergo mulieres verbũ Domini: & <sup>20</sup> assumat aures vestras sermonem foris eius: & docete filias vestras lamentũ: & vnaquæq; proximã suã planctũ: <sup>21</sup> quia ascēdit mors per fenestras nostras, ingresa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de platēis. <sup>22</sup> Loquere, Hęc dicit Dñs, Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi foenum post tergum metentis, & nõ est qui colligat. <sup>23</sup> Hęc dicit Dominus, ¶ Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis: <sup>24</sup> sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & G nosse me, quia ego sum Dñs qui facio misericordiã & iudiciũ & iustitiam in terra. hęc enim placēt mihi, ait Dñs. <sup>25</sup> Ecce dies venient, dicit Dñs, & visitabo super omnẽ qui circuncisum habet præputium, <sup>26</sup> super Ægyptum, & super Iudã, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comã, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israël incircuncisi sunt corde.

## CAP. X.

**A**udite verbũ quod locutus est Dñs super vos domus Israël. <sup>1</sup> Hęc dicit Dñs, Iuxta vias Gētiũ nolite discere: & à signis <sup>2</sup> A cœli nolite metuere, quæ timent gentes: <sup>3</sup> quia

*deserta**assumant  
aures ve-  
stra.**vtas.**manipul.**1. Cor. 2. d. 31**2. cor. 10. d. 17**dispersos ad extrema  
mundi.*



3 <sup>9</sup> quia leges populorū vanæ sunt: quia lignū de saltu præcīdit opus manus artificis in ascia. <sup>9</sup> ¶ Argento & auro decorauit illud: clavis & malleis cōpegit, vt nō dissoluatur. <sup>9</sup> In similitudinē palmæ fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valent. nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere, nec bene. <sup>9</sup> ¶ Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuū in fortitudine. <sup>9</sup> ¶ Quis non timebit te o rex gentium? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorū nullus est similis tui. <sup>9</sup> Pariter insipientes & fatui probābuntur: doctrina vanitatis eorum lignū est. <sup>9</sup> Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurū de Ophaz: opus artificis, & manus ærarij: hyacinthus & purpura indumentum eorum. opus artificū vniuersa hæc. <sup>9</sup> Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuēs, & rex sempiternus. ab indignatione eius cōmouebitur terra: & nō sustinebunt Gentes comminationē eius. <sup>9</sup> Sic ergo dicetis eis, Dij qui cælos & terram nō fecerūt, pereāt de terra & de his quæ sub cælo sunt. <sup>9</sup> ¶ Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. <sup>9</sup> Ad vocem suam dat multitudinem aquarū in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de thesauris suis. <sup>9</sup> Stultus factus est omnis homo à scientia, confusus est artifex

<sup>a</sup>  
egrediantur e loco suo.

Sup. 13. c. 12.  
14. a. 8.

plasmq.  
qz tibi cōuenit regnū.

Mich. 7. d. 18

Apoc. 15. b. 4  
cogūtur fieri.

Extensum.  
ophir.

stabiliiuit.

Ge. 1. a. 1. b. 9  
Iof. 51. b. 15.

Psal. 134. b. 7  
Inf. 51. b. 16.

sun.



artifex omnis in sculptili: quoniã falsum  
 est quod conflauit, & non est spiritus: in  
 eis. ¶ Vana sunt & opus risu dignum: in  
 tempore visitationis suæ peribunt. ¶ Non  
 est his similis pars Iacob: qui enim for-  
 mauit omnia, ipse est: & Israël virga hære-  
 ditatis eius: Dominus exercituum nomẽ  
 illi. ¶ Congrega de terra confusionem tu-  
am, quæ habitas in obsidione. ¶ quia hæc  
 dicit Dominus, Ecce, ego longè proiciã  
 habitatores terræ in hac vice: & tribula-  
 bo eos, ita vt non inueniantur. ¶ Væ mi-  
 hi super contritione mea, peffima plaga  
 mea. Ego autem dixi, Planè hæc infirmi-  
 tas mea est, & portabo illam. ¶ Taberna-  
 culum meum vastatum est, omnes funi-  
 culi mei disrupti sunt: filij mei exierunt  
 à me, & non subsistunt: non est qui exten-  
 dat vltiã tentorium meum, & erigat  
 pelles meas. ¶ Quia stultè egerunt pasto-  
 res, & Dominum non quæsierunt: pro-  
 ptereã non intellexerunt, & omnis grex  
 eorum dispersus est. ¶ Vox auditionis ecce  
 venit, & cõmotio magna de terra Aqui-  
 lonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinẽ,  
 & habitaculum draconum. ¶ Scio Domi-  
 ne quia non est hominis. via eius: nec vi-  
 ri est vt ambulet, & dirigat gressus suos.  
 ¶ Corripe me Domine, veruntamen in  
 iudicio: & non in furore tuo, ne fortè ad  
 nihilum redigas me. ¶ Effunde indigna-  
 tionem tuam super Gentes quæ non co-  
 gnouerunt te, & super prouincias quæ  
 nomen tuum nõ inuocauerunt: quia co-  
 mede-

*merces tuas.*

*ita vt inueniantur  
vt inueniant sub au-  
di q̄ predixerim  
me missurum.*

*indurata vel q̄  
dolet mihi.*

*Multi facti sũt*

*vel preparat.*

*Psal. 6. 4. 7.*

*Psal. 78. 6. 6.*



mederunt Iacob, & deuorauerunt eum,  
& consumpserunt illum, & decus eius  
dissipauerunt.

## CAP. XI.

1 **V**erbum quod factum est à Domino  
2 ad Ieremiam, dicens, <sup>o</sup> Audite verba  
A pacti huius, & loquimini ad viros Iuda,  
3 & ad habitatores Ierusalem, <sup>o</sup> & dices ad  
eos, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Maledictus  
vir qui non audierit verba pacti huius,  
4 <sup>o</sup> quod præcepi patribus vestris in die qua  
eduxi eos de terra Ægypti, de fornace fer  
rea, dicēs, Audite vocē meā, & facite om  
nia quæ præcipio vobis: & eritis mihi in  
5 populū, & ego ero vobis in Deū. <sup>o</sup> Vt suf  
citē iuramētum quod iuravi patribus ve  
6 stris daturū me eis, terrā fluentē lacte &  
melle, sicut est dies hæc. Et respōdi, & di  
xi, Amen Dñe. <sup>o</sup> Et dixit Dñs ad me, Voci  
ferate omnia verba hæc in ciuitatibus Iu  
7 da, & foris Ierusalē, dicens: Audite verba  
pacti huius, & facite illa: <sup>o</sup> quia contestans  
contestatus sum patres vestros in die qua  
eduxi eos de terra Ægypti vsque ad diem  
hanc: manē cōsurgens cōtestatus sum, &  
8 dixi, Audite vocē meā. <sup>o</sup> & non audierunt  
B nec inclinauerunt aurem suā: sed abierūt  
vnusquisq; in prauitate cordis sui mali:  
& induxi super eos omnia verba pacti hu  
ius, quod præcepi vt facerent, & non fece  
9 rant. <sup>o</sup> Et dixit Dñs ad me, inuenta est cō  
iuratio in viris Iuda, & in habitatoribus  
10 Ierusalē. <sup>o</sup> Reuersi sunt ad iniquitates pa  
trū suorū priores, qui noluerūt audire ver

<sup>c</sup>  
præcipio.

<sup>a</sup>  
præstem.

prædica.

<sup>7</sup>  
duritiam.



ba mea. & hi ergo abierunt post deos alie-  
 nos, vt seruiret eis: irritum fecerunt domus  
 Israel & domus Iuda pactum meum quod pe-  
 pigi cum patribus eorum. <sup>11</sup> Quam ob rem hec  
 dicit Dominus, Ecce, ego inducam super eos ma-  
 la, de quibus exire non poterunt: & clama-  
 bunt ad me, & non exaudiam eos. <sup>12</sup> Et ibunt  
 civitates Iuda, & habitatores Ierusalem,  
 & clamabunt ad eos quibus libant, & non  
 saluabunt eos in tempore afflictionis eo-  
 rum. <sup>13</sup> Secundum numerum enim civi-  
 tatum tuarum erant dii tui Iuda: & secun-  
 dum numerum viarum Ierusalem posui-  
 sti aras confusionis, aras ad libandum Baa-  
 lim. <sup>14</sup> Tu ergo noli orare pro populo hoc,  
 & ne assumes pro eis laudem & oratio-  
 nem: quia non exaudiam in tempore cla-  
 moris eorum ad me, in tempore afflictio-  
 nis eorum. <sup>15</sup> Quid est quod dilectus me-  
 us in domo mea fecit scelera multa? nun-  
 quid carnes sanctae auferent a te malitias  
 tuas in quibus gloriata es? <sup>16</sup> Oliuam hube-  
 rem, pulchram, fructiferam, speciosam  
 vocauit Dominus nomen tuum: ad vo-  
 cem loquelae, grandis exarsit ignis in ea,  
 & combusta sunt fruteta eius. <sup>17</sup> Et Do-  
 minus exercituum qui plantauit te, locu-  
 tus est super te malum: pro malis domus  
 Israel & domus Iuda, quae fecerunt sibi  
 ad irritandum me, libantes Baalim. <sup>18</sup> Tu  
 autem Domine demonstraisti mihi, & cogno-  
 uisti: tu ostendisti mihi studia eorum. <sup>19</sup> Et  
 ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad  
 victimam: & non cognoui quia cogi-  
 tauerunt

Deos 4.

Sup. 2. f. 28.

\*ИНАИМ

c. 9. scelerata. de cor.  
d. 2.

Sup. 7. c. 16.

Lif. 14. b. 11.

a  
 faceret dilectus meus  
 ultra in domo mea  
 a: cum fecerit ipsa tam  
 multas abominati-  
 ones cum multis.  
 Et auferetur caro  
 sua. i. deo oblata  
 a te. ob malefici-  
 a tua in quibus  
 exultasti.

confregit ramos

et velut bos.

**iesus.**

tunc

tauerunt



1 trauerūt super me cōsilia, - dicētes, Mittā- - 6. CRUX  
mus lignum in panem eius, & eradamus  
 eum de terra uiuentium, & nomen eius  
 20 non memoretur amplius. ¶ Tu autē Dñe  
 Sabaoth, qui iudicas iuste, & probas re- Inf. 17. b. 106  
 nes & corda, videā uisionem tuā ex eis: 20. c. 12.  
 21 tibi enim reuelauī causam meam. ¶ Pro-  
 pterea hęc dicit Dñs ad viros Anathoth,  
 qui quærunt animā tuam, & dicunt, Nō  
 prophetabis in nomine Dñi, & nō morie-  
 22 ris in manibus nostris. ¶ Propterea hęc di-  
 cit Dñs exercituum, Ecce, ego uisitato su-  
 per eos: iuuenes morientur in gladio, filij  
 eorum & filia eorum moriētur in fame.  
 23 ¶ Et reliquiae non erunt ex eis: inducam e-  
 nim malum super viros Anathoth, annū  
 uisitationis eorum.

## CAP. XII.

1 **I**ustus quidē tu es Dñe, si disputē tecū:  
 A ueruntamē iusta loquar ad te. ¶ Quare Iob. 21. a. 70  
 uimporū prosperatur: bene est omni- Habac. 1. 13  
 bus qui præuaricantur, & iniquē agunt?  
 2 ¶ Plantasti eos, & radicē miserūt: proficiūt  
 & faciunt fructū: prope es tu ori eorū, &  
 3 longē à renibus eorū. ¶ Et tu Domine no-  
 sti me, uidisti me & probasti cor meū te- Euelle.  
 cum: cōgrēga eos quasi gregē ad uictimā, preparato eos ad di-  
 4 & sanctifica eos in die occisionis. ¶ Usque- em.  
 quo lugebit terra, & herba omnis regio-  
 nis siccabitur propter malitiā habitantiū  
 in ea: cōsumptum est animal, & volucre:  
 quoniam dixerunt, Non uidebit nouissi-  
 ma nostra. ¶ Si cum peditibus currens la-  
 B borasti: quomodo contendere poteris cū  
 equis?



*Securus.**agns.**tumore vel altitu-  
dine.**signific.***iesus***Sicut avis multi-  
color.**in circuitu sup-  
erum. i. circumgloriam  
aliqui congregantur  
ut ea comedat.*

equis? cūm autem in terra pacis securus  
 fueris, quid facies in superbia Iordanis?  
 Nam & fratres tui & domus patris tui,  
 etiā ipsi pugnaverunt aduersum te, & cla-  
 mauerunt post te plena voce: ne credas  
 eis cūm locuti fuerint tibi bona. **Reli-**  
 qui domum meam, dimisi hæreditatem  
 meā: dedi dilectā animam meam in ma-  
 num inimicorum eius. Facta est mihi  
 hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit  
 contra me vocem, ideo odiui eam. Nun-  
 quid avis discolor hæreditas mea mihi?  
 nūquid avis tinctoria per totum? venite, cō-  
 gregamini omnes bestię terræ, properate  
 ad deuorandum. Pastores multi demo-  
 liti sunt vineā meā, conculcauerunt par-  
 tem meam: dederunt portionem meam  
 desiderabilem in desertum solitudinis.  
 Posuerunt eam in dissipationem, luxit-  
 que super me. desolatione desolata est  
 omnis terra: quia nullus est qui recogitet  
 corde. Super omnes vias deserti venerūt  
 vastatores, quia gladius Domini deuora-  
 bit ab extremo terræ vsq; ad extremū e-  
 ius: nō est pax vniuersæ carni. Seminaue-  
 runt triticū, & spinas messuerūt: hæredi-  
 tatē acceperunt, & nō eis proderit: cōfun-  
 demini à fructibus vestris, propter irā fu-  
 roris Domini. Hęc dicit Dominus aduer-  
 sum oēs vicinos meos pessimos, qui tan-  
 gūt hæreditatem, quam distribui populo  
 meo Israël: Ecce, ego euellam eos de terra  
 sua, & domū Iuda euellā de medio eorū.  
 Et cūm euulsero eos, cōuertar & misere-  
 bor



bor eorum: & reducā eos, virū ad hære-  
ditatem suam, & virum in terram suam.

- 16 <sup>o</sup> Et erit: si eruditi didicerint vias populi  
mei, vt iurēt in nomine meo, Viuit Dñs,  
sicut docuerunt populū meum iurare in  
Baal: ædificabūtur in medio populi mei.  
17 <sup>o</sup> Quòd si non audierint, euellam gentem  
illam euulsione & perditione, ait Dñs.

## CAP. XIII.

fina cingulum

- 1 **H**Æc dicit Dominus ad me, Vade, &  
A **H** posside tibi lūbare lineū, & pones il-  
lud super lumbos tuos, & in aquam non  
2 inferes illud. <sup>o</sup> Et possedi lumbare iuxta  
verbum Dñi, & posui circa lūbos meos.  
3 <sup>o</sup> Et factus est sermo Dñi ad me secundo,  
4 dicens: <sup>o</sup> Tolle lumbare quod possedisti,  
quod est circa lūbos tuos, & surgēs vade  
ad Euphráten, & absconde ibi illud in  
5 foramine petreæ. <sup>o</sup> Et abij, & abscondi il-  
lud in Euphráte, sicut præceperat mihi  
6 Dñs. <sup>o</sup> Et factū est post dies plurimos, di-  
xit Dñs ad me, Surge, vade ad Euphrátē:  
& tolle inde lūbare, quod præcepi tibi vt  
7 absconderes illud ibi. <sup>o</sup> Et abij ad Euphrá-  
ten, & fodi, & tuli lūbare de loco vbi ab-  
scōderā illud: & ecce, cōputruerat lūbare,  
8 ita vt nulli vsui aptū esset. <sup>o</sup> Et factum est  
9 verbū Dñi ad me, dicens, <sup>o</sup> Hęc dicit Dñs,  
Sic putrescere faciā superbiā Iuda, & su-  
10 perbiā Ierusalē multam. <sup>o</sup> Populum istū  
B **p**essimum, qui nolunt audire verba mea,  
& ambulant in prauitate cordis sui: abie-  
runtq; post deos alienos, vt seruirent eis,  
& adorarent eos: & erunt sicut lumbare  
istud,



istud, quod nulli vsui aptum est. <sup>9</sup> Sicut enim  
 adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnē domū  
 Israël, & omnē domū Iuda, dicit Dñs: vt essent mihi in populū,  
 & in nomē, & in laudē, & in gloriā: & non audierūt. <sup>12</sup> Dices ergo  
 ad eos sermonē istū, Hæc dicit Dñs Deus Israël, Omnis lagūcula  
 implebitur vino. Et dicent ad te, Nūquid ignoramus quia omnis  
 laguncula implebitur vino? <sup>13</sup> Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus,  
 Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui  
 sedent de stirpe Dauid super thronū ei⁹, & sacerdotes, & prophetas,  
 & oēs habitatores Ierusalē, ebrietate: <sup>14</sup> & dispergā eos  
 virū à fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dñs, nō  
 parcā, & nō cōcedam: neque miserebor vt non disperdam  
 eos. <sup>15</sup> Audite, & auribus percipite. Nolite eleuari, quia  
 Dominus locutus est. <sup>16</sup> Date Domino Deo vestro gloriam,  
 antequam cōtenebrescat, & antequā offendāt pedes vestri  
 ad montes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam  
 in vmbra mortis, & in caliginē. <sup>17</sup> Quòd si hoc non audieritis,  
 in abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ: <sup>18</sup> plorans  
 plorabit, & deducet oculus meus lachrymam, quia captus est  
 grex Domini. <sup>19</sup> Dic regi & dominatrici, Humiliamini, sedete:  
 quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestre.  
<sup>20</sup> Ciuitates Austri clausæ sunt, & non est qui aperiat:  
 trāslata est omnis Iuda transmigratione perfecta. <sup>21</sup> Leuate  
 oculos vestros,

*alterū ad alterū.*

*Supbia vtriusq.*

*Ther. 2. 4. 2.*

*in terra.*

*descendet.*



D stros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? <sup>1</sup> Quid dices cum visitauerit te? tu enim docuisti eos aduersum te, & erudisti in caput tuum: nunquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem? <sup>2</sup> Quod si dixeris in corde tuo, Quare venerunt mihi haec? Propter multitudinem iniquitatis tuae reuelata sunt ve recundiora tua, polluta sunt plantae tuae. <sup>3</sup> Si mutare potest aethiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. <sup>4</sup> Et disseminabo eos quasi stipulam quae vento raptatur in deserto. <sup>5</sup> Haec fors tua parsque mensurae tuae a me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. <sup>6</sup> Unde & ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, <sup>7</sup> & adukeria tua, & hinnitus tuus scelus fornicationis tuae: super colles in agro vidi abominaciones tuas. Vae tibi Ierusalem, non mundaaberis post me: usquequo adhuc?

## CAP. XIII.

**Q**uod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis. <sup>1</sup> Luxit Iudaea, & portae eius corruerunt, & obscuratae sunt in terra, & clamor Ierusalem ascendit. <sup>2</sup> Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua: confusi sunt & afflicti, <sup>3</sup> & operuerunt capita sua. <sup>4</sup> Propter terrae vastitatem, quia non venit pluuia in terram, confusi

*gloriae tuae.*  
*assuefecisti.*

*apprehenderunt.*  
*ut sint principes super.*

*Inf. 30. c. 24.*

*discoopte sunt fimbriae tuae, discoopte sunt.*

*sitis assueti mala facere.*

*fimbriis tuis.*

*cu adhuc subaudi sis immunda.*

*sup prohibitionibus subaudi pluuia.*

*cisternas.*

*et ruberunt.*



confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. Nam & cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Si iniquitates nostræ responderint nobis: Dñe fac propter nomē tuum, quoniam multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus. Expectatio Israël, saluator eius in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinās ad manendū? Quare futurus es velut vir vāgus, vt fortis qui non potest saluare? tu autem in nobis es Domine & nomē tuum inuocatum est super nos, ne derelinquas nos.

Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes suos, & non quieuit, & Dño non placuit, Nunc recordabitur iniquitatū eorum, & visitabit peccata eorum. Et dixit Dñs ad me, Noli orare pro populo isto in bonū. Cū ieiunauerint, non exaudiā preces eorum: & si obtulerint holocausta & victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio & fame & peste consumam eos. Et dixi, A, a, a, Dñe Deus, Prophetæ dicunt eis, Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me, Falsò propheta vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam & seductionem

1  
 iustificante fuerit  
 tra nos:  
 rebelliones  
 peccatus.  
 attonitus.

**iesus.**

Sup. 7. c. 16.  
 II. c. 14.  
 c. prædixerat  
 de pnia. dist. 1.

Sup. 5. c. 12.  
 Inf. 23. d. 17.  
 Inf. 23. e. 21.  
 27. c. 15. 29. b.  
 9.  
 fraudu-  
 lentiam 4.

nihil



15 nem cordis sui prophetant vobis. <sup>¶</sup> Idcirco hæc dicit Dñs de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes, Gladius & fames non erit in terra hac: In gladio & fame consumerentur propheta illi. <sup>¶</sup> Et populi quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ierusalem præ fame & gladio, & nõ erit qui sepeliat eos: ipsi & vxores eorum, filij & filia eorũ, & effundã super eos malũ suũ. <sup>¶</sup> Et dices ad eos verbum istud, **¶** Deducãt oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam cõtritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. <sup>¶</sup> Si egressus fuero ad agros: ecce, occisi gladio, & si introiero in ciuitatem: ecce attenuati fame. Propheta nanque & sacerdos abierunt in terram quam ignorabant. <sup>¶</sup> Nunquid proiciens abiecisti Iudam, aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? **¶** expectauimus pacem, & non est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio. <sup>¶</sup> Cognouimus Domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. <sup>¶</sup> Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriae tuæ: recordare, ne irritum facias foedus tuum nobiscũ. <sup>¶</sup> Nunquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluunt? aut cæli possunt dare imbres? nõne tu es Dominus Deus noster quem expectauim⁹? tu enim fecisti omnia hæc.

Thre. 1. f. 18.  
2. f. 18.

quoque vel enim.

Sup. 8. c. 18.

deiciat solius.

inter inanitates.



*steterint.**volūtas.**eos quatuor pla-  
gis**Zach. II. b. 9.**1  
parcere graua-  
bor.**4. Re. 21. b. 31**2  
iuuenū. 1. cogre-  
gationē optime-  
vizilitatis.**Amis 8. c. 9.**4  
quod.*

ET dixit Dominus ad me, Si steterit 1  
 Moyses & Samuel coram me, nō est A  
anima mea ad populū istum: eiice illos à  
 facie mea, & egrediantur. <sup>2</sup> Quòd si dixē-  
 rit ad te, Quò egrediemur? dices ad eos,  
 Hæc dicit Dominus, **||** Qui ad mortē, ad  
 mortem: & qui ad gladium, ad gladium:  
 & qui ad famē, ad famem: & qui ad cap-  
 tiuitatē, ad captiuitatē. <sup>3</sup> Et visitabo super  
eos quatuor species, dicit Dñs, Gladiū ad  
 occisionē, & canes ad lacerandū, & vola-  
 tilia cæli, & bestias terræ ad deuorandum  
 & dissipandū: <sup>4</sup> & dabo eos in feruorem  
 vniuersis regnis terræ: **||** propter Manassē  
 filiū Ezechiaē regis Iuda, tuper omnibus  
 quę fecit in Ierusalē. <sup>5</sup> Quis enim misere-  
 bitur tui Ierusalē? aut quis contristabitur  
 pro te? aut quis ibit ad rogandū pro pace  
 tua? <sup>6</sup> Tu reliquisti me, dicit Dñs: retror-  
 sum abiisti: & extendā manū meā super B  
 te, & interficiā te: laboraui rogās. <sup>7</sup> Et dis-  
 pergā eos vētilabro in portis terræ: inter-  
 feci & disperdidi populū meū, & tamen  
 à viis suis non sunt reuersi. <sup>8</sup> Multiplicatę  
 sunt mihi viduæ eius super arenā maris:  
 induxi eis super matrē adolecētis vasta-  
 torē meridie: misi super ciuitates repente  
 terrorē. <sup>9</sup> Infirmata est quæ peperit septē,  
 defecit anima ei⁹, **||** occidit ei sol, cū ad-  
 huc esset dies: confusa est, & erubuit: &  
 residuos eius in gladiū dabo in cōspectu  
 inimicorū eorū, ait Dominus. <sup>10</sup> Væ mihi  
 mater mea: quare genuisti me virū rixæ, C  
 virum



**1059.** **I**virum discordiæ in vniuersa terra? nõ fe-  
 neraui nec fenerauit mihi quisquã: om-  
 nes maledicunt mihi. <sup>1</sup> Dicit Dñs, Si non  
 reliquix tuæ in bonum, <sup>2</sup> si nõ occurrerit tibi  
 in tempore afflictionis, & in tempore tri-  
 bulationis aduersus inimicũ. <sup>3</sup> Nunquid  
 fœderabitur ferrũ ferro ab Aquilone, &  
 æs? <sup>4</sup> Diuitias tuas & thesauros tuos in di-  
 reptionẽ dabo gratis in omnibus peccatis  
 tuis, & in omnibus terminis tuis. <sup>5</sup> Et ad-  
 ducam inimicos tuos de terra quã nescis:  
 quia ignis succensus est in furore meo,  
 super vos ardebit. <sup>6</sup> Tu scis Domine, re-  
 cordare mei, & visita me, & tuere me ab  
 his qui persequuntur me, <sup>7</sup> noli in patien-  
 tia tua suscipere me: scito quoniam susti-  
 nui propter te opprobrium. <sup>8</sup> Inuẽti sunt  
 sermones tui, & comedi eos, & factum  
 est mihi verbum tuum in gaudium & in  
 lætitiã cordis mei: quoniam inuoca-  
 tum est nomen tuum super me Domi-  
 ne Deus exercituum. <sup>9</sup> Non sedi in con-  
 cilio ludentium, & gloriatus sum à fa-  
 cie manus tuæ: solus sedebam, quoniam  
 conminatione replesti me. <sup>10</sup> Quare fa-  
 ctus est dolor meus perpetuus, & plaga  
 mea desperabilis renuit curari? <sup>11</sup> facta est  
 mihi quasi mendacium aquarum infi-  
 delium. <sup>12</sup> Propter hoc hæc dicit Domi-  
 nus, Si conuertẽris, conuertam te, &  
 ante faciem meam stabis: & si separaue-  
 ris pretiosum à vili, quasi os meum eris.  
 conuertentur ipsi ad te, & tu non con-  
 uertẽris ad eos. <sup>13</sup> Et dabo te populo

Subaudi altamõ

1. faciã quod inimicus rogabit te in tempore. et f.

2 occurrit.

4 putas qd ferrũ aliquod possit cõterere ferrũ

Rom. 10. d. 19

Deu. 32. d. 22

pp oia pita tuã qd sũt.

6 adducã te ad.

ad terram.

5 ne differas visitã meam.

c. gñolog. 139. 7.

Psal 14. 1.

25. 4. 4. 6

nec exultauit.

Infr. 30. c. 15.

furore.

fortis.

x  
unde meũ agis  
sicut fons fallax  
cuig aquã sũt in  
celesti.

D. greg. 4. li. mor

Sup. 2. d. 13.

c. 35.

6. g. 27.

L &amp;

huic



huic in murum æreum, fortem, & bella-  
bunt aduersum te, & non præualebunt:  
quia ego tecum sum vt saluem te, & erua  
te, dicit Dominus. Et liberabo te de ma- 22.  
nu pessimorum, & redimam te de manu  
fortium.

## CAP. XVI.

ET factum est verbum Domini ad me, 1  
Edicens, Non accipies vxorem, & non 2  
erunt tibi filij & filia in loco isto. Quia 3  
hæc dicit Dominus super filios & filias, A  
qui generantur in loco isto: & super ma-  
tres eorum quæ genuerunt eos: & super  
patres eorum, de quorum stirpe sunt na-  
ti in terra hac, Mortibus ægrotatio- 4  
num morientur: non plangentur, & non  
sepelientur, in sterquilinum super faci-  
em terræ erunt: & gladio & fame con-  
sumentur: & erit cadauer eorum in  
escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.  
Hæc enim dicit Dominus, Ne ingredia- 5  
ris domū conuiuij, neque vadas ad plan-  
gendum, neque consoleris eos: quia ab-  
stuli pacem meam a populo isto, dicit  
Dominus, misericordiam & miseratio-  
nes. Et morientur grandes, & parui in 6  
terra ista: non sepelientur neque plangen- B  
tur, & non se incident, neque caluitium  
fiet pro eis. Et non frangent inter eos 7  
lugenti panem ad consolandum super  
mortuo: & non dabunt eis potum ca-  
licis ad consolandum super patre suo  
& matre. Et domum conuiuij non in- 8  
grediaris, vt sedeas cum eis, & comedas,  
& bibas. quia hæc dicit Dominus exer- 9  
cituum

luctu.  
cōdolens eis:



ditum Deus Israël, Ecce, ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocē sponsæ. <sup>9</sup> Et cūm annuntiaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, **¶** Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra? & quod peccatum nostrū quod peccauimus Domino Deo nostro? <sup>10</sup> Dices ad eos, Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus, & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt. <sup>11</sup> Sed & vos peius operati estis, quàm patres vestri. ecce enim ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. <sup>12</sup> Et eiiciam vos de terra hæc, in terram quam ignoratis vos, & patres vestri: & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. <sup>13</sup> Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur vltra, Viuit Dominus qui eduxit filios Israël de terra Ægypti: <sup>14</sup> sed, Viuit Dominus qui eduxit filios Israël de terra Aquilonis, & de vniuersis terris ad quas eieci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum. <sup>15</sup> Ecce, ego mittam piscatores multos, dicit Dominus: & piscabuntur eos: & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cauernis petrarum. <sup>16</sup> Quia oculi mei

Sup. 7. f. 26.

Sup. 5. c. 19.

duritiam.

4  
quod non habeo vobis  
misericordiam.5  
venient

I. fr. 23. b. 7.

iesus. ma

t. 4. 10. luc

9. 10.



mei super omnes vias eorum : non sunt absconditæ à facie mea , & non fuit occultata iniquitas eorū ab oculis meis. <sup>18</sup> Et reddam primūm duplices iniquitates, & peccata eorum : quia contaminauerunt terram meam in morticinis idolorū suorum , & abominationibus suis impleuerunt hæreditatem meam. <sup>19</sup> Domine fortitudo mea , & robur meū, & refugium meum in die tribulationis : ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent, Verè mendacium possederūt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit. <sup>20</sup> Nunquid faciet sibi homo deos , & ipsi non sunt dij ? <sup>21</sup> Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc , ostendam eis manum meā, & virtutem meam : & scient quia nomen mihi Dominus.

**iesus. 1.****cor. 1.**

CAP. XVII.

**P**eccatum Iuda scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinē cordis eorum , & in cornibus ararum eorum. <sup>1</sup> Cū recordati fuerint filij eorum ararum suarum , & lucorum suorum, lignorumque frōdentiū in montibus excelsis , <sup>2</sup> sacrificantes in agro : fortitudinem tuam & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. <sup>3</sup> Et relinquēris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi , & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit. <sup>4</sup> Hæc dicit Dominus, **Maledictus**

*virentiuz**succendisti.*Esa. 30. 4. 2.  
31. 4. 1.

ctus



- ctus homo qui confidit in homine, & po- *Infr. 48. a. 7.*  
 nit carnem brachium suum, & à Domino  
 6 recedit cor eius. ¶ Erit enim quasi myri- *Infr. 48. a. 6.*  
 cæ in deserto & non videbit cum vene-  
 rit bonum: sed habitabit in siccitate in de-  
 serto in terra falsuginis & inhabitabili.  
 7 ¶ Benedictus vir qui confidit in Domino,  
 8 & erit Dominus fiducia eius. ¶ Et erit qua- *Psal. 1. a. 3.*  
 si lignum quod transplantatur super aquas, *secus riuum.*  
 quod ad humorem mittit radices suas:  
 & non timebit cum venerit æstus. Et erit *vel videbit.*  
 folium eius viride, & in tempore siccita- *fraudulentum est*  
 9 tis non erit sollicitum, nec aliquando de- *cor peccatoris et*  
 sinet facere fructum. ¶ Prauum est cor *peruersum:*  
 10 hominis & inscrutabile: quis cognoscet *omnium 7.*  
 illud? ¶ Ego Dominus scrutans cor, & pro- *1. Reg. 11. b. 7.*  
 bans renes: qui do unicuique iuxta viam *Psal. 7. b. 10.*  
 suam, & iuxta fructum adinventionum *Sup. 11. d. 20.*  
 11 suarum. ¶ Perdix fouit quæ non peperit: *Apoc. 2. f. 23.*  
 fecit diuitias, & non in iudicio: in dimi- *quæ suorum.*  
 dio dierum suorum derelinquet eas, & *sicut*  
 12 in nouissimo suo erit insipiens. ¶ Solium *Sic qui.*  
 gloriæ altitudinis à principio, locus san- *sublimitas.*  
 13 ctificationis nostræ. ¶ Expectatio Israël *o spes.*  
 Domine, omnes qui te derelinquunt,  
 confundentur: recedentes à te, in terra  
 scribentur: quoniam dereliquerunt ve- *elocui me*  
 14 nam aquarum viuētium Dominū. ¶ Sana *ne tēpōris*  
 C me Domine, & sanabor: saluum me fac, *tor post te.*  
 & saluus ero: quoniam laus mea tu es.  
 15 ¶ Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est verbum *doloris. d. gr. li.*  
 16 Domini? veniat. ¶ Et ego non sum turba- *4. mor. c. 13. 1.*  
tus, te pastorem sequens: & diem homi- *temporale pspi*  
nis non desideravi, tu scis. Quod egres- *tatez. idē. 3. jo*  
 sum *annes clyma*  
*eg. c. 2.*



sum est de labiis meis, rectum in conspe-  
 ctu tuo fuit. <sup>17</sup> Non sis tu mihi formidini,  
 spes mea tu in die afflictionis. <sup>18</sup> Confun-  
 dantur qui me persequuntur, & non con-  
 fundar ego: paueant illi, & non paueam  
 ego: induc super eos diem afflictionis, &  
 duplici contritione contere eos. <sup>19</sup> Hæc di-  
 cit Dominus ad me, Vade, & sta in porta  
 filiorum populi per quam ingrediuntur  
 reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis  
 portis Ierusalem: <sup>20</sup> & dices ad eos, Audi-  
 te verbum Domini reges Iuda, & omnis  
 Iuda, cunctique habitatores Ierusalem qui  
 ingredimini per portas istas. <sup>21</sup> Hæc di-  
 cit Dominus, Custodite animas vestras, **D**  
 & nolite portare pondera in die sabba-  
 thi: nec inferatis per portas Ierusalem.  
<sup>22</sup> Et nolite eicere onera de domibus ve-  
 stris in die sabbathi, & omne opus non  
 facietis: sanctificate diem sabbathi, si-  
 cut præcepit patribus vestris. <sup>23</sup> Et non au-  
 dierunt, nec inclinauerunt aurem suam:  
 sed indurauerunt ceruicem suam, ne au-  
 dirent me, & ne acciperent disciplinam.  
<sup>24</sup> Et erit: si audieritis me, dicit Dominus,  
 vt non inferatis onera per portas ciuita-  
 tis huius in die sabbathi: & si sanctifica-  
 ueritis diem sabbathi, ne faciatis in eo  
 omne opus: <sup>25</sup> Ingredientur per portas ci-  
 uitatis huius reges & principes, seden-  
 tes super folium Dauid, & ascendentes  
 in curribus & equis, ipsi & principes eo-  
 rum viri Iuda, & habitatores Ierusalem,  
 & habitabitur ciuitas hæc in sempiter-  
 num.

**iesus.**

**& c. in. pre-  
lati.**



16 num. Et venient de ciuitatibus Iuda, &  
 de circuitu Ierusalem, & de terra Ben-  
 iamin, & de campestribus, & de montuo-  
 sis, & ab Austro, portantes holocaustum,  
 & victimam, & sacrificium, & thus, &  
 inferent oblationem in domum Domi-  
 17 ni. Si autem non audieritis me, vt sancti-  
 ficetis diem sabbathi, & ne portetis onus,  
 & ne inferatis per portas Ierusalem in die  
 sabbathi, succendam ignem in portis eius,  
 & deuorabit domos Ierusalem, & non ex-  
 tinguetur.

## CAP. XVIII.

*audire te faci-  
 am.*

1 V Erbum quod factum est ad Ieremiam  
 2 à Domino, dicens, Surge & de-  
 A scende in domum figuli, & ibi audies  
 3 verba mea. Et descendi in domum figuli,  
 & ecce, ipse faciebat opus super rotam.  
 4 Et dissipatum est vas quod ipse faciebat  
 è luto manibus suis: cõuersusque fecit il-  
 lud, vas alterum sicut placuerat in oculis  
 5 eius vt faceret. Et factum est verbum Do-  
 6 mini ad me, dicens, Nūquid sicut figu-  
 lus iste, non potero vobis facere, domus  
 Israël? ait Dominus, ecce, sicut lutum in  
 manu figuli, sic vos in manu mea, domus  
 7 Israël. Repente loquar aduersum gentem  
 & aduersum regnum, vt eradicem & de-  
 8 struam & disperdam illud. Si pœniten-  
 tiam egerit gens illa à malo suo quod lo-  
 cutus sum aduersus eam: agam & ego pœ-  
 9 nitentiam super malo quod cogitavi vt  
 facerem ei. Et subito loquar de gente &  
 10 de regno, vt adificē & plantem illud. Si  
 L 5 fecerit

*Esa. 45. b. 9.  
 Rom. 9. d. 20*

*Supr. lb. 10.  
 c. incommutabilis  
 22. g. 4.*

*c. si negamus. d. 2.  
 de pnia.*



fecerit malum in oculis meis, vt non au- B  
 diat vocem meam : pœnitentiam agâ su-  
 per bono quod locutus sum vt facerem  
 ei. ¶ Nunc ergo dic viro Iuda, & habita- 13  
 toribus Ierusalem, dicens, Hæc dicit Do-  
 minus, ¶ Ecce, ego fingo contra vos ma-  
 lum, & cogito contra vos cogitationem.  
 ¶ reuertatur vnusquisque à via sua mala,  
 & dirigite vias vestras & studia vestra.  
 ¶ Qui dixerunt, Desperauimus: post cogi- 12  
 tationes enim nostras ibimus, & vnus-  
 quisque prauitatem cordis sui mali fa-  
 ciemus. ¶ Ideo hæc dicit Dominus, In- 13  
 terrogate gentes, Quis audiuit talia hor-  
 ribilia, quæ fecit nimis virgo Israël? ¶ Nun 14  
 quid deficiet de petra agri nix Libani?  
 aut euelli possunt aquæ erumpentes <sup>v</sup>fri-  
 gidæ, & defluentes? ¶ Quia oblitus est 15  
 mei populus meus, frustra libantes, & im- C  
 pingentes in viis suis, in semitis seculi, vt  
 ambularent per eas in itinere non trito:  
 ¶ vt fieret terra eorum in desolationem, 16  
 & in sibilum sempiternum : omnis qui  
 præterierit per eam, obstupescet, & moue-  
 bit caput suum. ¶ Sicut ventus uens di- 17  
 spergam eos coram inimico : dorsum, &  
 non faciem ostendam eis in die perditio-  
 nis eorum. ¶ Et dixerunt, Venite, & cogi- 18  
 temus contra Ieremianum <sup>v</sup>cogitationes: non  
 enim peribit lex à sacerdote, neque consi-  
 lium à sapiente, nec sermo à propheta. ve-  
 nite, & percutiamus eum lingua, & non  
 attendamus ad vniuersos sermones eius.  
 ¶ Attende Domine ad me, & audi vocem 19  
 aduersa-

Infr. 25. d. 5.

35. c. 15.

Ion. 3. c. 8.

cogitationes

et loco alieno.

antiquis

semitas vite non  
teite:

vel orientalis.

Infr. 19. c. 8.

49. c. 13.

50. c. 13.

malas.

c. diaconi. 97. d.



20 aduersariorū meorum. <sup>1</sup> Nunquid reddi-  
tur pro bono malum, quia foderunt fo-  
 D ueam animæ meæ? Recordare quòd stete-  
 rim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis  
 bonū, & auerterem indignationē tuam  
 21 ab eis. <sup>2</sup> Propterea da filios eorū in famē,  
 & deduc eos in manus gladij: fiant vxo-  
 res eorum absque liberis, & viduæ: & vi-  
 ri earū interficiantur morte: iuuenes co-  
 22 rum confodiantur gladio in prælio. <sup>3</sup> Au-  
 diatur clamor de domibus eorū, adduces  
 enim super eos latronē repētē: quia fode-  
 runt foucā, vt caperēt me, & laqueos ab-  
 23 sconderūt pedibus meis. <sup>4</sup> Tu autē Domi-  
 ne scis omne cōsiliū eorum aduersum me  
 in mortem: ne propitieris iniquitati eo-  
 rum, & peccatum eorum à facie tua non  
 deleatur: fiant corruētes in conspectu tuo,  
 in tempore furoris tui abutere eis.

## CAP. XIX.

1 **H**Æc dicit Dominus, Vade, & accipe  
 A lagunculam figuli testeam à seniori-  
 2 bus populi, & à senioribus sacerdotū: <sup>5</sup> Et  
 egredere ad vallem filij Ennom, quæ est  
 iuxta introitum portæ ficilis: & prædica-  
 3 bis ibi verba quæ ego loquar ad te. <sup>6</sup> Et di-  
 ces, Audite verbū Domini reges Iuda, &  
 habitatores Ierusalē: hæc dicit Dominus  
 exercituū, Deus Israël, Ecce, ego inducam  
 afflictionē super locum istū: ita vt omnis  
 4 qui audierit illā, tinniant aures eius: <sup>7</sup> Et  
 quòd dereliquerint me, & alienū fecerint  
 locum istū: & libauerūt in eo diis alienis,  
 quos nescierūt ipsi, & patres eorū, & reges  
 Iuda:

exercitus.

condones eis iniquitatem.

facium.

Eme.

et duc tecum de senioribus.

orientalis

filiis

loquor.



venient

Iuda : & repleuerunt locū istum sanguine  
innocentū. <sup>1</sup> Et ædificauerūt excelsa Baa-  
lim ad comburendos filios suos igni in  
holocaustū Baalim: quæ non præcepi, nec  
locutus sum, nec ascenderunt in cor meū.  
<sup>2</sup> Propterea ecce dies veniūt, dicit Domi-  
nus: & non vocabitur amplius locus iste, B  
Topheth, & Vallis filij Ennom, sed Vallis  
occisionis. <sup>3</sup> Et dissipabo cōsilium Iuda &  
Ierusalem in loco isto: & subuertam eos  
gladio in conspectu inimicorū suorū, &  
in manu quærentiū animas eorū: & dabo  
cadauera eorū escam volatilibus cæli, &  
bestiis terræ. <sup>4</sup> Et ponā ciuitatem hanc, in  
stuporem, & in sibilum: omnis qui præ-  
terierit per eam, obstupescet, & sibilabit  
super vniuersa plaga eius. <sup>5</sup> Et cibabo eos  
carnibus filiorū suorum, & carnibus filia-  
rum suarū: & vnusquisque carnē amici  
sui comedet in obsidione & in angustia  
in qua cōcludent eos inimici eorū, & qui  
quærent animas eorū. <sup>6</sup> Et conteres lagun-  
culam in oculis virorū qui ibunt tecum.  
<sup>7</sup> Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exer-  
cituum, Sic conterā populū istum & ciui-  
tatem istā, sicut cōteritur vas figuli quod  
non potest vltra instaurari. & in Topheth  
sepelientur, eo quòd nō sit alius locus ad  
sepeliendū. <sup>8</sup> Sic faciā loco huic, ait Domi-  
nus, & habitatoribus eius: & ponā ciuita-  
tē istā sicut Topheth. <sup>9</sup> Et erūt domus Ie-  
rusalem & domus regū Iuda sicut locus  
Topheth, immūdæ: omnes domus, in qua-  
rū domatibus sacrificauerūt omni mili-  
tia

Sup. 18. c. 16.

Enfr. 49. c. 13.

Et 50. c. 13.

vniuersas

plagas 4.



tiæ cæli, & libauerunt libamina diis alienis.  
 14 Venit autem Ieremias de Topheth, quò miserat eum Dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad  
 15 omnem populũ. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël, Ecce ego inducã super ciuitatem hæc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ locutus sum aduersum eam: quoniã indurauerunt ceruicem suam, vt non audirent sermones meos.

## CAP. XX.

1 ET audiuit Phasur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetantem sermones istos. Et percussit Phasur Ieremiam prophetã, & misit eum in neruum, quod erat in porta Ben-iamin superiori, in domo Domini. Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phasur Ieremiam de neruo. & dixit ad eum Ieremias, Nõ Phasur vocauit Dominus nomen tuum, sed  
 2 pauorem vndique. Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego dabo te in pauorem, te & omnes amicos tuos: & corruet gladio inimicorum suorum, & oculi tui videbunt, & omnem Iudã dabo in manũ regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. Et dabo vniuersam substantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneque pretium, & cunctos thesauros regũ Iuda dabo in manu inimicorum eorũ: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem. Tu autem Phasur, & omnes habitatores domus

<sup>1</sup> carcerem qui. Et. f.

<sup>a</sup> vel tibi et oĩbus diligetibus te.

<sup>c</sup> pretiosũ.

mus







tus est tibi puer masculus: & quasi gaudio  
 16 lætificauit eum. ¶ Sit homo ille vt sunt ci-  
 uitates quas subuertit Dominus, & non  
 pœnituit eū: audiat clamorem manè, &  
 17 vlulatū in tēpore meridiano: ¶ qui nō me <sup>quia 2.</sup>  
 interfecit à vulua, vt fieret mihi mater  
 mea sepulchrum, & vulua eius cōceptus  
 18 æternus. ¶ Quare de vulua egressus sum, vt  
 viderem laborem & dolorem, & consu-  
 merentur in confusione dies mei?

## CAP. XXI.

1 **V**erbū quod factum est ad Ieremiam  
 A à Domino, quando misit ad eum rex  
 Sedecias Phassur filium Melchiæ, & So-  
 phoniam filium Maasæ sacerdotē, dicens,  
 2 ¶ Interroga pro nobis Dominū, quia Nabu-  
 chodonosor rex Babylonis præliatur ad-  
 uersum nos: si fortè faciat Dominus no-  
 biscum secundū omnia mirabilia sua, &  
 3 recedat à nobis. ¶ Et dixit Ieremias ad eos.  
 4 Sic dicetis Sedeciæ: ¶ Hæc dicit Dominus  
 Deus Israël, Ecce, ego conuertā vāsa belli  
 quæ in manibus vestris sunt, & quibus  
 vos pugnatis aduersum regē Babylonis &  
 Chaldæos, qui obsidēt vos in circuitu mu-  
 5 torū: & congregabo ea in medio ciuitatis  
 huius. ¶ Et debellabo ego vos in manu ex-  
 B tenta, & in brachio forti, & in furore, &  
 6 in indignatione, & in ira grandi. ¶ Et per-  
 cutiam habitatores ciuitatis huius: homi-  
 nes & bestię pestilētia magna morientur.  
 7 ¶ Et post hoc, ait Dñs, dabo Sedeciā regem  
 Iuda, & seruos eius & populum eius, &  
 qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste,  
 &

ATMA.



ignoscet vel mor-  
tuebitur.

& gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorū eorū, & in manu quærentiū animā eorū: & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neq; parceret, nec miserebitur. Et ad populū hūc dices, Hęc dicit Dñs, Ecce ego do corā vobis viā vitę, & viā mortis.

*Isr. 38. 4. 2.* ¶ Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, & fame, & peste: qui autē egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obsidēt vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spoliū. Posui enim faciem meā super ciuitatē hanc in malū, & nō in bonū, ait Dñs, in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eā igni. Et domui regis Iuda, Audite verbū Dñi. Domus David, hęc dicit Dominus, Iudicate manē iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniātis: ne fortē egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiā studiorum vestrorū. Ecce, ego ad te habitatricē vallis solidę atque cāpestris, ait Dñs: qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos nostras? Et visitabo super vos iuxta fructū studiorum vestrorum, dicit Dominus: & succendam ignē in saltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

## CAP. XXII.

Hęc dicit Dominus: descende in domum regis Iuda, & loquēris ibi verbum hoc, & dices, Audi verbum Dñi rex Iuda, qui sedes super solium David: tu, & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini.

*Isr. 22. 4. 3.*  
opprimētis  
opum. Et.

pe tēq

ascendet cōtra.



3 ni per portas istas. <sup>9</sup> Hæc dicit Dñs, <sup>10</sup> Facite iudiciũ & iustitiã: & liberate vi oppres-  
 sum de manu calũniatoris: & aduenã, & pupillũ, & viduã nolite cõtristare, <sup>11</sup> neque  
 opprimatis iniquè: & sanguinẽ innocẽtẽ  
 4 ne effundatis in loco isto. <sup>5</sup> Si enim facien-  
 tes feceritis verbũ istud: ingredientur per  
 portas domus huius reges sedentes de ge-  
 nere David super thronum eius, & ascen-  
 dẽtes currus & equos, ipsi & serui, & po-  
 5 pulus eorum. <sup>6</sup> Quòd si nõ audieritis ver-  
 ba hæc: in memetipso iuravi, dicit Do-  
 minus, quia in solitudinem erit domus  
 6 hæc. <sup>7</sup> Quia hæc dicit Dominus super do-  
 mum regis Iuda, Galaad tu mihi caput  
 Libani: si non posuero te solitudinẽ, vrbes  
 7 inhabitabiles. <sup>8</sup> Et sanctificabo super te in-  
 terficiẽtem vitum & arma eius: & suc-  
 cident electas cedros tuas, & præcipita-  
 8 bunt in ignem. <sup>9</sup> Et pertransibunt gentes  
 multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnus-  
 quisque proximo suo: <sup>10</sup> Quare fecit Domi-  
 nus sic ciuitati huic grandi? <sup>11</sup> Et responde-  
 C bunt, Eo quòd dereliquerint pactum Do-  
 mini Dei sui, & adorauerint deos alienos,  
 10 & seruierint eis. <sup>11</sup> Nolite flere mortuũ, ne-  
 que lugeatis super eũ fletu: plangite eum  
 qui egreditur, quia non reuertetur vltra,  
 11 nec videbit terram natiuitatis suæ. <sup>12</sup> Quia  
 hæc dicit Dominus ad Sellum filiũ Iosia  
 regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre  
 suo, qui egressus est de loco isto. Non re-  
 12 uertetur huc amplius: <sup>13</sup> sed in loco ad quẽ  
 transtuli eum, ibi morietur, & terrã istã

Sup. 21. d. 23

L  
опрѣimate негъ  
и вѣста.7  
прѣрѣтѣво.

Deut. 29. d.

24.

3. Reg. 9. b. 3

M

NON



1 *proximū suū cōdu-  
cit.* non videbit amplius. <sup>1</sup> Væ qui ædificat do-  
 2 *facit excindi.* mum suam in iniustitia, & cœnacula sua  
 3 *vel t̄bulata.* non in iudicio: amicum suum opprimet  
 4 *minio.* frustra, & mercedem eius non reddet ei.  
 5 *et tunc* <sup>2</sup> Qui dicit, Ædificabo mihi domum la-  
 6 *hoc est cognoscere* <sup>3</sup> ram & cœnacula spaciōsa: qui aperit sibi  
 7 *oppressionē* fenestras, & facit laquearia cedrina, pin-  
 8 *ah vel heu.* gitque sinōpide. <sup>4</sup> Nūquid regnabis, quo-  
 9 *plāget ū* niam confers te cedro? pater tuus nūquid  
 10 *vel nobilis* non comēdit & bibit, & fecit iudicium  
 11 *detraētus* & iustitiam tunc cū bene erat ei? <sup>5</sup> Iudi-  
 12 *vel cū adhuc ha-  
beres oēs saturi-  
tatez* <sup>6</sup> cavit causam pauperis & egeni in bonum  
 13 *quā grāz habu-  
isti* <sup>7</sup> suum, nunquid non ideō quia cognouit  
 14 me, dicit Dominus? <sup>8</sup> Tui verò oculi &  
 15 cor ad avaritiam, & ad sanguinem inno-  
 16 centem fundendum, & ad calumniam, &  
 17 ad cursum mali operis. <sup>9</sup> Propterea hæc  
 18 dicit Dominus ad Ioacim filium Iosæ re-  
 19 gem Iuda, Non plangent eum, Væ frater  
 20 & væ soror: non concrepabunt ei, Væ Do-  
 21 mine, & væ inclyte. <sup>10</sup> Sepultura asini sepe  
 22 lietur, putrefactus & proiectus extra por-  
 23 tas Ierusalem. <sup>11</sup> Ascende Libanum, & cla-  
 24 ma: & in Basan da vocem tuam, & clama  
 25 ad transeuntes, quia contriti sunt omnes  
 26 amatores tui. <sup>12</sup> Locutus sum ad te in abun-  
 27 dantia tua: dixisti, Non audiam. hæc est  
 28 via tua ab adolescentia tua, quia non au-  
 29 disti vocē meam: <sup>13</sup> Omnes pastores tuos  
 30 pascet ventus, & amatores tui in captivi-  
 31 tatem ibunt: & tunc confundēris, & eru-  
 32 besces ab omni malitia tua. <sup>14</sup> Quæ sedes  
 33 in Libano, & nidificas in cedris, quomo-  
 34 do congemuisti cū venissent tibi dolo-  
 35 res,



- 24 res; quasi dolores parturientis? <sup>9</sup> Viuo  
ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iecho-  
nias filius Ioacim regis Iuda, annulus in  
manu dextera mea, inde euellam eum.  
25 <sup>9</sup> Et dabo te in manu quærentiū animam  
tuam, & in manu quorum tu formidas  
faciem, & in manu Nabuchodonosor re-  
gis Babylonis, & in manu Chaldæorum.  
26 <sup>9</sup> Et mittam te & matrem tuam quæ ge-  
guit te, in terram alienam, in qua nati  
27 non estis, ibique moriemini: <sup>9</sup> & in terram  
ad quam ipsi leuant animam suam, vt re-  
uertantur illuc: non reuertentur. <sup>9</sup> Nun-  
quid vas fictile atque conterritum vir iste  
Iechonias? nunquid vas absque omni vo-  
luptate? quare abiecti sunt ipse & semen  
eius, & proiecti in terram quam ignora-  
uerūt? <sup>9</sup> Terra, terra, terra, audi sermonem  
30 Domini, <sup>9</sup> Hæc dicit Dominus, Scribe vi-  
rum istum sterilem, virū qui in diebus  
suis non prosperabitur, nec enim erit de  
femine eius vir qui sedeat super foliū Da-  
uid, & potestatem habeat vltra in Iuda.

## CAP. XXIII.

- 1 **V** <sup>9</sup> Æ pastoribus qui disperdūt & dilā-  
A cerant gregem pascuæ meæ, dicit Do-  
2 minus. <sup>9</sup> Ideo hæc dicit Dominus Deus  
Israël ad pastores qui pascūt populū meū,  
Vos dispersistis gregē meū, & eiecistis eos,  
& nō visitastis eos: ecce, ego visitabo su-  
per vos malitiā studiorū vestrorū, ait Do-  
3 minus. <sup>9</sup> Et ego congregabo reliquias gre-  
gis mei de omnibus terris, ad quas eiecero  
eos illuc; & conuertam eos ad rura sua, &

te

*vt idolū cōceptū cō-  
territus est.**vt vas cōterritū in q̄  
nō est volūtās. i.  
quod dissipet.**Exec. 13. 4. 3a  
34. 1. 2.  
dissipat.*



\* 1.

Isa. 4. 4. 2.

40. c. 11.

45. b. 2.

Infr. 33. c. 14.

Ezec. 34. c. 11

f. 24.

Dan. 9. f. 24

Iohā. 1. g. 45

Willius 1.

Sup. 16. c. 14

Deu. 33. d. 28

vel pp falsū iuram  
entūq̄ desolata est.  
nō recta.

adulteris.

creſcēt & multiplicabūtur. Et ſuſcitabo  
ſuper eos paſtores, & paſcent eos: nō for-  
 midabunt vltra, & nō pauebūt: & nullus  
 queretur ex numero, dicit Dominus. Ec-  
 ce, dies veniūt, dicit Dominus: & ſuſcita-  
 bo Dauid germen iuſtū; & regnabit rex,  
 & ſapiens erit: & faciet iudiciū & iuſtitiā  
 in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda,  
 & Iſraēl habitabit confidenter: & hoc eſt  
 nomen quod vocabunt eum, Dominus  
 iuſtus noſter. Propter hoc ecce dies ve-  
 niunt, dicit Dñs, & non dicent vltra, Viuit  
 Dominus, qui eduxit filios Iſraēl de terra  
 Ægypti: Sed, Viuit Dominus qui eduxit  
 & adduxit ſemen domus Iſraēl de terra  
 Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eie-  
 ceram eos illuc: & habitabūt in terra ſua.  
 Ad prophetas, Contritum eſt cor meum  
 in medio mei, contremuerūt omnia oſſa  
 mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & qua-  
 ſi homo madidus à vino, à facie Domi-  
 ni, & à facie verborū ſanctorū eius. Quia  
 adulteris repleta eſt terra, quia à facie ma-  
 ledictionis luxit terra, arefacta ſunt arua  
 deſerti: factus eſt curſus eorum malus, &  
 fortitudo eorum diſſimilis. Propheta  
 namque & ſacerdos polluti ſunt: & in do-  
 mo mea inueni malum eorum, ait Domi-  
 nus. Idcirco via eorum erit quaſi lubri-  
 cum in tenebris: impellentur enim, & cor-  
 ruent in ea: afferam enim ſuper eos mala,  
 annum viſitationis eorum, ait Dominus.  
 Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem:  
 & prophetabant in Baal, & decipiebant  
 popu-



- 14 populum meum Israël. <sup>9</sup> Et in prophetis  
 Ierusalem vidi similitudinem <sup>adulterium</sup> adulteran-  
 tium, & iter mendacij: & confortauerunt <sup>15.</sup>  
 manus pessimorum, vt nō conuerteretur  
 vnusquisque à malitia sua: facti sunt mihi  
 omnes vt Sodoma, & habitatores eius  
 15 quasi Gomorra. <sup>9</sup> Propterea hæc dicit  
 Dominus exercituum ad prophetas, || Ecce  
 ego cibabo eos absynthio, & potabo eos  
 felle: à prophetis enim Ierusalē egressa est  
 16 pollutio super omnem terram. <sup>9</sup> Hæc di-  
 cit Dominus exercituum, || Nolite audire <sup>Infr. 27. b. 9.</sup>  
 verba prophetarum, qui prophetāt vobis, <sup>29. b. 8.</sup>  
 & decipiunt vos: visionem cordis sui lo-  
 17 quuntur, non de ore Domini. <sup>9</sup> Dicūt his <sup>Duritia.</sup>  
 qui blasphemant me, Locutus est Domi-  
 nus || Pax erit vobis. & omni qui ambulat <sup>Sup. 5. c. 12.</sup>  
 in prauitate cordis sui, dixerūt, Nō veniet <sup>14. b. 13.</sup>  
 18 super vos malum. <sup>9</sup> Quis enim affuit in  
consilio Domini, & vidit & audiuit ser- <sup>secretis.</sup>  
 monem eius? quis considerauit verbum  
 19 illius, & audiuit? || Ecce, turbo Dominicæ <sup>Infr. 30. c. 14.</sup>  
 indignationis <sup>egreditur 6.</sup> egredietur, & tempestas  
 erumpens: super caput impiorum veniet. <sup>7</sup>  
 20 <sup>9</sup> Non reuertetur furor Domini, vsque dū <sup>in ea intelligētia</sup>  
 faciat, & vsq; dum cōpleat cogitationem <sup>1. aduertētis 22</sup>  
 cordis sui. in nouissimis diebus intellige- <sup>vera q̄ dico.</sup>  
 21 tis consiliū eius. <sup>9</sup> || Nō mittebam prophe- <sup>Sup. 14. c. 14</sup>  
 Etas, & ipsi currebāt: non loquebar ad eos, <sup>Infr. 27. c. 15</sup>  
 22 & ipsi prophetabant. <sup>9</sup> Si stetissent in con- <sup>29. b. 9.</sup>  
silio meo & nota fecissent verba mea <sup>secretis</sup>  
 populo meo: auertissem vtique eos à via <sup>4</sup>  
 sua mala, & à cogitationib⁹ suis pessimis. <sup>ab oculis</sup>  
 23 <sup>9</sup> Putāsne Deus ē vicino ego sum, dicit Do-  
 minus?



*implebo*

min⁹? & nō Deus délonge? Si occultabi- 24  
 tur vir in absconditis: & ego nō videbo eū,  
 dicit Dñs? nūquid non cælum & terram  
 ego impleo, dicit Dominus? Audiui quæ 25  
 dixerunt prophetae, prophetantes in no-  
 mine meo mendacium, atque dicentes,  
 Somniaui, somniaui. Vsq̄ue quo istud est 26  
 in corde prophetarū vaticinantiū menda-  
 cium & prophetātium seductiones cordis  
 sui? Qui volūt facere vt obliuiscatur po- 27  
 pulus meus nominis mei propter somnia  
 eorū quæ narrat vnusquisq; ad proximū  
 suū: sicut obliti sunt patres eorū nominis  
 mei ppter Baal. propheta qui habet som- 28  
 niū, narret somniū: & qui habet sermonē  
 meum, loquatur sermonē meū verē. quid  
 paleis ad triticū, dicit Dñs? Nunquid non 29  
 verba mea sunt quasi ignis, dicit Domi-  
 nus: & quasi malleus conterens petram?  
 Propterea ecce ego ad prophetas, ait Do- 30  
 minus: qui furantur verba mea vnusquis-  
 que à proximo suo. Ecce ego ad prophe- 31  
 tas, ait Domin⁹: qui assumūt linguas suas,  
 & aiunt, Dicit Dominus. Ecce ego ad 32  
 prophetas somniantes mendaciū, ait Do-  
 minus: qui narrauerūt ea, & seduxerunt  
 populum meum in mendacio suo, & in  
miraculis suis: cū ego nō misissem eos,  
 nec mādasssem eis, qui nihil profuerūt po- 33  
 pulo huic, dicit Dominus. Si igitur in-  
 terrogauerit te populus iste, vel propheta,  
 aut sacerdos, dicēs, Quod est onus Domi-  
 ni? dicēs ad eos, Vt quid vobis onus? proji-  
ciam quippe vos, dicit Dominus. Et pro- 34  
 pheta

aug. 4. l. de doc-  
 trin. chris. c. 29

vel lenificant.

blanditijs.

ut quid onus. m  
 dignatis vos.



35 Gpheta & sacerdos, & populus qui dicit,  
 Onus Dñi: visitabo super virū illum, & su-  
 36 per domū eius. <sup>?</sup>Hæc dicetis vnusquisque  
 ad proximū & ad fratrem suū, Quid res-  
 pondit Dñs? Et quid locutus est Dñs? <sup>?</sup>Et  
 onus Dñi vltra non memorabitur: quia  
 onus erit vnicuiq; sermo suus: & peruer-  
 tistis verba Dei viuētis, Dñi exercituum  
 37 Dei nostri. <sup>?</sup>Hæc dices ad prophetā, Quid  
 respondit tibi Dñs? & quid loquutus est  
 38 Dominus? <sup>?</sup>Si autē onus Dñi dixeritis: pro-  
 pter hoc hæc dicit Dominus, Quia dixistis  
 sermonē istū, Onus Dñi: & misi ad vos, di-  
 39 cens, Nolite dicere Onus Domini: <sup>?</sup>pro-  
 pterea ecce ego tollam vos portās, & dere-  
linquā vos, & ciuitatē quā dedi vobis, &  
 40 patribus vestris à facie mea. <sup>?</sup>Et dabo vos  
 in opprobriū sempiternū, & in ignominiā  
 aternā, quæ nūquā obliuione delebitur.

## CAP. XXIII.

1 **A** Stendit mihi Dominus: & ecce duo  
 2 calathi pleni ficis, positi ante tēplum  
 Domini: postquā transtulit Nābuchodo-  
 nosor rex Babylonis Iechoniā filium Ioa-  
 cim regem Iuda, & principes eius, & fa-  
 brū, & inclusorē de Ierusalem, & adduxit  
 3 eos in Babylonem. <sup>?</sup>Calathus vnus, ficus  
 bonas habebāt nimis: vt solent ficus esse  
 4 primi temporis. & calathus vnus, ficus  
 habebāt malas nimis, quæ comedi non  
 5 poterant, eo quòd essent malæ. <sup>?</sup>Et di-  
 6 xit Dominus ad me, Quid tu vides Iere-  
 mia? Et dixi, ficus: ficus bonas, <sup>a</sup> bonas val-  
 7 de: & malas, <sup>a</sup> malas valde: quæ comedi nō  
 8 possunt,

**Trinitas.****Micro, hic,***vel obliuiscat ve-  
stri obliuiscēdo  
st suellam.**Sup. 20. c. 11.**vel pragnature.  
breuas hispane.**a a  
monachi.  
c. quātūlibet  
47. dist.*



possunt, eo quòd sint malæ. Et factū est  
 verbū Dñi ad me, dicēs, Hæc dicit Dñs  
 De⁹ Israël, Sicut fic⁹ hæ bonæ: sic cogno-  
 scā transmigratiōē Iuda, quā emisi de lo-  
 co isto in terrā Chaldæorū, in bonū. Et  
 ponā oculos meos super eos ad placādū  
 & reducā eos in terrā hanc: & ædificabo  
 eos, & nō destruā: & plātabo eos, & non  
 euellā. Et dabo eis cor, vt sciant me, quia  
 ego sum Dñs: & erunt mihi in populū, &  
 ego ero eis in Deū: quia reuertētur ad me  
 in toto corde suo. Et sicut ficus pessi-  
 mæ, quæ comedi nō possunt eò quòd sint  
 malæ: hæc dicit Dñs, sic dabo Sedeciā re-  
 gem Iuda: & principes eius, & reliquos  
 de Ierusalē, qui remanserunt in vrbe hac,  
 & qui habitant in terra-Ægypti. Et da-  
 bo eos in vexationem, afflictionemque  
 omnibus regnis terræ: in opprobriū, & in  
 parabolā, & in prouerbiū, & in maledi-  
 ctionē in vniuersis locis ad quæ eieci eos.  
 Et mittā in eis gladiū, & famē, & pestē:  
 donec cōsumātur de terra, quā dedi eis, &  
 patribus eorum.

## CAP. XXV.

Verbum quod factū est ad Ieremiam  
 de omni populo Iudæ in anno quar-  
 to Ioacim filij Iosix regis Iuda, ( ipse est  
 annus primus Nabuchodonosor regis Ba-  
 bylonis). Quod locutus est Ieremias pro-  
 pheta ad omnē populū Iuda, & ad vniuer-  
 sos habitatores Ierusalē dicēs, A tertio-  
 cimo anno Iosix filij Amō regis Iuda vs-  
 que ad diē hanc: isti tertius & vicesimus  
 annus,

in bonuz.

Infr. 21. f. 33.

Infr. 29. d. 17.

Infr. 29. d. 17.

¶ Que 8.



annus, factū est verbū Domini ad me, &  
 locutus sum ad vos de nocte confurgens  
 4 & loquens & non audistis. ? Et misit Do-  
 minus ad vos omnes seruos suos prophe-  
 tas, confurgens diluculo, mittensque: &  
 non audistis, neq; inclinastis aures vestras  
 5 vt audiretis, ? cūm diceret, ¶ Reuertimini  
 vnusquisque à via sua mala, & à pessimis  
 cogitationibus vestris: & habitabitis in  
 terra quam dedit Dominus vobis, & pa-  
 6 tribus vestris, à seculo & vsque in secu-  
 lum. ? Et nolite ire post deos alienos, vt  
 B seruiatis eis, adoretisque eos: neq; me ad  
 iracundiā prouocetis in operibus manuū  
 7 vestrarū, & non affligā vos. ? Et non audi-  
 stis me, dicit Dominus, vt me ad iracun-  
 diam prouocaretis in operibus manuum  
 8 vestrarum in malū vestrū. ? Propterea hæc  
 dicit Dñs exercituum, Pro eo quòd non  
 9 audistis verba mea, ? ecce ego mittam, &  
 assumā vniuersas cognationes Aquilonis,  
 ait Dominus, & Nabuchodonosor regem  
 Babylonis seruum meū: & adducā eos su-  
 per terram istā & super habitatores eius,  
 & super omnes nationes quę in circuitu  
 illius sunt: & interficiā eos, & ponā eos in  
 10 stuporē & in sibilū, & in solitudines sem-  
 piternas. ? Perdāque ex eis vocem gaudij  
 & vocē lætitiæ, vocē sponsi & vocē spon-  
 11 sę, vocē molæ, & lumē lucernæ. ? ¶ Et erit  
 C vniuersa terra hæc in solitudinē & in stu-  
 porē: & seruient omnes gētes istę regi Ba-  
 12 bylonis septuaginta annis. ? ¶ Cumq; im-  
 pleti fuerint septuaginta anni, visitabo su-

4. Re. 17. b. 13  
 Supr. 18. b. 11  
 Infr. 25. a. 5.  
 35. c. 15.

Dan. 9. a. 20  
 Inf. 26. c. 12.  
 2. pa. 36. d. 22  
 1. Esd. 1. a. 1.  
 6. a. 3.

M s

per



3. Esd. l. g. 57 per regē Babylonis, & super gētē illā, dicit  
 Dñs, iniquitatem eorum, & super terram  
 Chaldæorum: & ponā illā in solitudines  
 sempiternas. Et adducā super terrā illam  
 omnia verba mea quę locutus sum cōtra  
 eā, omne quod scriptum est in libro isto,  
 quęcūq; prophetauit Ieremias aduersum  
 omnes gentes: Quia serui erunt eis cū  
 essent gētes multę & reges magni: & red-  
 dam eis secundū opera eorū & secun-  
 dū facta manū suarū. Quia sic dicit  
 Dñs exercituū Deus Israël, Sume calicem  
 vini furoris huius de manu mea: & pro-  
 pinabis de illo cunctis gentibus ad quas  
 ego mittā te. Et bibent, & turbabuntur  
 & insanient à facie gladij quem ego mit-  
 tam inter eos. Et accepi calicē de manu  
 Dñi, & propinaui cūctis gentib⁹ ad quas  
 misit me Dñs: Ierusalē & ciuitatibus Iu-  
 da, & regibus eius & principibus eius: vt  
 darem eos in solitudinē, & in stuporem,  
 & in sibilum, & in maledictionē, sicut est  
 dies ista. Pharaoni regi Ægypti, & seruis  
 eius, & principibus eius, & omni populo  
 eius, & vniuersis generaliter: cunctis re-  
 gibus terrę Ausitidis, & cunctis regibus  
 terrę Philisthiim, & Ascalonis, & Gazę,  
 & Accarō, & reliquiis Azoti, & Idumęę,  
 & Moab, & filiis Ammō: Et cunctis regi-  
 bus Tyri, & vniuersis regibus Sidōnis: &  
 regibus terrę insularū qui sunt trans ma-  
 re. Et Dedan, & Thema, & Buz, & vni-  
 uersis qui attonsi sunt in comā. Et cun-  
 ctis regibus Arabiæ, & cūctis regibus Oc-  
 cidentis,

*p̄miscue.*

*feminiis angu-  
li mūdi.*



- 25 cidentis, qui habitāt in deserto, ¶ Et cunctis  
 regibus Zābri & cunctis regibus Elā, & <sup>3</sup> quibuscūq; cū p  
 26 cunctis regibus Medorū: ¶ cunctis quoque <sub>ximo sub.</sub>  
 regibus Aquilonis de prope & de longe,  
unicuiq; contra fratrem suum: & omnibus  
 regnis terræ, quæ super faciem eius sunt: &  
 27 rex Sefach bibet post eos. ¶ Et dices ad  
 eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus  
 Israël, Bibite, & inebriamini & vomite:  
 & cadite, neq; surgatis, à facie gladij quē  
 28 ego mittam inter vos. ¶ Cumq; noluerint  
 F accipere calicē de manu tua vt bibant, di-  
 ces ad eos, Hæc dicit Dñs exercituum, Biben-  
 29 tes bibetis: ¶ ¶ quia ecce, in ciuitate in qua <sup>1. Pet. 4. d. 17</sup>  
 inuocatum est nomē meū, ego incipiam <sup>puer. 11. Et. 7. c.</sup>  
 affligere, & vos quasi innocētes & immu- <sup>49.</sup>  
 nes eritis? nō eritis immunes. gladiū enim  
 ego voco super omnes habitatores terræ,  
 30 dicit Dominus exercituum. ¶ Et tu prophe-  
 tabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad  
 illos: ¶ Dominus de excelso rugiet, & de <sup>Ioel 3. c. 16.</sup>  
 habitaculo sancto suo dabit vocem suā: <sup>Amos 1. 4. 2.</sup>  
 rugiens rugiet super decōrē suum: celestis <sup>habitu culuz.</sup>  
ma quasi calcantium cōcinetur aduersus  
 31 omnes habitatores terræ. ¶ Peruēnit soni-  
 tus vsq; ad extrema terræ: Quia iudiciū  
 Domino cū gentibus: iudicatur ipse cum <sup>7</sup>  
omni carne, impios tradi gladio, dicit Do- <sup>vel iudex istois</sup>  
 32 minus. ¶ Hæc dicit Dñs exercituum, Ecce, <sup>armis.</sup>  
 afflictio egredietur de gente in gentē: &  
 turbo magnus egredietur à summitati- <sup>tradet vel tradi</sup>  
bus terræ. ¶ Et erunt interfecti Dñi in die <sup>di.</sup>  
 33 illa à summo terræ vsq; ad summū eius: <sup>diuersis lateribus</sup>  
 non plāgentur & non colligentur, neque  
 sepelien-



*cōplet<sup>9</sup> sūt dissip<sup>9</sup> ones.* *1. nō poterūt pastores effugere.* *vel succisa sūt.* *vel quia pira inimici operimētis.*

sepelientur: in sterquiliniū super faciem  
 terræ iacebunt. <sup>34</sup> *?* Ululate pastores & cla-  
 mate: & aspergite vos cinere optimates  
 gregis: quia cōpleti sunt dies vestri, vt in-  
 terficiamini: & dissipationes vestræ, & ca-  
 detis quasi vasa pretiosa. <sup>35</sup> *?* Et peribit fuga  
à pastoribus, & saluatio ab optimatibus  
 gregis. <sup>36</sup> *?* Vox clamoris pastorū, & ulula-  
 tus optimatum gregis: quia vastauit Dñs  
 pascua eorū. <sup>37</sup> *?* Et conticuērunt arua pācis  
 à facie iræ furoris Dñni. <sup>38</sup> *?* Dereliquit  
 quasi leo umbraculum suum, quia facta  
 est terra eorum in desolationem à facie  
iræ columbæ, & à facie iræ furoris Dñi.

## CAP. XXVI.

*vel op<sup>2</sup>um*

**I**N principio regni ioachim filij iosiæ re-  
 gis Iuda, factum est verbū istud à Do-  
 mino, dicens, *?* Hæc dicit Dñs, sta in atrio  
 domus Dñi, & loqueris ad omnes ciuita-  
 tes Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in  
 domo Dñi, vniuersos sermones quos ego  
 mādauī tibi vt loquaris ad eos: noli sub-  
 trahere verbū, *?* si fortè audiant & cōuer-  
 tantur vnusquisq; à via sua mala: & pœ-  
 niteat me mali quod cogito facere eis  
 propter malitiā studiorū eorū. *?* Et dices  
 ad eos, Hæc dicit Dñs, Si nō audieritis me  
 vt ambuletis in lege mea quā dedi vobis,  
*?* vt audiatis sermones seruatorū meorum  
 Prophetarū, quos ego misi ad vos de no-  
 ste confurgens, & dirigens, & non audi-  
 stis. *?* Dabo domū istam sicut Silo, & vr-  
 bem hanc dabo in maledictionē cunctis  
 gentibus terræ. *?* Et audierunt sacerdotes  
 &

1. Reg. 4. 4. 2  
 6. 10.



B & prophetæ, & omnis populus Ieremiã  
 8 loquentē verba hæc in domo Dñi. ¶ Cum-  
 q̄; compleisset Ieremias loquēs omnia quę  
 præceperat ei Dñs, vt loqueretur ad vni-  
 uersum populū: apprehenderunt eū sacer-  
 9 dotes & prophetæ, & omnis populus, di-  
 cens, Morte moriatur. ¶ Quare propheta-  
 uit in nomine Dñi, dicens, Sicut Silo erit  
 10 domus hæc: & vrbs ista desolabitur: eo  
 quod non sit habitator? Et cōgregatus est  
 omnis populus aduersus Ieremiã in do-  
 11 mo Dñi. ¶ Et audierūt principes Iuda ver-  
 C ba hæc: & ascenderunt de domo regis in  
 domū Dñi, & sederunt in introitu portæ  
 12 domus Dñi nouæ. ¶ Et locuti sunt sacer-  
 dotes & prophetę ad principes, & ad om-  
 nem populū, dicentes, Iudiciū mortis est  
 viro huic: quia prophetauit aduersus ciui-  
 tatem istã, sicut audistis auribus vestris.  
 13 ¶ Et ait Ieremias ad omnes principes, &  
 ad vniuersum populū dicens, ¶ Dñs misit  
 me vt prophetarē ad domū istã, & ad ci-  
 14 uitatem hanc omnia verba quę audistis.  
 ¶ Nunc ergo bonas facite vias vestras, &  
 15 studia vestra, & audite vocē Domini Dei  
 vestri: & pœnitebit Dñm mali quod lo-  
 cutus est aduersum vos. ¶ Ego autē ecce  
 in manibus vestris sum: facite mihi quod  
 bonū & rectū est in oculis vestris. ¶ Verū-  
 tamē scitote & cognoscite quod si occi-  
 deritis me, sanguinē innocētē tradetis cō-  
 tra vosmetipsos, & contra ciuitatē istã, &  
 habitatores eius. in veritate enim misit  
 me Dñs ad vos, vt loquerer in aurib⁹ ve-  
 stris

<sup>1</sup> morietis.

pphetaſti.  
vt.

Sup. 25. c. 2.  
2. Par. 36.  
d. 22.

1. Esd. 1. a. 2.

6. a. 3.

3. Esd. 1. g. 57

2. a. 1. 6

6. c. 24.

Sup. 7. a. 3.



stris omnia verba hæc. <sup>16</sup> Et dixerunt prin-  
 cipes, & omnis populus ad sacerdotes & <sup>E.</sup>  
 ad prophetas, Nō est viro huic iudicium  
 mortis: quia in nomine Dñi Dei nostri lo-  
 cutus est ad nos. <sup>17</sup> Surrexerunt ergo viri  
 de senioribus terræ: & dixerunt ad omnē  
 cœtū populi, loquētes: <sup>18</sup> Michæas de Mo-  
 rashti fuit Propheta in dieb<sup>9</sup> Ezechiaë re-  
 gis Iuda, & ait ad omnē populū Iudæ, di-  
 cens, Hæc dicit Dñs exercituū: <sup>19</sup> Siō quasi  
 ager arabitur: & Ierusalē in aceruū lapi-  
 dum erit: & mons domus\* in excelsa syl-  
 uarū. <sup>20</sup> Nunquid morte condānauit eum  
 Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? nun-  
 quid non timuerunt Dominū, & depre-  
 cati sunt faciē Domini: & pœnituit Do-  
 minū mali quod loquutus fuerat aduer-  
 sum eos? Itaque nos facimus malū gran-  
 de contra animas nostras. <sup>21</sup> Fuit quoq; vir  
 prophetans in nomine Domini Vrias fi-  
 lius Semei de Cariath-iarim: & prophe-  
 tauit aduersus ciuitatē istam, & aduersus  
 terrā hanc iuxta omnia verba Ieremię. <sup>22</sup> Et  
 audiuit rex Ioacim, & omnes potentes &  
 principes eius verba hæc: & quæsiuit Rex  
 interficere eū. Et audiuit Vrias, & timuit,  
 fugitq; & ingressus est Ægyptum. <sup>23</sup> Et  
 misit rex Ioacim viros in Ægyptū, Elna-  
 rhā filiū Achobor, & viros cū eo in Ægy-  
 ptum. <sup>24</sup> Et eduxerunt Vriam de Ægypto:  
 & adduxerunt eum ad regem Ioacim, &  
 percussit eum gladio: & proiecit cadauer  
 eius in sepulchris vulgi ignobilis. <sup>25</sup> Igitur  
 manus Ahicā filij Saphan fuit cū Ieremia,

Mich. 3. d. 13.

\*Domini

non facia-  
mus



ut nō traderetur in manus populi, & interficerent eum.

## CAP. XXVII.

vestes vel pticas.

**A** <sup>1</sup> IN principio regni Ioachim filij Iosia regis Iuda, factum est verbū istud ad Ieremiā à Dño, dicens, <sup>2</sup> Hæc dicit Dñs ad me, Fac tibi vincula & catenas: & pones <sup>3</sup> eas in collo tuo. <sup>4</sup> Et mittes eas ad regem Edom, & ad regē Moab, & ad regē filiorū Ammō, & ad regē Tyri, & ad regē Sidonis: in manu nuntiorū qui venerūt Ierusalē ad Sedeciā regem Iuda. <sup>5</sup> Et præcipies eis ut ad dominos suos loquātur. Hæc dicit Dñs exercituū Deus Israël, Hæc dicetis ad dominos vestros, <sup>6</sup> Ego feci terram, & homines, & iumēta quæ sunt super faciē terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extēto: & dedi eā ei qui placuit in oculis meis. <sup>7</sup> Et nunc itaq; ego dedi omnes terras istas. in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, ut seruiant illi. <sup>8</sup> Et seruiant ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius: & seruiant ei gētes multæ & reges magni. <sup>9</sup> Gens autē & regnum quod nō seruiert Nabuchodonosor regi Babylonis: & quicūq; nō curuauerit collum suū sub iugo regis Babylonis: in gladio, & in fame & in peste visitabo super gentē illā, ait Dñs: donec consumam eos in manu eius. <sup>10</sup> ¶ Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicunt vobis;

c  
iuga:

T. 50. 51.

Sup. 23. d. 11  
Infra 29. b. 1



vobis: Nō seruietis regi Babylonis. <sup>9</sup> Quia <sup>10</sup>  
mendaciū prophetant vobis: vt longè vos  
faciant de terra vestra, & eiiciant vos, &  
pereatis. <sup>11</sup> Porro gens quæ subiecerit cer-  
uicē suā sub iugo regis Babylonis, & ser-  
uierit ei: dimittā eā in terra sua, dicit Do-  
minus: & colet eā, & habitabit in ea. <sup>12</sup> Et  
ad Sedeciā regē Iuda locutus sum secun- <sup>C</sup>  
dū omnia verba hæc, dicēs, Subiicite col-  
la vestra sub iugo regis Babylonis, & ser-  
uite ei, & populo eius, & viuetis. <sup>13</sup> Quare  
moriemini tu, & populus tuus gladio, &  
fame, & peste, sicut locutus est Dñs ad gē-  
tem quæ seruire noluerit regi Babylonis?  
<sup>14</sup> Nolite audire verba prophetarū dicen-  
tium vobis, Nō seruietis regi Babylonis:  
quia mendacium ipsi loquuntur vobis.  
<sup>15</sup> Quia non misi eos, ait Dñs: & ipsi pro-  
phetāt in nomine meo mēdaciter: vt ei-  
ciāt vos, & pereatis tā vos, quā prophe-  
tæ qui vaticinantur vobis. <sup>16</sup> Et ad sacerdo-  
tes, & ad populū istū locutus sum, dicēs,  
Hæc dicit Dñs, Nolite audire verba pro-  
phetarū vestrorū, qui prophetant vobis  
dicentes, Ecce vasa Dñi reuertētur de Ba-  
bylone nunc citò, mendaciū enim pro-  
phetāt vobis. <sup>17</sup> Nolite ergo audire eos, sed  
seruite regi Babylonis, vt viuatis. quare <sup>D</sup>  
datur hæc ciuitas in solitudinē? <sup>18</sup> Et si pro-  
phetæ sunt, & est verbū Dñi in eis: occur-  
rāt Domino exercituū, vt nō veniāt vasa  
quæ derelicta fuerant in domo Dñi, & in  
domo regis Iuda, & in Ierusalē, in Baby-  
lonē. <sup>19</sup> Quia hæc dicit Dominus exerci-  
tuum

Sup. 14. c. 14.  
23. c. 21.  
29. b. 9.

occurrant nunc dñs.



tuū ad columnas, & ad mare, & ad Ba- 4. Re. 25. c. 7.  
 ses, & ad reliqua vasorū, quæ remanserūt  
 20 in ciuitate hac: quæ nō tulit Nabucho-  
 donosor rex Babylonis, cū transferret Ie- 4. Reg. 24.  
 choniā filiū Ioacim regē Iuda de Ierusalē d. 16.  
 in Babylonē, & omnes optimates Iuda &  
 21 Ierusalē. Quia hæc dicit Dominus exer-  
 cituum Deus Israël ad vasa quæ derelicta  
 sunt in domo Domini, & in domo regis  
 22 Iuda & Ierusalē. In Babylonem transfe- 4. Re. 25. c. 3.  
 rentur, & ibi erunt vsque ad diē visitatio-  
 nis suæ, dicit Dominus: & afferri faciam  
 ea, & restitui in loco isto. **s. est.**

## CAP. XXVIII.

1 **E**T factum est in anno illo in principio  
 A Regni Sedecię regis Iuda, in anno quar-  
 to, in mēse quinto, dixit ad me Hananias  
 filius Azur propheta de Gabaō, in domo  
 Domini corā sacerdotib⁹ & omni popu-  
 2 lo, dicens, Hęc dicit Dominus exercituū  
 Deus Israël, Cōtriui iugū regis Babylonis.  
 3 Adhuc duo anni dierū, & ego referri fa-  
 ciam ad locū istū omnia vasa domus Do-  
 mini quę tulit Nabuchodonosor rex Ba-  
 bylonis de loco isto, & transtulit ea in Ba-  
 4 bylonē. Et Iechoniā filiū Ioacim regem  
 Iuda, & omnē transmigratiōē Iudæ, qui  
 ingressi sunt in Babylonē, ego conuertā  
 ad locū istum, ait Dominus: cōterā enim  
 5 iugum regis Babylonis. Et dixit Ieremias  
 B propheta ad Hananiā prophetā in oculis  
 sacerdotū, & in oculis omnis populi qui  
 6 stabat in domo Domini: & ait Ieremias  
 propheta, Amen, sic faciat Dominus: fu-

N

sciret



scitet Dñs verba tua quæ prophetaſti : vt  
 referantur vafa in domũ Domini, & om  
 nis tranſmigratione de Babylone ad locum  
 iſtũ. ¶ Veruntamẽ audi verbum hoc quod 7  
 ego loquor in auribus tuis, & in auribus  
 vniuerſi populi, ¶ Prophetæ qui fuerunt 8  
 ante me & ante te ab initio, & propheta  
 uerũt ſuper terras multas, & ſuper regna  
 magna, de prælio & de afflictione & de  
 fame. ¶ Prophetæ qui vaticinatus eſt pacẽ: 9  
 cũ venerit verbũ eius, ſcietur propheta C  
 quem miſit Dominus in veritate. ¶ Et tu- 10  
 lit Hananias propheta catenam de collo  
 Ieremiæ prophetæ, & confregit eã. ¶ Et ait 11  
 Hananias in conſpectu omnis populi, di  
 cens, Hæc dicit Dominus, Sic confringã  
 iugum Nabuchodonofor regis Babylo  
 nis poſt duos annos dierũ de collo om  
 nium gentiũ. ¶ Et abiit Ieremias propheta 12  
 in viã ſuam. Et factũ eſt verbum Domini  
 ad Ieremiam, poſtquam confregit Hana  
 nias propheta catenam de collo Ieremiæ  
 prophetæ, dicẽs, ¶ Vade, & dices Hananię, 13  
 Hęc dicit Dominus, Catenas ligneas con- D  
 triuiſti, & facies pro eis catenas ferreas.  
 ¶ Quia hæc dicit Dominus exercituum 14  
 Deus Iſraël, Iugum ferreum poſui ſuper  
 collum cunctarum Gentium iſtarum, vt  
 ſeruiant Nabuchodonofor regi Babylo  
 nis, & ſeruiant ei: inſuper & beſtias terræ  
 dedi ei. ¶ Et dixit Ieremias propheta ad 15  
 Hananiam prophetam, Audi Hanania: nõ  
 miſit te Dominus, & tu confidere feciſti  
 populum iſtum in mendacio. ¶ Idcirco 16  
 hæc

veſte. p. ſicã.



hæc dicit Dominus : Ecce ego mittam te à facie terræ: hoc anno morieris . aduer-  
 17 sum enim Dominũ locutus es. Et mor-  
 tuus est Hananias propheta in anno illo,  
 mense septimo.

## CAP. XXIX.

1 **E**T hæc sunt verba libri quæ misit Ie-  
 A Remias propheta de Ierusalẽ ad reli-  
 quias seniorum transmigrationis , & ad  
 sacerdotes, & ad prophetas , & ad omnẽ  
 populũ quem traduxerat Nabuchodono-  
 2 sor de Ierusalem in Babylonẽ: postquam  
 egressus est Iechonias rex , & domina, &  
 eunuchi, & principes Iuda, & Ierusalẽ, &  
 3 faber, & inclusor de Ierusalem: in manu  
 Elasa filij Saphã, & Gamariæ filiæ Helciæ,  
 quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabu-  
 chodonosor regẽ Babylonis in Babylonẽ  
 4 dicens, Hæc dicit Dñs exercituum Deus  
 Israël omni transmigrationi quam tran-  
 5 stuli de Ierusalem in Babylonem, Ædifi-  
 cate domos, & habitate: & plantate hor-  
 6 tos, & comedite fructum eorum. Acci-  
 B pite vxores , & generate filios & filias: &  
 date filiis vestris vxores , & filias vestras  
 date viris, & pariãt filios & filias: & mul-  
 tiplicamini ibi, & nolite esse pauci nume-  
 7 ro. Et quærite pacem ciuitatis ad quam  
 transmigrate vos feci : & orate pro ea ad  
 Dominũ : quia in pace illius erit pax vo-  
 8 bis. Hæc enim dicit Dñs exercituũ Deus  
 Israël : Non vos seducãt prophetae vestri  
 qui sunt in medio vestrum, & diuini ve-  
 stri: & ne attẽdatis ad somnia vestra quæ

*hinc quas.**c  
reginn.**Sup. 14. b. 23.  
23. d. 16. 27.  
b. 9.*

N 2

VOS



vos somniatis: <sup>1</sup> Quia falsò ipsi prophetarunt  
 vobis in nomine meo: - & nò misì eos,  
 dicit Dñs. <sup>2</sup> ¶ Quia hæc dicit Dñs, Cùm  
 cœperint impleri in Babylone septuaginta  
 anni, visitabo vos: & suscitabo super vos  
 verbũ meũ bonũ, vt reducã vos ad locũ  
 istum. <sup>3</sup> Ego enim scio cogitationes quas  
 ego cogito super vos, ait Dñs, cogitatio-  
 nes pacis, & nò afflictionis, vt dem vobis  
 finẽ & pãtentiã. <sup>4</sup> Et inuocabitis me, &  
ibitis: & orabitis me, & ego exaudiã vos.  
<sup>5</sup> Quæretis me, & inuenietis: cùm quæsie-  
 ritis me in toto corde vestro. <sup>6</sup> Et inueniar  
 à vobis, ait Dñs: & reducã captiuitatem  
 vestrã: & cõgregabo vos de vniuersis gen-  
 tibus, & de cunctis locis ad quẽ expuli vos,  
 dicit Dñs: & reuerti vos faciã de loco ad  
 quem transmigrare vos feci. <sup>7</sup> Quia dixi-  
 stis, Suscitabit nobis Dñs prophetas in Ba-  
 bylone, <sup>8</sup> Quia hæc dicit Dñs ad regẽ qui  
 sedet super solium David, & ad omnẽ po-  
 pulũ habitatorẽ vrbis huius, ad fratres ve-  
 stros qui nò sunt egressi vobiscũ in trans-  
 migrationem. <sup>9</sup> Hæc dicit Dñs exercituũ,  
 ¶ Ecce, mittã in eos gladiũ, & famẽ & pe-  
 stem: ¶ & ponã eos quasi ficus malas quæ  
 comedi nò possunt, eo quòd pessime sint.  
<sup>10</sup> Et persequar eos in gladio, & in fame,  
 & in pestilentia: & dabo eos in vexationẽ  
 vniuersis regnis terræ: in maledictionẽ, &  
 in stuporẽ, & in sibilũ, & in opprobrium  
 cunctis Gentibus ad quas ego eieci eos.  
<sup>11</sup> Eo quòd non audierint verba mea, dicit  
 Dñs: quẽ misì ad eos per seruos meos pro-  
 phetas

- 1.

Sup. 25. c. 12.

E. 26. c. 22.

2. Par. 36.

d. 21

1. Esd. 1. c. 1.

D. 11. 9. a. 2.

Et speram vel quæ  
 expectetis  
 viuetis.

3. Esd. 1. g. 47

suscitauit.

Sup. 24. d. 10

Sup. 24. c. 8.



phetas de nocte cōfurgens & mittens: &  
 20 non audistis, dicit Dñs. <sup>1</sup> Vos ergo audite  
 E verbū Dñi omnis trāsmigratio, quā emisi  
 21 de Ierusalē in Babylonē. <sup>2</sup> Hęc dicit Dñs  
 exercituū, Deus Israhel ad Achab filiū Co-  
 lię, & ad Sedeciā filiū Maasię, qui prophe-  
 tant vobis in nomine meo mēdaciter, Ec-  
 ce ego tradā eos in manus Nabuchodo-  
 nosor regis Babylonis: & percutiet eos in  
 22 oculis vestris. <sup>3</sup> Et assumetur ex eis male-  
 dictio omni trāsmigrationi Iudæ quæ  
 est in Babylone, dicētū, Ponat te Dñs sicut  
 Sedeciā, & sicut Achab quos frixit rex  
 23 Babylonis in igne, <sup>4</sup> pro eo quòd fecerint  
 stultitiā in Israhel, & mœchati sunt in vxo-  
 res amicorū suorū, & locuti sunt verbū  
 in nomine meo mendaciter quod non  
 mandavi eis. ego sum iudex & testis, di-  
 24 cit Dñs. <sup>5</sup> Et ad Semeiā Nehelamitē dices:  
 25 <sup>6</sup> Hęc dicit Dñs exercituū, Deus Israhel, Pro  
 eo quòd misisti in nomine tuo libros ad  
 omnem populū qui est in Ierusalē, & ad  
 Sophoniā filium Maasię sacerdotē, & ad  
 26 vniuersos sacerdotes dicens, <sup>7</sup> Dñs dedit  
 te sacerdotem pro Ioiade sacerdote: vt fis  
 dux in domo Dñi super omnē virū arrep-  
titiū & prophetantē, vt mittas eum in  
 27 neruum & in carcerē. <sup>8</sup> Et nunc quare nō  
 increpasti Ieremiā Anathothitē, qui pro-  
 28 phetat vobis? <sup>9</sup> Quia super hoc misit in  
 Babylonē ad nos, dicens, Longū est: edifi-  
 cate domos & habitate: & plantate hor-  
 29 tos, & comedite fructus eorū. <sup>10</sup> Legit ergo  
 G Sophonias sacerdos librū istum in auri-

vel tota captiui-  
 tas iuda q̄ est in  
 babel. accipiet  
 ab eis increpati-  
 onē et dicet.

torruit  
 qui cognosco

malac. c. 3.

meo

furio sum.

idcirco.

Epistolā hanc



bus Ieremiæ prophetæ. <sup>1</sup>Et factū est ver- 30  
 bum Domini ad Ieremiam, dicens: <sup>2</sup>Mitte 31  
 ad omnē transmigrationem, dicens, Hæc  
 dicit Dominus ad Semeiā Nehelamiten:  
 Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias,  
 & ego non misi eū: & fecit vos confidere  
 in mendacio: <sup>3</sup> Idcirco hæc dicit Domi- 32  
 nus: Ecce, ego visitabo super Semeiā Ne-  
 helamiten, & super semen eius: non erit  
 ei vir sedens in medio populi huius, &  
 non videbit bonū quod ego faciā populo  
 meo, ait Dominus, quia præuaricationem  
 locutus est aduersus Dominum.

## CAP. XXX.

**H**Oc verbū quod factū est ad Ieremiā 1  
 à Domino, dicens, <sup>2</sup> Hæc dicit Dñs 2  
 Deus Israël, dicens: Scribe tibi omnia ver- A  
 ba quæ loquutus sum ad te, in libro. <sup>3</sup> Ec- 3  
 ce enim dies veniunt, dicit Dñs, & con-  
 uertam conuersionē populi mei Israël &  
 Iuda, ait Dñs, & conuertā eos ad terram  
 quam dedi patribus eorū, & possidebunt  
 eam. <sup>4</sup> Et hæc verba quæ locutus est Do- 4  
 minus ad Israël & ad Iudā, <sup>5</sup> Quoniā hæc 5  
 dicit Dñs, Vocē terroris audiuimus: for-  
 mido, & non est pax. <sup>6</sup> Interrogate, & vi- 6  
 dete si generat masculus? quare ergo vidi  
 omnis viri manū super lumbū suū, quasi  
 parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ  
 facies in auruginē? <sup>7</sup> ¶ Vē, quia magna dies 7  
 illa, nec est similis eius: tempusque tribu-  
 lationis est Iacob, & ex ipsa saluabitur.  
<sup>8</sup> Et erit in die illa, ait Dñs exercituū: con- 8  
 teram iugū eius de collo tuo, & vincula B  
 eius

*defectionem.*

*captiuitatez.*

*Toel 2. d. 20.*

*e. 11.*

*Amos 5. e. 18.*

*Soph. 1. d. 15.*

*Esa. 13. a. 6.*



eius dirumpam : & nō dominabuntur ei  
 9 amplius alieni: sed seruiēt Dño Deo suo,  
 & David regi suo quem suscitabo eis.  
 10 ¶ Tu ergo non timeas serue meus Iacob,  
 ait Dñs, neq; paucas Israēl: quia ecce ego  
 saluabo te de terra longinqua, & semen  
 tuū de terra captiuitatis eorū: & reuerte-  
 tur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet  
 11 bonis, & non erit quē formidet: Quoniā  
 tecum ego sum, ait Dñs, vt saluē te. faciā  
 enim consummationē in cunctis Gētibus  
 in quibus dispersi te: te autē non faciā in  
 12 consummationem: sed castigabo te in iu-  
 dicio, vt nō videaris tibi innoxius. Quia  
 hęc dicit Dñs: Insanābilis fractura tua,  
 13 peffima plaga tua. Non est qui iudicet iu-  
 diciū tuū ad alligandū: curationū vti-  
 14 litas nō est tibi. Omnes amatores tui obli-  
 15 ti sunt tui, teq; non quærent. ¶ plaga enim  
 inimici percussi te castigatione crudeli;  
 ¶ propter multitudinē iniquitatis tuę dura  
 16 facta sunt peccata tua. ¶ Quid clamas su-  
 per contritione tua? Insanabilis est dolor  
 tuus: ¶ propter multitudinem iniquitatis  
 tuę, & propter dura peccata tua feci hęc  
 17 tibi. Propterea omnes qui comedunt te,  
 deuorabuntur: & vniuersi hostes tui in  
 captiuitatē ducentur: & qui te vastant,  
 vastabuntur, cunctosq; prædatores tuos  
 18 dabo in prædā. ¶ Obducā enim cicatricē  
tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit  
 Dñs. Quia eiectā vocauerunt te Siō, Hęc  
 est quæ non habebat requirentē. Hęc di-  
 19 cit Dñs: Ecce, ego conuertam conuersio-

**IESUS.**

Isa. 43. a. 1.

44. a. 2.

Luc. 1. 8. 70.

πτεπνταλυσ εριτ

suicidēdo nō suc  
 cidā te,

2  
 vel desperata

sanitate: medici  
 ne curatiue nō sūt  
 tibi.

multiplicata.

Sup. 23. d. 19.

Sup. 13. d. 22.

Sup. 15. d. 18.

Sup. 13. d. 22.

et q<sup>4</sup> multiplica  
 ta sūt.

5  
 curabo enim sa  
 nitatē tibi.



*sup' tumulu' suu' s'z dispositione' suam habitab'.*

*amplificabo*

**iesus.**

*se congregens.*

niem tabernaculorum Iacob, & tectis eius  
 miserebor, & ædificabitur ciuitas in ex-  
 celso suo, & templum iuxta ordinem suu'  
fundabitur. ¶ Et egredietur de eis laus, 19  
 voxque ludentium: & multiplicabo eos,  
 & non minuentur: & glorificabo eos: &  
 non attenuabuntur. ¶ Et erunt filij eius si- 20  
 cut à principio: & cœtus eius coram me  
 permanebit: & visitabo aduersum omnes  
 qui tribulāt eum. ¶ Et erit dux eius ex eo: 21  
 & princeps de medio eius producetur:  
 & applicabo eum, & accedet ad me. quis  
 enim iste est, qui applicet cor suu', vt ap-  
 propinquet mihi, ait Dominus? ¶ Et eritis 22  
 mihi in populum: & ego ero vobis in  
 Deum. ¶ Ecce, turbo Domini, furor egre- 23  
 diens, procella ruens: in capite impiorum  
 conquiescet. ¶ Non auertet iram indigna- 24  
 tionis Dominus: donec faciat & cōpleat  
 cogitatione' cordis sui. in nouissimo die-  
 rum intelligetis ea.

## CAP. XXXI.

**I**N tēpore illo, dicit Dñs, Ero Deus vni- 1  
 uersis cognationibus Israël, & ipsi erūt A  
 mihi in populū. ¶ Hæc dicit Dominus, in- 2  
 uenit gratiā in deserto populus qui remā  
ferat gladio: vadet ad requiē suam Israël.  
 ¶ Lōgē Dominus apparuit mihi, Et in cha- 3  
 ritate perpetua dilexi te, ideo attraxi te  
 miserans. ¶ Rursumque ædificabo te, & 4  
 ædificaberis virgo Israël, adhuc ornaberis  
 tympanis tuis, & egredieris in choro lu-  
 dentiu'. ¶ Adhuc plantabis vineas in mon- 5  
 tibus Samariæ: plantabunt plantantes, &  
 donec

*euaserat a gladi*

*a longo tēpore.*

**iesus.**



p̄phānabūt.

exultate in capite

\*In montes  
Samarie.

Esa. 2. a. 3.

Mich. 4. a. 2.

Zach. 8. d. 23.

nuditi vos facite  
et laudate.

\*precibus

redimūt.

p̄ frumētū et g

dolebūt valp̄nu  
ebūt.

e. p̄cepta. 29

saturabitur.

N 5

dicit

- donec tempus veniat, nō vindemiabunt:
- 6 Quia erit dies in qua clamabunt custo-  
des\* in monte Ephraim, Surgite, & ascen-  
damus in Sion ad Dominum Deum no-  
strum. Quia hæc dicit Dñs, Exultate in  
7 latitia Iacob, & hincite contra caput Gen-  
tium: perfonate, & canite, & dicite: Salua  
8 Dñe populū tuum reliquias Israël. Ecce,  
B ego adducam eos de terra Aquilonis, &  
congregabo eos ab extremis terræ: inter  
quos erunt cæcus & claudus, & prægnās  
& pariēs simul, cœtus magnus reuertenti-  
9 tium huc. In fletu venient: & in "miseri-  
cordia' reducam eos: & adducam eos per  
torrentes aquarū in via recta, & non im-  
pingent in ea: quia factus sum Israëlī pa-  
ter, & Ephraim ptimogenitus meus est.
- 10 Audite verbū Domini gentes, & annun-  
tiate in insulis quæ procul sunt, & dicite,  
Qui dispersit Israël, congregabit eum: &  
custodiet eum sicut pastor gregē suum.
- 11 Redem̄itenim Dominus Iacob, & libe-  
12 rabit eum de manu potentioris. Et ve-  
nient, & laudabunt in monte Sion: &  
confluent ad bona Domini super frumē-  
to, & vino, & oleo, & fœtu pecorum &  
armetorū: eritque anima eorū quasi hor-  
13 tus irriguus, & ultra non esurient. Tunc  
C letabitur virgo in choro, iuuenes & senes  
simul: & conuertā luctum eorū in gau-  
dium, & consolabor eos, & lætificabo à  
14 dolore suo. Et inebriabo animā sacerdo-  
tum pinguedine: & populus meus bonis  
15 meis adimplebitur, ait Dominus. Hæc



Mat. 2. d. 18.

admittere consolationes.

dicit Dominus, Vox in excelsis audita est  
 lamentationis, luctus & fletus Rachel plorantis  
 filios suos: & nolētis consolari super eis,  
 quia non sunt. <sup>16</sup> Hæc dicit Dominus, Quiescat  
 vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis:  
 quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur  
 de terra inimici. <sup>17</sup> Et est spes nouissimis tuis, ait  
 Dominus, & reuertētur filij ad terminos suos.  
<sup>18</sup> Audiens audiui Ephraim transmi-  
grantem, Castigasti me, & eruditus sum,  
 quasi iuuenculus indomitus. cōuerte me,  
 & conuertar: quia tu Dñs Deus meus.

plangentem  
castigatus.

<sup>19</sup> Postquã enim conuertisti me, egi pœnitentiã:  
 & postquam ostendisti mihi, percussisti femur meũ.

nonne filij pretiosus est mihi Ephraim, nonne puer delectabilis.

Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiã meã.  
<sup>20</sup> Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus:

titulos, pone tibi cumulos altos.

quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius.  
 Idcirco conturbata sunt viscera mea super eũ: miserans miserebor eius, ait Dominus.  
<sup>21</sup> Statue tibi speculã, pone tibi amaritudines:  
 dirige cor tuũ in viam rectã, in qua ambulasti:  
 reuere te virgo Israël, reuere te ad ciuitates tuas istas.

verte te huc et illuc filia rebellis

<sup>22</sup> Usque quo deliciis dissoluëris filia vaga? quia creauit Dñs nouum super terrã. FOEMI-

Diug Berna. ho. 2. supmissus est

NA CIRCVDABIT VIRVM: <sup>23</sup> Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël,

habitaculus

Adhuc dicent verbũ istud in terra Iuda, & in vrbibus eius,  
 cùm conuertero captiuitatẽ eorũ, Benedicat tibi Dñs pulchritudo iustitiã,  
 mons sanctus: <sup>24</sup> & habitabunt



hant in eo Iudas, & omnes ciuitates eius  
 25 simul: agricolæ & minâtes greges. <sup>2</sup> Quia  
 inebriauî animâ lassam: & omnē animâ  
 26 esurientē fatûraui. <sup>2</sup> Ideo quasi de somno  
 suscitatus sum: & vidi, & somnus meus  
 27 dulcis mihi. <sup>2</sup> Ecce, dies veniunt, dicit Do-  
 minus: & seminabo domū Israël & do-  
 mum Iuda semine hominū, & semine iu-  
 28 mentorū. <sup>2</sup> Et sicut vigilaui super eos vt  
 euellerem, & demolirer, & dissiparē, &  
 disperderē, & affligerem: sic vigilabo su-  
 per eos vt ædificem, & plantem, ait Do-  
 29 minus. <sup>2</sup> In diebus illis non dicent vltra,  
 ¶ Patres comederūt vnam acerbā, & den-  
 30 tes filiorū obstupuerunt. <sup>2</sup> Sed vnusquis-  
 que in iniquitate sua morietur: omnis ho-  
 mo qui comederit vñā acerbā, obstupe-  
 31 cent dentes eius. <sup>2</sup> ¶ Ecce, dies venient, di-  
 cit Dominus: & feriam domui Israël &  
 32 domui Iuda fœdus nouū: <sup>2</sup> non secundū  
 pactum quod pepigi cū patribus<sup>1</sup> vestris  
 in die qua apprehendi manū eorū, vt edu-  
 cerem eos de terra-Ægypti: pactum quod  
 irritū fecerunt, & ego dominatus sum  
 33 eorum, dicit Dominus. <sup>2</sup> Sed hoc erit pa-  
 ctum quod feriā cū domo Israël post dies  
 illos, dicit Dñs: ¶ Dabo legē meā in visce-  
 ribus eorū, & in corde eorū scribam eam:  
 & ero eis in Deum, ¶ & ipsi erunt mihi in  
 34 populū. <sup>2</sup> Et nō docebit vltra vir prox-  
 imum suum, & vir fratrem suum, dicens,  
 ¶ Cognosce Dñm. omnes enim cognos-  
 cent me à minimo eorū vsque ad maxi-  
 mū, ait Dominus: ¶ quia propitiabor ini-  
 quitati

*tristē implēui.*

*vel sollicitus fui.*

*Exec. 12. a. 20*

*Heb. 8. b. 8*

**IESUS.**

*eorum 60*

*vel quāuis dñā  
rez.*

*Heb. 10. c. 18*

*Sup. 24. c. 70*

*¶ Cognoscite  
Deum. 9.*

*Aa. 10. g. 43*



*Statuetur.*

quitati eorum, & peccati eorum nō me- 35  
 morabor amplius. <sup>¶</sup> Hæc dicit Dominus G  
 qui dat solem in lumine diei, ordinē lu-  
 næ & stellarū in lumine noctis: qui tur-  
 bat mare, & sonāt fluctus eius. Dñs exer-  
 cituum nomē illi. <sup>¶</sup> Si defecerint leges iste 36  
 coram me, dicit Dominus: tunc & semen  
 Israël deficiet, vt non sit gens coram me  
 cunctis diebus. <sup>¶</sup> Hæc dicit Dominus, Si 37  
 mensurari potuerint cæli fursum, & in-  
 uestigari fundamenta terræ deorsum: &  
 ego abiiciā vniuersum semen Israël, pro-  
 pter omnia quæ fecerunt, dicit Dñs. <sup>¶</sup> Ec- 38  
 ce, dies veniunt, dicit Dñs: & ædificabi-  
 tur ciuitas Dño à turre Hananeel vsq; ad  
 portā anguli. <sup>¶</sup> Et exhibit vltra <sup>norma</sup> mē- 39  
 suræ in conspectu eius super collē Gareb:  
 & circuibit Goátha, <sup>¶</sup> Et omnē vallem ca- 40  
 dauerum, & cineres, & vniuersam regio-  
nem mortis, vsque ad torrentem Cedrō,  
 & vsque ad angulum portæ equorum  
 Orientalis: sanctum Dñi non euelletur,  
 & non destruetur vltra in perpetuum.

*venient***Eccia. hier.***hic,*  
*simul cū omni se-*  
*demoth.**sanctificabitur*  
*domino*

## CAP. XXXII.

**V**erbum quod factū est ad Ieremiā à 1  
 Domino in anno decimo Sedecia A  
 regis Iuda: ipse est annus decimus octauus  
 Nabuchodonosor. <sup>¶</sup> Tunc exercitus regis 2  
 Babylonis obsidebat Ierusalem: & Iere-  
 mias propheta erat clausus in atrio carce-  
 ris, qui erat in domo regis Iuda. <sup>¶</sup> Clause- 3  
 rat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens,  
 Quare vaticinaris, dicēs, Hæc dicit Dñs, Ec-  
 ce ego dabo ciuitatē istā in manu regis Ba-  
 bylonis,



4 bylonis, & capiet eam? Et Sedecias rex Iuda  
 non effugiet de manu Chaldaeorum: sed tra-  
 detur in manus regis Babylonis: & loque-  
 tur os eius cum ore illius, & oculi eius ocu-  
 5 los illius videbunt. Et in Babylonem du-  
 6 cet Sedeciam: & ibi erit donec visitet eum,  
 ait Dominus. si autem dimicaueritis aduersum  
 7 Chaldeos, nihil prosperum habebitis. Et  
 dixit Ieremias, Factum est verbum Domini  
 8 ad me, dicens, Ecce Hanameel filius Sellu  
 patruelis tuus veniet ad te, dicens, Em-  
 9 tibi agrum meum qui est in Anathoth:  
 tibi enim competit ex propinquitate ut  
 10 emas. Et venit ad me Hanameel filius  
 patris mei secundum verbum Domini ad ve-  
 stibulum carceris, & ait ad me, Posside a-  
 grum meum qui est in Anathoth in terra  
 Beniamin: quia tibi competit hereditas,  
 & tu propinquus es ut possideas. Intelle-  
 11 xi autem quod verbum Domini esset. Et emi  
 agrum ab Hanameel filio patris mei qui est  
 in Anathoth: & appendi ei argentum septem  
 12 stateres, & decem argenteos. Et scri-  
 ptum in libro, & signavi, & adhibui testes:  
 13 & appendi argentum in statera. Et ac-  
 cepi librum possessionis signatum, & stipu-  
 14 lationes, & rata, & signa forinsecus. Et tri-  
 dedi librum possessionis Baruch filio Ne-  
 ri filij Maasiae in oculis Hanameel pa-  
 truelis mei, & in oculis testium qui scripti  
 erant in libro emptionis, in oculis omnium  
 15 Iudaeorum qui sedebant in atrio carceris. Et  
 16 praeci Baruch coram eis, dicens, Haec dicit  
 C. Dominus exercituum Deus Israel, Sume libros  
 istos,

<sup>1</sup>  
sicles.

<sup>2</sup>  
emtionis

<sup>3</sup>  
non est statuta si  
mul cum exapla



*simul cū exemplari* istos, librū emptionis hunc signatū, & li-  
*pones.* brū hunc qui apertus est: & pone illos in  
*aha.* vase fictili, vt permanere possint diebus  
*impossibile quicq̃* multis. ¶ Hæc enim dicit Dñs exercituum  
*Exo. 34. 1. 7.* Deus Israël, Adhuc possidebūtur domus,  
*multus opere* & agri, & vineę in terra ista. ¶ Et orauī ad  
 Dñm postquā tradidi librū possessionis  
 Baruch filio Neri, dicens, ¶ Heu, heu, heu,  
 Dñe Deus: ecce tu fecisti cælū & terrā in  
 fortitudine tua magna, & in brachio tuo  
 extento: non erit tibi difficile omne ver-  
bum: ¶ Qui facis misericordiā in millib⁹,  
 & reddis iniquitatē patrū in sinū filiorū  
 eorū post eos, Fortissime, magne, & potēs:  
 Dñs exercituū nomen tibi. ¶ Magnus cō-  
 filio, & incomprehensibilis cogitatu: cu-  
 ius oculi aperti sunt super omnes vias fi-  
 liorū Adam: vt reddas vnicuiq; secundū  
 vias suas, & secundū fructum adinuen-  
 tionū eius. ¶ Qui posuisti signa & porten-  
 ta in terra-Ægypti vsq; ad diem hanc, &  
 in Israël, & in hominibus: & fecisti tibi  
 nomē sicut est dies hæc. ¶ Et eduxisti popu-  
 lum tuū Israël de terra-Ægypti, in signis,  
 & in portentis, & in manu robusta, & in  
 brachio extento, & in terrore magno. ¶ Et  
 dedisti eis terrā hanc, quā iurasti patribus  
 eorū vt dares eis terram fluentē lacte &  
 melle. ¶ Et ingressi sunt, & possederūt eā:  
 & nō obedierunt voci tuę, & in lege tua  
 non ambulauerunt: omnia quæ mādasti  
 eis vt facerent, nō fecerunt: & euenerunt  
 eis omnia mala hæc. ¶ Ecce munitiones  
 extractæ sunt aduersum ciuitatē, vt capia-  
 tur:



tur: & vrbs data est in manus Chaldæo-  
 rum, qui præliantur aduersus eam à fa-  
 cie gladij, & famis, & pestilentie: & quæ-  
 cunq; locutus es acciderunt, vt tu ipse cer-  
 nis. Et tu dicis mihi Dñe Deus, Eme a-  
 grum argento, & adhibe testes cùm vrbs  
 data sit in manus Chaldæorū? Et factū est  
 verbū Dñi ad Ieremiā, dicens, Ecce ego  
 Dñs Deus vniuersæ carnis: nūquid mihi  
 difficile erit omne verbū? Propterea hæc  
 E dicit Dñs, Ecce, ego tradā ciuitatē istā in  
 manus Chaldæorū, & in manus regis Ba-  
 bylonis, & capient eā. Et venient Chal-  
 dæi præliantes aduersum urbem hanc &  
 succendent eā igni, & cōburent eā, & do-  
 mos in quarum domatibus sacrificabant  
 Baal, & libabant diis alienis libamina ad  
 irritandū me. Erant enim filij Israēl & fi-  
 lij Iuda iugiter facientes malū in oculis  
 meis ab adolescentia sua: filij Israēl qui  
 vsque nunc exacerbant me in opere ma-  
 nuum suarū, dicit Dñs. Quia in furore,  
 & in indignatione mea facta est mihi ci-  
 uitas hæc, à die qua ædificauerunt eam,  
 vsque ad diē istam, qua auferetur de con-  
 spectu meo. Propter malitiā filiorū Isra-  
 ēl & filiorum Iuda, quā fecerunt ad ira-  
 cundiā me prouocantes, ipsi & reges eo-  
 rum, principes eorū, & sacerdotes eorum,  
 & prophetae eorum, viri Iuda & habita-  
 tores Ierusalē. Et verterunt ad me terga  
 & nō facies: cùm docerem eos diluculo  
 & erudirem, & nōllent audire vt accipe-  
 rent disciplinam. Et posuerunt idōla  
 sua

\* Et in me-  
 nus Regie  
 Babylonia

v  
 nabuchodonosor

docerē eos: et eru-  
 ditē diluculo.

n  
 nollent.

Sup. 2. f. 26.

1. Reg. 21. 4. 4



*sacrificantes*

sua in domo, in qua inuocatum est nomē  
 meum, vt polluerent eam. <sup>35</sup> Et ædificaue-  
 runt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij  
 Ennom: vt initiarent filios suos & filias  
 suas Moloch: quod nō mandauī eis, nec  
 ascendit in cor meum, vt facerent abomi-  
 nationem hanc, & in peccatum deduce-  
 rent Iudam. <sup>36</sup> Et nūc propter ista, hæc di-  
 cit Dñs Deus Israël ad ciuitatem hanc, de  
 qua vos dicitis quod tradatur in manus  
 regis Babylonis in gladio, & in fame, &  
 in peste. <sup>37</sup> Ecce, ego congregabo eos de  
 vniuersis terris ad quas eieci eos in furo-  
 re meo, & in ira mea, & in indignatione  
 grandi: & reducam eos ad locum istum,  
 & habitare eos faciam confidenter. <sup>38</sup> Et  
 erunt mihi in populum, & ego ero eis in  
 Deum. <sup>39</sup> Et dabo eis cor vnum, & viam  
 vnam, vt timeant me vniuersis diebus: &  
 bene sit eis, & filiis eorum post eos. <sup>40</sup> Et  
 feriam eis pactum sempiternum: & non  
 desinam eis benefacere: & timorē meum  
 dabo in corde eorum, vt non recedant à  
 me. <sup>41</sup> Et letabor super eis, cum bene eis fe-  
 cero: & plantabo eos in terra ista in veri-  
 tate in toto corde meo & in tota anima  
 mea. <sup>42</sup> Quia hæc dicit Dominus, Sicut ad-  
 duxi super populum istū omne malum  
 hoc grande: sic adducam super eos omne  
 bonum quod ego loquor ad eos. <sup>43</sup> Et pos-  
 sidebuntur agri in terra ista: de qua vos  
 dicitis quod deserta sit, eo quod non re-  
 manserit homo & iumentum, & data sit  
 in manus Chaldæorum. <sup>44</sup> Agri ementur  
 pecunia,

**iesus.**

Eze. II. d. 19  
 26. f. 26.

*ita vt*



pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur in terra Ben-iamin, & in circuitu Ierusalē, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatib<sup>9</sup> montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt: quia conuertā captiuitatem eorum, ait Dñs.

## CAP. XXXIII.

**1** **E**T factū est verbū Domini ad Ieremiā  
**A** secundò, cū adhuc clausus esset in  
**2** atrio carceris, dicens, <sup>1</sup>Hæc dicit Dominus qui facturus est: "&" formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius.  
**3** <sup>2</sup>Clama ad me, & exaudiā te: & annuntiabo tibi grandia, & firma quæ nescis.  
**4** <sup>3</sup>Quia hæc dicit Dñs Deus Israël ad domos vrbs huius, & ad domos regis Iuda quæ destructæ sunt, & ad munitiones, & ad gladiū<sup>4</sup>uentiū vt dimicent cū Chaldeis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percussi in furore meo & in indignatione mea, abscondens faciē meā à ciuitate hac propter omnē malitiā eorum. <sup>5</sup>Ecce, ego obducā "eis" cicatricē & sanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationē pacis & veritatis. <sup>6</sup>Et conuertā conuersionē Iuda, & conuersionē Ierusalē: & ædificabo eos sicut à principio. <sup>7</sup>Et mundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerūt mihi: & propitius ero cūctis iniquitatibus eorū in quibus deliquerunt mihi, & spreuerunt me.  
**8** <sup>8</sup>Et erit mihi in nomē, & in gaudiū, & in  
**B** laudē, & in exultationē cūctis gentibus terræ

<sup>1</sup>rehire faciam.

<sup>2</sup>facit hoc quod cogitat.

<sup>3</sup>Dominus

<sup>4</sup>fortia

<sup>5</sup>quas.

<sup>6</sup>curo et sanitatem et medicinam.

<sup>7</sup>rei.

<sup>8</sup>multitudinem

<sup>9</sup>Israël.

<sup>10</sup>gloriam.



*audietur.**locis.**in planis.**ita ut nō sit hō  
nec habitator nec  
pecus.**laudem**captiuitate**vel curruum  
greges.**Sap. 23. v. 5.**4  
iste qui vocauit  
eum, est**iesu  
Israel  
hoc est  
quod voca-  
bit eum 10.*

terræ quæ audierint omnia bona quæ ego  
facturus sum eis: & pauebūt, & turbabū-  
tur in vniuersis bonis, & in omni pace  
quā ego faciā eis. <sup>9</sup>Hæc dicit Dñs, Adhuc <sup>10</sup>  
audietur in loco isto (quē vos dicitis esse  
desertū, eo quòd nō sit homo nec iumē-  
tum: in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalē,  
quæ desolatę sunt absq; homine & absq;  
habitatore & absque pecore) <sup>11</sup>Vox gaudij  
& vox lætitię, vox sponsi & vox sponsę,  
vox dicentiū, Confitemini Dño exerci-  
tuum, quoniā bonus Dñs, quoniā in æter-  
num misericordia eius: & portantiū vo-  
tā in domū Domini. reducā enim cōuer-  
sionē terræ sicut à principio, dicit Domi-  
nus. <sup>12</sup>Hæc dicit Dominus exercituū, Ad-  
huc erit in loco isto deserto absq; homi-  
ne, & absque iumento, & in cunctis ciui-  
tatibus eius, habitaculū pastorū accuban-  
tium gregū. <sup>13</sup>In ciuitatibus montuosis &  
in ciuitatibus cāpestribus, & in ciuitati-  
bus quæ ad Austrū sunt: & in terra Ben-  
iamin, & in circuitu Ierusalē & in ciui-  
tatibus Iuda adhuc transibunt greges ad  
manū numerantis, ait Dñs. <sup>14</sup>Ecce dies ve-  
nient, dicit Dñs, & suscitabo verbū bonū  
quod locutus sum ad domū Israēl & ad  
domū Iuda. <sup>15</sup>In diebus illis, & in tempore  
illo germinare faciā Dauid germen iusti-  
tię: & faciet iudiciū & iustitiā in terra.  
<sup>16</sup>In diebus illis saluabitur Iuda, & Ieru-  
salē habitabit cōfidenter, & <sup>17</sup>hoc est no-  
men quod vocabunt eum, Dominus iu-  
stus noster. <sup>17</sup>Quia hæc dicit Dominus,

NON



- Nō interibit de Dauid vir, qui sedeat su-  
 18 per thronū domus Israël. Et de sacerdo-  
 tibus & de Leuitis nō interibit vir à facie  
 mea, qui offerat holocausta, & incen-  
 dat sacrificiū, & cædat victimas omnibus  
 19 diebus. Et factū est verbū Domini ad Ie-  
 20 remiā, dicens, Hæc dicit Dominus, Si ir-  
 ritum potest fieri pactū meū cum die, &  
 pactum meū cum nocte, vt nō sit dies &  
 21 nox in tēpore suo: Et pactum meū irri-  
 tum esse poterit cū Dauid seruo meo, vt  
 non sit ex eo filius qui regnet in throno  
 ei⁹, & Leuitæ & sacerdotes ministri mei.  
 22 Sicuti enumerari nō possunt stellæ cæli,  
 & metiri arena maris: sic multiplicabo  
 23 semen Dauid serui mei, & Leuitas mini-  
 stros meos. Et factum est verbū Domini  
 24 ad Ieremiā, dicens: Nunquid non vidisti  
 quid populus hic loquutus sit, dicēs, Due  
 cognationes, quas elegerat Dominus, ab-  
 iectæ sunt: & populū meū despexerunt,  
 25 eo quòd non sit vltra gens corā eis. Hæc  
 dicit Dominus, Si pactū meum inter diē  
 & noctē, & leges cælo & terræ nō posui:  
 26 equidem & semen Iacob, & Dauid serui  
 mei proiciam, vt non assumā de semine  
 eius principes seminis Abraham, Isaac &  
 Iacob. reducam enim conuersionē eorū,  
 & miserebor eis.

c. recurrat.  
 tūc. §. hisit  
 n. 22. 9. 41.

potest exercit⁹

atq;

et

c  
cæli

captiuitatez

## CAP. XXXIII.

- 1 VErbum quod factū est ad Ieremiam à  
 A Domino, quando Nabuchodonosor  
 rex Babylonis, & omnis exercitus eius,  
 vniuersaq; regna terræ quæ erant sub po-  
 2 testate



testate manus eius, & omnes populi bel-  
 labant contra Ierusalem, & contra omnes  
 vrbes eius, dicens, <sup>1</sup> Hæc dicit Dominus  
 Deus Israël, Vade, & loquere ad Sedeciam  
 regē Iuda: & dices ad eum, Hæc dicit Do-  
 minus, Ecce, ego tradā ciuitatem hanc in  
 manus regis Babylonis, & succendet eam  
 igni. <sup>2</sup> Et tu nō effugies de manu eius: sed  
 cōprehensione capiēris: & in manu eius  
 tradēris: & oculi tui oculos regis Baby-  
 lonis videbunt, & os eius cū ore tuo lo-  
 quetur, & Babylonē introibis. <sup>3</sup> Attamen  
 audi verbum Domini Sedecia rex Iuda,  
 Hæc dicit D<sup>s</sup> ad te, Non moriēris in gla-  
 dio, <sup>4</sup> sed in pace moriēris, & secūdū com-  
 bustiones patrū tuorum regū priorū qui  
 fuerunt ante te, sic comburent te: & Vx  
Domine, plangent te: quia verbū ego lo-  
 cutus sum, dicit D<sup>s</sup>. <sup>5</sup> Et locutus est Iere-  
 mias propheta ad Sedeciā regē Iuda vni-  
 uersa verba hæc in Ierusalē. <sup>6</sup> Et exercitus  
 regis Babylonis pugnabat cōtra Ierusalē,  
 & contra omnes ciuitates Iuda quæ reli-  
 quæ erant contra Lachis, & contra Azé-  
 cha: hæc enim supererāt de ciuitatibus Iu-  
 da vrbes munitæ. <sup>7</sup> Verbū quod factū est  
 ad Ieremiā à Domino, postquā percussit  
 rex Sedecias fœdus cum omni populo in  
 Ierusalē prædicans, <sup>8</sup> Ut dimitteret vnus-  
 quisque seruum suum & vnusquisque  
 ancillam suam, Hebræum & Hebræam  
 liberos: & nequaquā dominarentur eis, id  
 est in Iudæo & fratre suo. <sup>9</sup> Audierunt er-  
 go omnes principes, & vniversus popu-  
 lus,

<sup>1</sup>  
*defleberis a dicā  
 tibi ab dne.*

<sup>2</sup>  
*ut erentur ff. j.*



lus, qui inierant pactū, vt dimitteret vnus-  
 quisque seruum suum & vnusquisq; an-  
 cillam suam liberos, & vltra non domi-  
 narentur eis. audierunt igitur, & dimi-  
 11 serunt. ¶ Et conuersi sunt deinceps: &  
 retraxerunt seruos & ancillas suas quos  
 dimiserant liberos, & subiugauerunt in  
 12 famulos & famulas. ¶ Et factū est verbum  
 13 Domini ad Ieremiam à Dño, dicens, ¶ Hęc  
 C dicit Dñs Deus Israël, Ego percussi fœdus  
 cum patribus vestris in die qua eduxi eos  
 de terra-Ægypti, de domo seruitutis, di-  
 14 cens, ¶ Cū cōpleti fuerint septē anni, di-  
 mittat vnusquisq; fratrem suū Hebræū,  
 qui venditus est ei, & seruiet tibi sex an-  
 nis: & dimittes eū à te liberū. & non au-  
 dierunt patres vestri me, nec inclinauerūt  
 15 aurē suam. ¶ Et cōuersi estis vos hodie, &  
 fecistis quod rectum est in oculis meis vt  
 prædicaretis libertatē vnusquisq; ad ami-  
 cū suū: & iniistis pactū in conspectu meo,  
 in domo in qua inuocatū est nomē meū  
 16 super eā. ¶ Et reuersi estis, & commacula-  
 stis nomen meū: & reduxistis vnusquisq;  
 seruum suū, & vnusquisq; ancillā suam  
 quos dimiseratis vt essent liberi & suæ po-  
 testatis: & subiugastis eos vt sint vobis  
 17 serui & ancillæ. ¶ Propterea hęc dicit Dñs,  
 D Vos nō audistis me, vt prædicaretis liber-  
 tatem vnusquisq; fratri suo, & vnusquis-  
 que amico suo: ecce ego prædico vobis li-  
 bertatē, ait Dñs, ad gladiū, ad pestē, & ad  
 famē: & dabo vos in commotionē cun-  
 18 ctis regnis terræ. ¶ Et dabo viros qui præ-  
 uari-

Exo. 21. 4. 2.

Deu. 15. c. 12.

migrauit iudns  
 pp multitudinē  
 afflictionis et sui-  
 tudinis. thren. 1.



*a* in pacti confirmacione. vide pen. c. 15. qui m. b. s. in gentibz erat. *Orunt* in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius, *Principes* Iuda & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terre, qui transierunt inter diuisiones vituli: *Et* dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in escam volatilibus cæli & bestiis terræ. *Et* Sedeciam regem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylo nis, qui recesserunt à vobis. *Ecce*, Ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersus eam, & capient eam, & incendet igni: & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo quòd non sit habitator.

## CAP. XXXV.

*vnũ cubiculis.* **V**erbum quod factum est ad Ieremiam à Domino in diebus Ioacim filij Iosia regis Iuda, dicens, *Vade* ad domum Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in vnã exedrã thesaurorum, & dabis eis bibere vinum. *Et* assumpsi Iezoniam filium Ieremiæ filij Habaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam domum Rechabitarum. *Et* introduxi eos in domum Domini, ad gazo phylaciũ filiorum Hanan filij Iegedelie hominis Dei, quod erat iuxta gazophylaciũ prin-

*cubiculũ. et. j.*



principū, super thesaurū Maasīæ filij Sel-  
 5 lū, qui erat custos vestibuli. <sup>9</sup> Et posui cor-  
 rā filiis domus Rechabitarū scyphos ple-  
 nos vino, & calices: & dixi ad eos, Bibite  
 6 vinū. <sup>9</sup> Qui respōderūt, Nō bibem<sup>9</sup> vinū:  
 B quia Ionadab filius Rechab, pater noster,  
 præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinū  
 vos & filij vestri vsque in sempiternum. *4. reg. 10.*  
 7 <sup>9</sup> Et domū nō ædificabitis, & semētem nō  
 feretis, & vineas nō plantabitis, nec habe-  
 bitis: sed in tabernaculis habitabitis cun-  
 ctis diebus vestris, vt viuatīs diebus mul-  
 tis super faciē terræ in qua vos peregrina-  
 8 mini. <sup>9</sup> Obediuimus ergo voci Ionadab fi-  
 lij Rechab, patris nostri, in omnibus quæ  
 præcepit nobis: ita vt nō biberemus vinū  
 cūctis diebus nostris: nos & mulieres no-  
 9 stræ, filij & filiæ nostræ: <sup>9</sup> & nō ædificare-  
 mus domos ad habitandum: & vineam  
 10 & agrū & sementē nō habuimus: <sup>9</sup> sed ha-  
 bitauimus in tabernaculis, & obedientes  
 fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis *fecimus 8.*  
 11 Ionadab pater noster. <sup>9</sup> Cū autem af-  
 cendisset Nabuchodonosor rex Babylo-  
 nis ad terram nostram, diximus, Venite,  
 & ingrediamur Ierusalem à facie exerci-  
 tus Chaldæorum, & à facie exercitus Sy-  
 12 riæ: & mansimus in Ierusalem. <sup>9</sup> Et factū  
 C est verbum Domini ad Ieremiam, dicēs,  
 13 <sup>9</sup> Hæc dicit Dominus exercituum Deus  
 Israël, Vade, & dic vītis Iuda & habita-  
 toribus Ierusalē, Nunquid non recipietis *custoditi sūt.*  
 disciplinā, vt obediatis verbis meis, dicit  
 14 Dominus? <sup>9</sup> Præualuerunt sermones Io-  
 nadab



nadab filij Rechab, quos precepit filiis suis  
 ut non biberent vinum: & non biberunt  
 vsq; ad diem hanc, quia obedierunt pre-  
 cepto patris sui: ego autē locutus sum ad  
 vos, de mane confurgens & loquens, &  
 nō obedistis mihi. <sup>15</sup> Misq; ad vos omnes  
 feruos meos prophetas, confurgens dilu-  
 culo, mittensq;, & dicens: **¶** Cōuertimini  
 vnusquisque à via sua pessima, & bona fa-  
 cite studia vestra: & nolite sequi deos alie-  
 nos, neq; colatis eos, & habitabitis in ter-  
 ra quā dedi vobis & patrib<sup>9</sup> vestris: & nō  
 inclinastis aurē vestrā, neque audistis me.  
<sup>16</sup> Firmauerūt igitur filij Ionadab filij Re-  
 chab preceptū patris sui quod preceperat D  
 eis: populus autē iste non obediuit mihi.  
<sup>17</sup> Idcirco hæc dicit Dñs exercituum, Deus  
 Israel: Ecce, ego adducā super Iudā & su-  
 per omnes habitatores Ierusalē vniuer-  
 sam afflictionē quam locutus sum aduer-  
 sum illos: eo quòd locutus sum ad illos,  
 & non audierunt: vocaui illos, & non re-  
 sponderunt mihi. <sup>18</sup> Domui autē Rechabi-  
 tarū dixit Ieremias: Hæc dicit Dñs exer-  
 cituū Deus Israël, Pro eo quòd obedistis  
 precepto Ionadab patris vestri, & custo-  
 distis omnia mādata eius, & fecistis vni-  
 uersa quæ precepit vobis: <sup>19</sup> Propterea hæc  
 dicit Dominus exercituū Deus Israël, Nō  
 deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab,  
 stans in conspectu meo cunctis diebus.

## CAP. XXXVI.

**E**T factū est in anno quarto Ioachim fi-  
 lij Iosia regis Iuda: factū est verbū hoc A  
 ad

Sup. 18. b. 11.

v 25. a. 5.

opera

adducā

nōte. mona  
chi,



2 ad Ieremiã à Dño, dicens: ¶ Tolle volumẽ  
 libri, & scribes in eo omnia verba quę lo-  
 cutus sum tibi aduersum Israël & Iudã,  
 & aduersum omnes gentes: à die qua lo-  
 cutus sum ad te ex dieb<sup>9</sup> Iosif vsq; ad diẽ  
 3 hanc. ¶ Si fortẽ audiente domo Iuda vni-  
 uersa mala quę ego cogito facere eis, re-  
 uertatur vnusquisque à via sua pessima:  
 & propitius ero iniquitati, & peccato eo-  
 4 rum. ¶ Vocauit ergo Ieremias Baruch filiũ  
 Nerix: & scripsit Baruch ex ore Ieremix  
 omnes sermones Dñi, quos locutus est ad  
 5 eũ, in volumine libri. ¶ & præcepit Iere-  
 mias Baruch, dicens, Ego clausus sum, nec  
 6 valeo ingredi domũ Domini. ¶ Ingredere  
 B ergo tu, & lege de volumine in quo scrip-  
 sisti ex ore meo verba Domini, audiente  
 populo in domo Dñi in die ieiunij: insu-  
 per & audiente vniuerso Iuda, qui veniũt  
 7 de ciuitatibus suis, leges eis: ¶ Si fortẽ ca-  
 dat oratio eorum in conspectu Domini,  
 & reuertatur vnusquisq; à via sua pessi-  
 ma: quoniam magnus furor & indigna-  
 tio est, quã locutus est Dñs aduersus po-  
 8 pulum hunc. ¶ Et fecit Baruch filius Ne-  
 rix iuxta omnia quę præceperat ei Iere-  
 mias propheta, legēs ex volumine sermo-  
 9 nes Domini in domo Domini. ¶ Factũ est  
 autem in anno quinto Ioacim filij Iosix  
 regis Iuda, in mense nono: prædicauerunt  
 ieiunium in conspectu Domini omni po-  
 pulo in Ierusalẽ, & vniuersę multitudini  
 quę confluxerat de ciuitatibus Iuda in  
 10 Ierusalem. ¶ Legitque Baruch ex volumi-  
 ne



cubiculo ff. j.

legente.

ne sermones Ieremiæ in domo Domini **C**  
 in gazophylacio Gamariæ filij Saphã scri-  
 bæ, in vestibulo superiori, in introitu por-  
 tæ nouæ domus Dñi, audiente omni po-  
 pulo. ¶ Cumq; audisset Michæas filius Ga-  
 mariæ filij Saphan omnes sermones Dñi  
 ex libro: ¶ descendit in domum regis ad  
 gazophylaciũ scribæ: & ecce, ibi oēs prin-  
 cipes sedebant, Elisama scriba, & Dalaias  
 filius Semeiæ, & Elnathã filius Achobor:  
 & Gamarias filius Saphan, & Sedecias fi-  
 lius Hananiæ, & vniuersi principes. ¶ Et  
 nuntiauit eis Michæas omnia verba quæ  
 audiuit, legentem Baruch ex volumine  
 in auribus populi. ¶ Miserunt itaque  
 omnes principes ad Baruch, Iudi filium  
 Nathaniæ filij Selemiç, filij Chusi, dicen-  
 tes, Volumen ex quo legisti audiente po-  
 pulo, sume in manu tua, & veni. Tulit  
 ergo Baruch filius Neriæ volumen in ma-  
 nu sua, & venit ad eos. ¶ Et dixerunt ad  
 eum, Sede & lege hæc in auribus nostris.  
 Et legit Baruch in auribus eorum. ¶ Igi-  
 tur cū audissent omnia verba, obstupue-  
 runt vnusquisq; ad proximũ suũ, & dixe-  
 runt ad Baruch, Nuntiare debemus regi  
 oēs sermones istos. ¶ Et interrogauerũt eũ  
 dicentes, Indica nobis quomodo scripsisti  
 oēs sermones istos ex ore eius. ¶ Dixit autẽ  
 eis Baruch, Ex ore suo loquebatur quasi  
 legēs ad me omnes sermones istos: & ego  
 scribebã in volumine atramẽto. ¶ Et dixe-  
 runt principes ad Baruch, Vade, & abscon-  
 dere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi si-  
 tis.



20 tis. Et ingressi sunt ad regē in atriū: por-  
 rō volumen cōmendauerunt in gazophy-  
 lacio Elisamæ scribæ: & nuntiauerūt au-  
 21 diente rege oēs sermones. Misitque rex  
 E ludi, vt sumeret volumen: qui tollēs illud  
 de gazophylacio Elisamę scribæ, legit au-  
 diente rege, & vniuersis principibus qui  
 22 stabāt circa regē. Rex autē sedebat in do-  
 mo hyemali in mēse nono: & posita erat  
 23 arula corā eo plena prūnis. Cumq; legis-  
 set Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit il-  
 lud scalpello scribæ: & proiecit in ignem  
 qui erat super arulā: donec cōsumeretur  
 24 omne volumē igni qui erat in arula. Et  
 nō timuerunt, neq; sciderunt vestimenta  
 sua rex, & oēs serui eius qui audierunt v-  
 25 niuersos sermones istos. Verūtāmē Elna-  
 than, & Dalaias, & Gamarias cōtradixerūt  
 regi ne cōbureret librū: & nō audiuit eos.  
 16 Et præcepit rex Ieremiel filio Amélech,  
 F & Saraia filio Ezriel, & Selemiæ filio Ab-  
 deel, vt cōprehenderēt Baruch scribā, &  
 Ieremiā prophetā. abscondit autē eos Dñs.  
 17 Et factū est verbū Dñi ad Ieremiā pro-  
 phetā postquā cōbusserrat rex volumē, &  
 sermones quos scripserat Baruch ex ore  
 18 Ieremiæ, dicēs: Rursum tolle volumē a-  
 liud: & scribe in eo oēs sermones priores,  
 qui erāt in primo volumine, quod cōbuf-  
 19 sit Ioacim rex Iuda. Et ad Ioacim regem  
 Iuda dices, Hæc dicit Dominus, Tu com-  
 bustisti volumen illud, dicens, Quare scri-  
 pūsti in eo annuntians, Festinus veniet  
 rex Babylonis, & vastabit terram hanc:

et ardebat.

rogauerunt regem

c  
istud

&



& cessare faciet ex illa hominem & iumentum? <sup>1</sup>Propterea hæc dicit Dominus <sup>30</sup> contra Ioacim regē Iuda, Non erit ex eo qui sedeat super solium David: & cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem. <sup>31</sup>Et visitabo contra eum, & contra semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas, & adducam super eos & super habitatores Ierusalē, & super viros Iuda omne malū quod locutus sum ad eos: & nō audierūt. <sup>32</sup>Jeremias autē tulit volumē aliud, & dedit illud Baruch filio Nerix scribæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremix oēs sermones libri, quem combusserat Ioacim rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multò plures, quàm antea fuerant.

## CAP. XXXVII.

4. Re. 4. d. 17  
2. p. 1. 36. b. 10  
3. Esd. 1. f. 47

**E**T regnauit rex Sedecias filius Iosia <sup>1</sup> pro Iechonia filio Ioacim: quē consti- A tuit regē Nabuchodonosor rex Babylo- nis in terra Iuda. <sup>2</sup>Et non obediuit ipse, & serui eius, & popul⁹ terre verbis Dñi quē locutus est in manu Ieremix prophetæ. <sup>3</sup>Et misit rex Sedecias Iuchal filium Sel- mia, & Sophoniã filiū Maasix sacerdotē ad Ieremiã prophetã, dicens, Ora pro nobis Dominū Deum nostrū. <sup>4</sup>Jeremias autē liberè ambulabat in medio populi. nō enim miserant eū in custodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto: & audientes Chaldæi qui obsidebāt Ierusalē, huiuscemodi nuntiū, recesserunt ab Ierusalē. <sup>5</sup>Et factum est verbum,   
Domi-

venit et egressus est  
in mediū.



6 Dñi ad Ieremiã prophetã, dicēs, <sup>9</sup>Hæc di-  
 cit Dñs Deus Israël, Sic dicetis regi Iuda,  
 B qui misit vos ad me interrogandú : Ecce  
 exercitus Pharaonis, qui egressus est vo-  
 bis in auxilium, reuertetur in terrã suã in  
 7 Ægyptũ. <sup>9</sup>& rediēt Chaldæi, & bellabūt  
 contra ciuitatē hanc, & capient eã, & suc-  
 8 cendēt eã igni. <sup>9</sup>Hæc dicit Dominus, No-  
 lite decipere animas vestras, dicētes, Eun-  
 tes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi:  
 9 quia non abibunt. <sup>9</sup>Sed & si percussēritis  
 omnem exercitum Chaldæorum qui præ-  
 liãtur aduersum vos, & derelicti fuerint  
 ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio  
 suo consurgent, & incendēt ciuitatem  
 10 hanc igni. <sup>9</sup>Ergo cū recessisset exercitus  
 Chaldæorum ab Ierusalem propter exer-  
 11 citũ Pharaonis, <sup>9</sup>Egressus est Ieremias de  
 Ierusalem vt iret in terram Ben-iamin, &  
 diuideret ibi possessionē in <sup>a</sup>conspectu ci-  
 12 uiũ. <sup>9</sup>Cumq; peruenisset ad portã Ben-ia-  
 C min, erat ibi custos portæ per vices, no-  
 mine Ierias, filius Selmia filij Hanania:  
 & apprehendit Ieremiam prophetam, di-  
 13 cens, Ad Chaldæos profugis. <sup>9</sup>Et respōdit  
 Ieremias, Falsum est, non fugio ad Chal-  
 dæos. Et non audiuit eum: sed compre-  
 hendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum  
 14 ad principes. <sup>9</sup>Quam ob rem irati princi-  
 pes contra Ieremiam, cæsum eũ miserunt  
 in carcerem qui erat in domo Ionathan  
 scribæ. ipse enim præpositus erat super  
 15 carcerem. <sup>9</sup>Itaq; ingressus est Ieremias in <sup>1</sup>carcerem  
 domum laci & in ergástulum: & sedit  
 ibi

vel vt recederat e  
 medio populi sui

1  
 carcerem



<sup>1</sup> *1. dñe ne aliqd dñs.* ibi Ieremias diebus multis. <sup>16</sup> Mittens au-  
 tem Sedecias rex tulit eum: & interroga-  
 uit eum in domo sua absconditè, & dixit,  
*Subaudi ieremias.* Putásne est sermo à Domino? Et dixit Ie-  
*dixit p̄terea* remias, Est. Et ait, In manus regis Babylo-  
 nis tradéris. <sup>17</sup> Et dixit Ieremias ad regem  
 Sedeciam. Quid peccaui tibi & seruis  
 tuis & populo tuo, quia misisti me in do-  
 mum carceris? <sup>18</sup> Vbi sunt prophetae vestri  
 qui prophetabant vobis, & dicebant,  
*grata sit* Non veniet rex Babylonis super vos, &  
 super terram hanc? <sup>19</sup> Nunc ergo audi obse-  
 cro Domine mi rex, Valeat deprecatio  
 mea in cōspectu tuo: & ne me remittas in  
 domū Ionathā scribæ, ne moriar ibi. <sup>20</sup> Præ-  
 cepit ergo rex Sedecias vt traderetur Iere-  
 mias in vestibulo carceris: & daretur ei  
*de vico pistox* torta panis quotidie, excepto pulmento,  
 donec cōsumerétur oēs panes de ciuitate:  
 & mansit Ieremias in vestibulo carceris.

## CAP. XXXVIII.

<sup>1</sup> *Sap. 21. c. 9.* **A** Vdiuit autē Saphatias filius Mathā, <sup>1</sup>  
 & Gedelias filius Phassur, & Iuchal <sup>A</sup>  
 filius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ,  
 sermones quos Ieremias loquebatur ad  
 omnem populum, dicēs, <sup>2</sup> Hæc dicit Dñs,  
 || Quicumq; manserit in ciuitate hac, mo-  
 rietur gladio & fame & peste: qui autem  
 profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit a-  
 nima eius sospes & viuēs. <sup>3</sup> Hæc dicit Do-  
 minus, Tradendo tradetur ciuitas hæc in  
 manu exercitus regis Babylonis; & capiet  
 eā. <sup>4</sup> Et dixerunt principes regi, Rogamus  
 vt occidatur homo iste: de industria e-  
 nim



nim dissoluit manus virorū bellantium,  
 qui remāserunt in ciuitate hac, & manus  
 vniuersi populi, loquens ad eos iuxta ver- *vniuersi.*  
 ba hæc, siquidē homo iste non quærit pa-  
 5 cem populo huic, sed malū. Et dixit rex  
 B Sedecias, Ecce ipse in manibus vestris est:  
 nec enim fas est regem vobis quicquā ne-  
 6 gare. Tulerunt ergo Ieremiam, & proie-  
 cerunt eum in lacum Melchiæ filij Amé-  
 lech qui erat in vestibulo carceris: & sub-  
 miserunt Ieremiam in <sup>a</sup> funibus in la- *funibus &*  
 cum in quo non erat aqua, sed lutum, *in lacu nō aqua.*  
 7 descendit itaq; Ieremias in cœnum. Au- *infixus est*  
 diuit autem Abde-mélech Æthiops vir  
 eunuchus qui erat in domo regis, quòd  
 miserunt Ieremiam in lacū: porrò rex se-  
 8 debat in porta Ben-iamin. Et egressus est  
 Abde-mélech de domo regis, & locutus  
 9 est ad regem, dicens, Domine mi rex, ma-  
 C lescecerunt viri isti omnia quæcunq; per-  
 petrarunt contra Ieremiam prophetam,  
 mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi  
 fame. non sunt enim panes vltra in ciui-  
 10 tate. Præcepit itaque rex Abde-mélech  
 Æthiopi, dicens, Tolle tecum hinc tri-  
 ginta viros, & leua Ieremiam prophetam  
 11 de lacu, antequā moriatur. Assumptis *thesauro.*  
 ergo Abde-mélech secū viris ingressus est  
 domū regis, quæ erat sub cellario: & tu-  
 lit inde veteres pānos, & antiqua que cō- *\* vestimēta;*  
 putruerāt: & submisit ea ad Ieremiā in la-  
 12 cū per funiculos. Dixitq; Abde-mélech  
 Æthiops ad Ieremiam, Pone veteres pan-  
 nos, & hæc scissa & putrida sub cubito  
 ma-



*Subter 4.* manuū tuarū, & <sup>super</sup> funes. fecit ergo  
 Ieremias sic. <sup>Et</sup> extraxerūt Ieremiā funi- 13  
 bus, & eduxerūt eū de lacu. mansit autē D  
 Ieremias in vestibulo carceris. <sup>Et</sup> misit 14  
 rex Sedecias, & tulit ad se Ieremiam pro-  
 phetā ad ostiū tertiū quod erat in domo  
 Dñi: & dixit rex ad Ieremiā, Interrogo e-  
 go te sermonē, ne abscondas à me aliquid.  
<sup>Dixit</sup> autē Ieremias ad Sedeciā, Si annun- 15  
 tiauerō tibi, nunquid non interficies me?  
 & si consiliū dederō tibi, non me audies.  
<sup>Iurauit</sup> ergo rex Sedecias Ieremiæ clām, 16  
 dicēs, Viuit Dominus qui fecit nobis ani-  
 mā hanc, si occidero te, & si tradidero te  
 in manus virorū istorū qui quærunt ani-  
 mam tuā. <sup>Et</sup> dixit Ieremias ad Sedeciam, 17  
 Hæc dicit Dñs exercituū Deus Israël, Si  
 profectus exieris ad principes regis Baby- E  
 lonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc nō  
 succēdetur igni: & saluus eris tu<sup>v</sup>, & do-  
 mus tua. <sup>Si</sup> autē nō exieris ad principes 18  
 regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in  
 manus Chaldæorū, & succēdent eā igni:  
 & tu nō effugies de manu eorū. <sup>Et</sup> dixit 19  
 rex Sedecias ad Ieremiam, Solicitus sum  
 propter Iudæos, qui trāsfigerūt ad Chal-  
 dæos: ne fortè tradar in manus eorum, &  
 illudent mihi. <sup>Respondit</sup> autē Ieremias, 20  
 Non te tradēt. audi quæso vocē Dñi, quā  
 ego loquor ad te, & bene tibi erit, & vi-  
 uet anima tua. <sup>Quod</sup> si nolueris egredi: 21  
 iste est sermo quem ostendit mihi Domi-  
 nus. <sup>Ecce</sup> omnes mulieres quæ remanse- 22  
 runt in domo regis Iuda, educentur ad F  
 prin-

*Y*  
*st populus tuus.*

*timeo*



- principes regis Babylonis: & ipsæ dicent, *in cenā et in lubrico*  
Seduxerunt te, & prauauerunt aduersum *icūq;*  
 te viri pacifici tui, demerserunt in cœno,  
 & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à  
 23 te. Et omnes vxores tuæ, & filij tui edu-  
 centur ad Chaldæos: & non effugies ma-  
 nus eorum, sed in manu regis Babylonis  
 capieris: & ciuitatē hanc comburet igni.  
 24 Dixit ergo Sedecias ad Ieremiam, Nul-  
 25 lus sciat verba hæc, & non morieris. Si  
 G autem audierint principes quia locutus  
 sum tecum: & venerint ad te, & dixerint  
 tibi, Indica nobis quid locutus sis cū re-  
 ge, ne celes nos, & non te interficiemus:  
 26 & quid locutus est tecum rex? Dices ad  
 eos, Prostravi ego preces meas coram re-  
 ge, ne me reduci iuberet in domū Iona-  
 27 than, & ibi morerer. Venerunt ergo om-  
 nes principes ad Ieremiam, & interroga-  
 uerunt eum: & locutus est eis iuxta om-  
 nia verba quæ præceperat ei rex, & cessa-  
 uerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum.  
 28 Mansit verò Ieremias in vestibulo car-  
 ceris, vsque ad diem quo capta est Ierusa-  
 lem: & factum est vt caperetur Ierusalē.

## CAP. XXXIX.

- 1 **A** Nno nono Sedecię regis Iuda, men- *4. re. 25. d. 10.*  
 A se decimo, venit Nabuchodonosor *Infr. 52. d. 4.*  
 rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad  
 2 Ierusalem, & obsidebant eam. Undeci-  
 mo autem anno Sedecię, mense quarto,  
 3 quinta mensis aperta est ciuitas. Et in- *nona l.*  
 gressi sunt omnes principes regis Babylo-  
 nis, & sederunt in porta media: Neregel,  
 P Seré-



Seréfer, Semegar-nabu, Sar-fachim, Rab-  
 fares, Neregel, Seréfer, Reb-mag, & omnes  
 reliqui principes regis Babylonis. ¶ Cum- 4  
 que vidisset eos Sedecias rex Iuda, & om-  
 nes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt  
 nocte de ciuitate per viam horti regis, &  
 per portam quæ erat inter duos muros,  
 & egressi sunt ad viam deserti. ¶ Persecu- 5  
 tus est autem eos exercitus Chaldæorû: B  
 & comprehenderunt Sedeciã in campo  
 solitudinis Ierichontinæ, & captum addu-  
 xerunt ad Nabuchodonosor regem Babylo-  
 nis in Reblátha, quæ est in terra-Emath:  
 & locutus est ad eum iudicia. ¶ Et occidit rex 6  
 Babylonis filios Sedeciæ in Reblátha, in  
 oculis eius: & omnes nobiles Iuda occi-  
 dit rex Babylonis. ¶ Oculos quoq; Sede- 7  
 ciæ eruit: & vinxit eum cõpedibus, vt duce-  
 retur in Babylonem. ¶ Domum quoq; re- 8  
 gis, & domum vulgi succenderunt Chal-  
 dæi igni: & murum Ierusalem subuerterunt.  
 ¶ Et reliquias populi, qui remanserant in 9  
 ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad  
 eum, & superfluos vulgi qui remãserant  
 trãstulit Nabuzardã magister militum in  
 Babylonem. ¶ Et de plebe pauperum, qui nihil 10  
 penitus habebat, dimisit Nabuzardã ma- C  
 gister militum in terra-Iuda: & dedit eis  
 vineas & cisternas in die illa. ¶ Præceperat 11  
 autem Nabuchodonosor rex Babylonis de  
 Ieremia Nabuzardan magistro militum,  
 dicens: ¶ Tolle illum, & pone super eum o- 12  
 culos tuos, nihilque ei mali facias: sed vt  
 voluerit, sic facias ei. ¶ Misit ergo Nabuzar 13  
 dan

residuumq;

vel lanioꝝ st. j.



dā princeps militiæ, & "Nabusezbaz' & "Nabu & Rab-fares, & Neregel, & Seréfer, & Reb-  
 mag, & omnes optimates regis Babylo-  
 nis, <sup>14</sup> miserunt & tulerunt Ieremiã de ve-  
 stibulo carceris, & tradiderunt eum Go-  
 dolię filio Ahicam filij Saphã, vt intraret  
 in domũ, & habitaret in populo. <sup>15</sup> Ad Ie-  
 remiã autē factus fuerat sermo Domini,  
lamentātes. <sup>22</sup> De planctu Iazer plorabo tibi  
vineam Sabama: propagines tuę tranſierunt  
mare, vsque ad mare Iazer peruenerunt:  
super messem tuam, & vindemiam tuam  
prædo intruit. <sup>23</sup> Ablata est lætitia & exul-  
tatio de Carmelo & de terra Moab, & vi-  
num de torcularibus sustuli: nequaquam  
calcator uix solitū celeusma cātabit. <sup>24</sup> De  
clamore Hesebon vsque Eleale & Iasa, de-  
derunt vocem suā: à Segor vsq; ad Oro-  
naim vitulā cōternātē: aquæ quoq; Ne-  
rim peſsimā erant. <sup>25</sup> Et auferam de Moab,  
ait Dñs: offerentē in excelsis, & sacrifican-  
tem diis eius. <sup>26</sup> Propterea cor meum ad  
Moab quasi tibia resonabit: & cor meum  
ad viros muri fictilis dabit sonitum tibia-  
rum: quia plus fecit quā potuit, idcirco  
perierūt. <sup>27</sup> Omne enim caput caluitium,  
& omnis barba rafa erit in cunctis mani-  
bus



bus colligatio, & super omne dorsum ci-  
 18 licium. <sup>1</sup> Super omnia recta Moab, & in  
 plateis eius omnis planctus: quoniā con-

<sup>2</sup> res lūbas.  
<sup>2</sup> quod nō delebit

39 <sup>1</sup> Quomodo victa est, & vlulauerūt? quo-  
 modo deiecit ceruicem Moab, & confu-  
 sus est? eritq; Moab in derisum & in exē-  
 40 plū omnibus in circuitu suo. <sup>1</sup> Hæc dicit

<sup>3</sup> formidinem.

Dominus, Ecce quasi Aquila volabit, &  
 41 extēdet alas suas ad Moab. <sup>1</sup> Capta est Ca-  
 6 rioth, & munitiones cōprehensę sunt: &

<sup>7</sup> magnificauit os  
suūq.

erit cor fortiū Moab in die illa, sicut cor  
 42 mulieris parturiētis. <sup>1</sup> Et cessabit Moab es-  
 se populus: quoniam contra Dominū glō-  
 43 riatus est. <sup>1</sup> Pauor & fouea & laqueus su-  
 per te ō habitator Moab, dicit Dominus.

44 <sup>1</sup> Qui fugerit à facie pauoris, cadet in fo-  
 ueam: & qui conscenderit de fouea, ca-  
 pietur laqueo: adducā enim super Moab  
 45 annum visitationis eorū, ait Dominus. <sup>1</sup> In

Isa. 24. c. 18.

umbra Hesebon steterunt de laqueo fu-  
 giētes: quia ignis egressus est de Hesebon,  
 & flāma de medio Siō: & deuorauit par-  
 tem Moab, & verticē filiorū tumultus.

<sup>2</sup> pp violentiaz.  
<sup>5</sup> fines.

46 <sup>1</sup> Væ tibi Moab, peristi popule Chamos:  
 quia cōprehensi sunt filij tui, & filia tuæ  
 47 in captiuitatē. <sup>1</sup> Et conuertā captiuitatem  
 Moab in nouissimis dieb⁹, ait Dominus.

Hucusque iudicia Moab.

CAP. XLIX.

1 **A**D filios Ammon. Hæc dicit Dñs, Nun  
 A **A**quid nō filij sunt Israël? aut hæres nō  
 est ei? Cur igitur hæreditate possedit Mel-  
 chom, Gad: & popul⁹ eius in vrbibus eius

<sup>2</sup> rex eoz

Q 4

habita-



*venient**a  
ville**etumulū 2.**rey 8024**rebellis**fugientes &**corrupta.**4  
veniant sup te  
nō relinquent.*

habitavit? Ideo ecce dies veniūt, dicit Do-  
 minus: & auditū faciā super Rabbath fi-  
 liorū Ammō fremitū praelij, & erit in tu-  
 multū' dissipata, filiaq; eius igne succen-  
 dentur, & possidebit Israēl possessores  
 suos, ait Dñs. Vlula Hesebon, quoniā va-  
 stata est Hai. clamate filiæ Rabbath, accin-  
 gite vos cilicijs: plāgite & circuite per se-  
 pes: quoniā Melchom in transmigratiōē  
 ducetur, sacerdotes eius, & principes eius  
 simul. Quid gloriaris in vallib? defluxit  
 vallis tua filia delicata, quæ confidebas in  
 thesauris tuis, & dicebas, Quis veniet ad  
 me? Ecce ego inducā super te terrorē, ait  
 Dñs Deus exercituum, ab omnibus qui  
 sunt in circuitu tuo: & dispergemini sin-  
 guli à cōspectu vestro, nec erit qui congre-  
 get fugientes. Et post hæc reuerti faciam  
 captiuos filiorum Ammon, ait Dñs. Ad  
 Idumæam. Hęc dicit Dñs exercituū: Nun-  
 quid non vltra est sapientia in Theman?  
 Periit consilium à filiis: inutilis facta est  
 sapientia eorum. Fugite & terga vertite,  
 descēdite in voraginē habitatores Dedan;  
 quoniā perditionē Esau adduxi super eū,  
 tempus visitationis eius. Si vindemiato-  
 res venissent super te, nō reliquissent race-  
 mum: si fures in nocte, rapuissent quod  
 sufficeret sibi. Ego verò discooperui E-  
 sau, reuelauī abscondita eius, & celari non  
 poterit: vastatū est semen eius, & fratres  
 eius, & vicini eius, & non erit. Relinque  
 pupillos tuos: ego faciā eos viuere: & vi-  
 duæ tuæ in me sperabūt. Quia hæc dicit  
 Dñs,



C Dñs; Ecce, quibus nō erat iudiciū vt bibe-  
 rent calicē, bibentes bibent: & tu quasi in-  
 nocēs relinqueris? nō eris innocēs, sed bi-  
 13 bens, bibes. <sup>1</sup> Quia per memetipsum iura-  
 ui, dicit Dñs, q̄ in solitudinē & in oppro-  
 briū, & in desertū, & in maledictionē erit  
 Bosra: & omnes ciuitates eius erunt in so-  
 14 litudines sempiternas. <sup>2</sup> Auditū audiui à  
 Dño, & legatus ad gentes missus est, Con-  
 gregamini, & venite contra eam, & cōsur-  
 15 gamus in preliū. <sup>3</sup> Ecce enim paruulū dedi-  
 te in Gentibus, contemptibilē inter homi-  
 16 nes. <sup>4</sup> Arrogātia tua decepit te, & superbia  
 cordis tui: qui habitas in cavernis petrae,  
 & apprehendere niteris altitudinē collis.  
 llcūm exaltaueris quasi aquila nidū tuū,  
 17 inde detrahā te, dicit Dñs. <sup>5</sup> Et erit Idumēa  
 D deserta: omnis qui transibit per eā, stupe-  
 bit & sibilabit super omnes plagas eius.  
 18 <sup>6</sup> Sicut subuersa est Sodoma & Gomor-  
 rha & vicinæ eius, ait Dñs: non habitabit  
 ibi vir, & non incolet eā filius hominis.  
 19 <sup>7</sup> Ecce quasi leo ascēdet de <sup>3</sup> superbia Iorda-  
 nis ad pulchritudinē robustā: quia subito  
 currere faciā eum ad illā: & quis erit ele-  
 ctus quem præponā ei? quis enim similis  
 mei? & quis sustinebit me? <sup>8</sup> & quis est  
 20 iste pastor, qui resistat vultui meo? Pro-  
 pterea audite consiliū Dñi quod iniit de  
 Edom: & cogitationes eius, quas cogita-  
 uit de habitatoribus Theman, Si non de-  
 iecērunt eos paruuli gregis, nisi dissipauē-  
 rint cū eis habitaculū eorū. <sup>9</sup> A voce rui-  
 nę eorū cōmota est terra: clamor in Mari-  
 rubro

p̄ uerb. 11. 11. p̄ 21  
 4. sup̄ra. 25.

a  
 immunis eris?  
 nō eris immu-  
 nis.

Abd. 1. a. 3.

Sūm

x  
 turribz Edifica-  
 tis sup̄ p̄ta.

Abd. 1. a. 4.

abiectū.

Gen. 19. c. 24

Inf. 50. f. 40

3

a timore

4  
 habitaculū robu-  
 stū

5  
 cōstituet mihi tē-  
 pus.

Iob 41. a. 7.

Inf. 50. g. 44



rubro auditus est vocis eius. <sup>1</sup> Ecce quasi <sup>2</sup>  
 aquila ascēdet & auolabit: & expādet alas  
 suas super Bosram: & erit cor fortiū Idu-  
 mææ in die illa, quasi cor mulieris partu-  
 rientis. <sup>3</sup> Ad Damascū. Confusa est Emath <sup>23</sup>  
 & Arphad: quia auditū pessimū audierūt, E  
 turbati sunt in mari: præ sollicitudine  
 quiescere nō potuit. <sup>4</sup> Dissoluta est Dama- <sup>24</sup>  
 scus, versa est in fugā, tremor apprehēdit  
 eā: angustia & dolores tenuerunt eā quasi  
 parturientē. <sup>5</sup> Quomodò dereliquerūt ci- <sup>25</sup>  
 uitatē laudabilē, urbē lætitiæ? <sup>6</sup> Ideò cadēt <sup>26</sup>  
 iuuenes eius in platēis eius: & omnes viri  
 prælii conticescent in die illa, ait Dñs exer-  
 cituū. <sup>7</sup> Et succendā ignē in muro Dama- <sup>27</sup>  
 sci, & deuorabit mœnia Ben-adad. <sup>8</sup> Ad <sup>28</sup>  
 Cedar, & ad regna Asor, quę percussit Na-  
 buchodonosor, rex Babylonis, hæc dicit  
 Dñs, Surgite, & ascendite ad Cedar, & va-  
 state filios Orientis. <sup>9</sup> Tabernacula eorū, & <sup>29</sup>  
 greges eorū capient: pelles eorū, & omnia F  
 vasa eorū, & camelos eorū tollent sibi: &  
 vocabūt super eos formidinē in circuitu.  
<sup>10</sup> Fugite, abite vehementer, in voragini- <sup>30</sup>  
 bus sedete qui habitatis Asor, ait Dñs: iniit  
 enim cōtra vos Nabuchodonosor rex Ba-  
 bylonis consiliū, & cogitauit aduersum  
 vos cogitationes. <sup>11</sup> Cōsurgite, & ascendite <sup>31</sup>  
 ad gentē quietā, & habitantē cōfidenter,  
 ait Dñs, non ostia, nec vectes eis: soli habi-  
 tant. <sup>12</sup> Et erunt cameli eorū in direptionē, <sup>32</sup>  
 & multitudo iumentorū in prædā: & dis-  
 pergā eos in omnem ventū, qui sunt at-  
 tonsi in comam: & ex omni cōfīnio eorū  
 addu-

\*eius.

oā latg exulātēs  
 in angulis ter-  
 re.



33 adducam interitū super eos, ait Dñs. Et  
 erit Aſor in habitaculū draconū, deſerta  
 vſq; in æternum: non manebit ibi vir, nec  
 34 incolet eā filius hominis. Quod factū eſt  
 G verbū Dñi ad Ieremiā prophetā aduerſus  
 Ælam in principio regni Sedecia, regis Iu-  
 35 da, dicēs, Hæc dicit Dñs exercituum, Ecce *principiū fortitu-  
dinis eorū.*  
 36 tudinē eorū. Et inducā super Ælam qua-  
 tuor vētos à quatuor plagis cæli: & vēti-  
 labo eos in omnes vētos iſtos: & non erit  
 gēs ad quā nō perueniāt profugi Ælam.  
 37 Et pauere faciā Ælam corā inimicis ſuis,  
 & in cōſpectu quærentiū animā eorū: &  
 adducā super eos malū, irā furoris mei, dī-  
 38 cit Dñs, & mittam poſt eos gladiū, donec  
 conſumā eos. Et ponam ſolium meū in  
 Ælam & perdam inde reges & principes,  
 39 ait Dñs. In nouiſſimis autē diebus reuertī  
 faciam captiuos Ælam, dicit Dominus.

## CAP. L.

1 V<sup>er</sup>bū quod locutus eſt Dñs de Baby-  
 A lone, & de terra Chaldaeorū in manu  
 2 Ieremiæ prophetæ. Annuntiate in Gēti-  
 bus, & auditū facite, leuate ſignū: prædi-  
 cate, & nolite celare: dicite, Capta eſt Ba-  
 bylon, confuſus eſt Bel, victus eſt Mero-  
 3 dach, cōfuſa ſunt ſculptilia eius, ſuperata  
 ſunt idōla eorū. Quoniā ascendit cōtra  
 eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram  
 eius in ſolitudinē: & non erit qui habitet  
 in ea, ab homine vſque ad pecus, & moti  
 4 ſunt, & abierūt. In diebus illis, & in tem-  
 pore illo ait Dñs, venient filij Iſraël, ipſi &  
 filij

c  
 eorū  
 aſcendet



1  
venite et adherete  
dño.

iesus . rom .

osee . 10 .  
2 . pa  
ral . 15 .

suscitabo.

6  
lati fuistis qm ex  
ultastis.

7  
multiplicati estis  
sicut vitula q pas  
cit gaza  
minna.

8  
erubuit

9  
et dñs

filij Iuda simul: ambulātes & flentes pro-  
petabunt, & Dñm Deū suū quærent. ¶ In  
Sion interrogabunt viā, huc facies eorū:  
venient, & apponentur ad Dñm fœdere  
tempiterno quod nulla obliuione delebi-  
tur. ¶ Grex perditus factus est popul⁹ me⁹:  
pastores eorū seduxerunt eos: feceruntq;  
vagari in montibus: de monte in collem  
transierūt, obliti sunt cubilis sui. ¶ Omnes  
qui inuenerūt, comederunt eos: & hostes  
eorum dixerunt, Nō peccauimus: pro eo  
quòd peccauerunt Domino decori iusti-  
tiæ, & expectationi patrum eorum Domi-  
no. ¶ Recedite de medio Babylonis, & de  
terra Chaldæorum egredimini: & estote  
quasi hœdi ante gregem. ¶ Quoniam ecce  
ego suscitō, & adducam in Babylonē con-  
gregationem gentium magnarum de ter-  
ra Aquilonis: & præparabuntur aduersus  
eam, & inde capietur: sagitta eius quasi vi-  
ri fortis interfectoris non reuertetur va-  
cua: ¶ Erit Chaldæa in prædam: omnes  
vastantes eam replebuntur, ait Dominus.  
¶ Quoniam exultatis, & magna loquimi-  
ni, diripientes hæreditatem meam: quo-  
niam effusi estis sicut vitulus super her-  
bam, & mugistis sicut tauri. ¶ Confusa est  
mater vestra nimis, & adæquata pulueri  
quæ genuit vos: ecce nouissima erit in Gē-  
tibus, \*deserta, inuia, & arens. ¶ Ab ira Do-  
mini non habitabitur, sed redigetur to-  
ta in solitudinē: omnis qui transibit per  
Babylonem, stupebit, & sibilabit super v-  
niuersis plagis eius. ¶ Præparamini contra  
Babylō-



Babylonem per circuitum omnes qui in-  
 tenditis arcum, debellate eam, non parcatis  
 15 iaculis: quia Domino peccauit. ¶ Clama-  
 te aduersus eam, vbique dedit manum, ce-  
 ciderunt fundamenta eius: destructi sunt  
 muri eius, quoniam ultio Domini est. ul-  
 tionem accipite de ea: sicut fecit, facite ei.  
 16 ¶ Disperdite satorē de Babylone, & tenen-  
 tem falcem in tempore messis: a facie gla-  
 dij columbæ vnusquisque ad populum  
 suum conuertetur, & singuli ad terram  
 17 suam fugient. ¶ Grex dispersus Israël, leo-  
 nes eiecerunt eum: primus comedit eum  
 rex Assur: iste nouissimus exossauit eum  
 18 Nabuchodonosor rex Babylonis. ¶ Prop-  
 terea hæc dicit Dominus exercituū Deus  
 Israël, Ecce, ego visitabo regem Babylonis  
 & terram eius: sicut visitaui regem Assur:  
 19 ¶ & reducā Israël ad habitaculum suum:  
 D & pascetur<sup>a</sup> Carmelus & Basan & in mō-  
 te Ephraim & Galaad saturabitur anima  
 20 eius. ¶ In diebus illis & in tempore illo, ait  
 Dominus, quæretur iniquitas Israël, & nō  
 erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur:  
 quoniam propitiū<sup>a</sup> ero eis quos relique-  
 21 ro. ¶ Super terram dominantium ascende,  
 & super habitatores eius visita, dissipa, &  
 interfice quæ post eos sunt, ait Dominus,  
 22 & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. ¶ Vox  
 23 belli in terra, & contritio magna. ¶ Quo-  
 modo confractus est, & cōtritus malleus  
 vniuersæ terræ? quomodo versa est in de-  
 24 sertum Babylon in gentibus? ¶ Illaqueaui  
 te, & capta es Babylon, & nesciebas: inuen-  
 ta es

opprimētis.

Carmelū &amp;

parcam.



ta es & apprehensa: quoniam Dominum  
 prouocasti. <sup>1</sup> Aperuit Dominus thesaurū  
 suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam  
 opus est Domino Deo exercituū in terra  
 Chaldæorū. <sup>2</sup> Venite ad eam ab extremis fi-  
 nibus, aperite vt exeat qui conculcēt eā:  
 tollite de via lapides, & redigite in acervos  
 & interficite eam: nec sit quicquam reli-  
 quum. <sup>3</sup> Dissipate vniuersos fortes eius, de-  
 scendant in occisionem: væ eis, quia venit  
 dies eorum, tempus visitationis eorum.  
 Vox fugientiū, & eorum qui euaserunt  
 de terra Babylonis: vt annūtient in Sion  
 ultionem Domini Dei nostri, ultionem  
 templi eius. <sup>4</sup> Annūtiate in Babylonem  
 plurimis omnibus qui tendunt arcū: con-  
 sistite aduersus eam per gyrum, & nullus  
 euadat: reddite ei secundum opus suum:  
 iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia cō-  
 tra Dominum erecta est, aduersum sanctū  
 Israël. <sup>5</sup> Idcirco cadent iuvenes eius in pla-  
 tēis eius: & omnes viri bellatores eius con-  
 ticescent in die illa, ait Dominus. <sup>6</sup> Ecce  
 ego ad te superbe, dicit Dominus Deus  
 exercituum: quia venit dies tuus, tēpus vi-  
sitationis tuæ. <sup>7</sup> Et cadet superbus, & cor-  
 ruet, & non erit qui suscitet eum: & suc-  
 cendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit  
 omnia in circuitu eius. <sup>8</sup> Hæc dicit  
 Dominus exercituum, Calumniā sustinēt  
 filij Israël & filij Iuda simul: omnes qui ce-  
 perunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.  
<sup>9</sup> Redemptor eorum fortis Dominus exer-  
 cituum nomen eius, iudicio defender cau-  
 sam

hoc est negotiū d  
 mini dei

cū venerit sig finis

orantia sig calca  
 te in sicut acer  
 uos et p dicit in na  
 sit residuū.

congregare cōtra  
 babel sagittarios

quo te visitem

veniet

oppressi sūt.



sam eorum, vt <sup>1</sup>exterreat terram, & com-  
 35 moueat habitatores Babylonis. <sup>2</sup> Gladius  
 ad Chaldaeos, ait Dominus, & ad habita-  
 tores Babylonis, & ad principes, & ad sa-  
 36 pientes eius. <sup>3</sup> Gladius ad diuinos eius, qui  
 stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui ti-  
 37 mebunt. <sup>4</sup> Gladius ad equos eius, & ad cur-  
 rus eius, & ad omne vulgus quod est in  
 medio eius: & erunt quasi mulieres: gla-  
 dius ad thesauros eius, qui diripientur.  
 38 <sup>5</sup> Siccitas super aquas eius erit & arefcent:  
 quia terra sculptilium est, & in portentis <sup>c</sup>bestie siluestres cu  
 39 gloriantur. <sup>6</sup> propterea habitabunt dracō-  
nes cum fatuis ficariis: & habitabunt in ea  
 struthiones: & nō inhabitabitur vltra vs-  
 que in sempiternum, nec extruetur vsque  
 40 ad generationē & generationem. <sup>7</sup> || Sicut  
 subuertit Dñs Sodomā & Gomorrhā, & <sup>8</sup>Deus  
 vicinas eius, ait Dominus: non habitabit <sup>9</sup>Gen. 19. e. 24.  
 ibi vir, & nō incolet eam filius hominis. <sup>10</sup>Sup. 49. d. 8.  
 41 <sup>11</sup> Ecce populus venit ab Aquilone & gens  
 magna, & reges <sup>x</sup>multi consurgent à fini-  
 42 bus terræ. <sup>12</sup> Arcum & scutum apprehen-  
 dēt: crudeles sunt & immisericordes: vox  
 eorum quasi mare sonabit, & super equos  
 ascendēt: sicut vir paratus ad præliū con-  
 43 tra te filia Babylon. <sup>13</sup> Audiuit rex Babylo-  
 nis famam eorū, & dissolutæ sunt manus  
 eius: angustia apprehēdit eum, dolor qua-  
 44 si parturientem. <sup>14</sup> Ecce quasi leo ascendet <sup>15</sup>habitatulū robu  
 de superbia Iordanis ad pulchritudinem  
robustam. quia subito currere faciam eū  
 ad illam: & quis erit electus quē præpo-  
 nam ei? quis est enim similis mei? & quis  
 sustine-

*quiescere faciat**bestie siluestres cu  
vltis.**Deus  
Gen. 19. e. 24.  
Sup. 49. d. 8.**x  
magni**7  
tumore**3  
habitatulū robu  
sta*



Eob. 41. a. 1.

Su. 49. d. 20.

*constituet tempus  
mihi?*

sustinebit me? & quis est iste pastor qui resistat vultui meo? Propterea audite consilium Domini quod mente concepit aduersum Babylonē: & cogitationes eius quas cogitauit super terram Chaldaeorū, Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculū eorum. A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

## CAP. LI.

*Eos q̄ habitāt in ma-  
dio aduersariorū  
meorū chaldaeorū  
vētū corrupētes.*

*malitiam.**cōfossi in ylateis.**pp̄ ea que fecit in  
sitū israelis.**disperdi**\* eius*

Isai. 21. c. 9.

Apoc. 18. b. 8.

Hæc dicit Dñs, ecce ego suscitabo super Babylonē & super habitatores eius, qui cor suū leuauerūt cōtra me: quasi ventum pestilentem. Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabūt eam, & demolientur terram eius: quoniam venerūt super eam vndique in die afflictionis eius. Non tendat qui tendit arcum suum, & non ascendat loricator. nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnē militiam eius. Et cadēt interfecti in terra Chaldaeorum, & vulnerati in regionibus eius. Quoniam non fuit viduatus Israël & Iuda à Deo suo Dño exercituū: terra autem eorū repleta est delicto à sancto Israël. Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisq; animā suam. nolite tacere super iniquitatem eius: quoniā tempus vltionis est à Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei. Calix aureus Babylon in manu Domini inebriās omnē terrā: de vino eius biberūt Gētes, & ideò cōmotæ sunt. Subito cecidit Babylon, & contrita est: vlulate



9 ululate super eam, tollite resinam ad do-  
 10 lorem eius, si forte sanetur. <sup>9</sup> Curauimus  
 Babylonē, & nō est sanata: derelinquam<sup>9</sup>  
 eam, & eam<sup>9</sup> vnusquisq; in terrā suā: quo-  
 niā peruēnit vsque ad cælos iudiciū eius,  
 & eleuatum est vsque ad nubes. <sup>9</sup> Protu-  
 lit Dominus iustitias nostras: venite &  
 11 narremus in Siō opus Dñi Dei nostri. <sup>9</sup> A-  
B. cuite sagittas, implete pharetras: suscitauit *expolite*  
 Dominus spiritū regū Medorum: & cōtra *cōgregate scuta*  
 Babylonē mens eius est vt perdat eā, quo-  
 12 niam ultio Dñi est, ultio tēpli sui. <sup>9</sup> Super *statuite*  
 muros Babylonis leuate signum, augete  
 custodiam: leuate custodes, præparate in-  
 fidias: quia cogitauit Dñs, & fecit quæcū- *mensura uari-*  
 que locutus est contra habitatores Baby- *tię tuę.*  
 13 lonis. <sup>9</sup> Quæ habitas super aquas multas,  
 locuples in thesauris: venit finis tuus pē-  
 14 dalis præcisionis tuæ. <sup>9</sup> || Iurauit Dominus *Amos 6. c. 8.*  
 exercituum per animam suam, Quoniam  
 replebo te hominibus quasi bruchis, & su-  
 15 per te celestima cātabitur. <sup>9</sup> || Qui fecit ter- *Ge. 1. a. 1. b. 9*  
 ram in fortitudine sua, & præparauit or- *Sup. 10. b. 12.*  
 bem in sapiētia sua, & prudētia sua exten- *x*  
 16 dit cælos. <sup>9</sup> Dāte eo vocē multiplicantur *ventos.*  
 aquę in cælo: || qui leuat nubes ab extremo *Psal. 134. b. 7*  
 terræ, || fulgura in pluuiā fecit: & produ- *Sup. 10. b. 13.*  
 17 xit uentūm de thesauris suis. <sup>9</sup> Stultus fa- *opn. 11024*  
 ctus est omnis homo à scientia: confusus  
 est omnis conflator in sculptili: quia men-  
 dax est cōflatio eius, nec est spiritus in eis.  
 18 <sup>9</sup> Vana sunt opera, & risu digna, in tempo-  
 19 re uisitationis suę peribunt. <sup>9</sup> Non sicut  
 hæc, pars Iacob: quia qui fecit omnia ipse  
 R est,



*malleus est mihi  
instrumentum bellicum*

est, & Israël sceptrum hereditatis eius: Dominus exercituum nomen eius. <sup>20</sup> Collidis  
<sup>C</sup> tu mihi vasa belli, & ego collidam in te  
 Gentes, & disperdam in te regna: <sup>21</sup> Et col-  
 lidam in te equum, & equitem eius: &  
 collidam in te currum, & ascensorem eius:  
<sup>22</sup> Et collidam in te virum & mulierem, &  
 collidam in te senem & puerum, & colli-  
<sup>23</sup> dam in te iuuenem & virginem: Et colli-  
 dam in te pastorem & gregem eius, & col-  
 lidam in te agricolam & iugales eius, &  
 collidam in te duces & magistratus. <sup>24</sup> Et  
 reddam Babylo<sup>n</sup>i; & cunctis habitatori-  
 bus Chaldææ omne malum suum quod  
 fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Domi-  
 nus. <sup>25</sup> Ecce ego ad te mons pestifer, ait Do-  
 minus, qui corrumpis vniuersam terram: &  
 extendam manum meam super te, & euolu-  
 uam te de petris, & dabo te in montem  
 combustionis. <sup>26</sup> Et non tollent de te lapi-  
 dem in angulum, & lapidem in fundamen-  
 ta, sed perditus in æternum eris, ait Domi-  
 nus. <sup>27</sup> Leuate signum in terra: clāgite buc-  
 cina in <sup>Gentibus</sup>: sanctificate super eam  
 Gentes: annuntiate contra illam regibus  
 Ararat, Menni, & Ascenez: numerate con-  
 tra eam Taphsar, adducite equum quasi bru-  
 chum aculeatum. <sup>28</sup> Sanctificate contra eam  
 Gentes, reges Mediæ, duces eius, & vniuer-  
 sos magistratus eius, cunctamque terram po-  
 testatis eius. <sup>29</sup> Et commouebitur terra, & con-  
 turbabitur: quia euigilabit contra Babylo-  
 nē cogitatio Dñi, vt ponat terram Babylo-  
 nis desertam & inhabitabilem. <sup>30</sup> Cessauerunt

*noxia*

*desolatus  
preparata aduer-  
sus est.*

*montibus  
efficitur contra eam  
principes  
horripilantes  
firmata est*

fortes



defecit.

D fortres Babylonis à prælio, habitauerunt in  
 præfidiis: deuoratum est robur eorū, & fa-  
 cti sunt quasi mulieres: incensa sunt taber-  
 31 nacula eius, cōtriti sunt vectes eius. ¶ Cur-  
 rens obuiam currenti veniet: & nuntius  
 obuius nuntianti: vt annūtiat regi Babylo-  
 nis quia capta est ciuitas eius à summo vs  
 32 que ad summum: ¶ & vada præoccupata  
 sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri  
 33 bellatores cōturbati sunt. ¶ Quia hæc dicit  
 Dominus exercituū, Deus Israël, Filia Ba-  
 bylonis quasi arca, tēpus trituræ eius: ad-  
 huc modicū, & veniet tempus messionis  
 34 eius. ¶ Comēdit me, deuorauit me Nabu-  
 chodonosor rex Babylonis: reddidit me  
 quasi vas inane: absorbuit me quasi draco,  
 35 repleuit vētrem suū teneritudine mea, &  
 eiecit me. ¶ Iniquitas aduersū me, & caro  
 mea super Babylonē, dicit habitatio Siō,  
 & sanguis meus super habitatores Chal-  
 36 dææ, dicit Ierusalem. ¶ Propterea hæc dicit  
 Dñs, Ecce ego iudicabo causam tuam, &  
 vlciscar vltionem tuam: & desertum fa-  
 37 ciam mare eius, & siccabo venā eius. ¶ Et  
 erit Babylō in tumulos, habitatio draco-  
 num: stupor & sibilus, eo quòd nō sit ha-  
 38 bitator. ¶ Simul vt leones rūgient, excūtiēt  
 39 comas veluti catuli leonum. ¶ In calore eo-  
 rum ponā potūs eorū: & inebriabo eos,  
 vt sopiantur, & dormiant somnū sempi-  
 ternum, & non confurgant, dicit Domi-  
 40 nus. ¶ Deducam eos quasi agnos ad victi-  
 41 mam\* quasi arietes cum hœdis. ¶ Quomo-  
 do capta est Sesach, & cōprehēsa est in cly-  
pea

1. porte lacuum  
 vel arbores iuxta  
 lacus.

est calcandi ear-

delitijs meis.

1. q. mihi rapuit.  
 et carnes soy q  
 vulnerati subin-

me

vt  
 rugient.

conuiuia  
 tremant

exurgant

\* & d.

gloria.



ra vniuersæ terræ? quomodo facta est in  
 stuporem Babylon inter Gentes? Ascen- 42  
 dit super Babylonē mare: multitudine flu-  
 ctuum eius operta est. Factæ sunt ciuita- 43  
 tes eius in stuporem: terra inhabitabilis  
 & deserta, terra in qua nullus habitet, nec  
 transiet 4. "transeat per eam filius hominis. Et visi- 44  
 tabo super Bel in Babylone, & eiiciā quod  
 absorbuerat de ore eius: & non confluēt  
 ad eum vltra Gentes, siquidem & murus  
 Babylonis corruet. Egredimini de medio 45  
 eius populus meus: vt saluet vnusquisque  
 animam suam ab ira furoris Domini. Et 46  
 ne fortè mollescat cor vestrum, & timea-  
 tis auditum qui audietur in terra: & ve-  
 niet in anno auditio, & post hūc annū au-  
 ditio: & iniquitas in terra, & dominator  
 super dominatorem. Propterea ecce dies 47  
 veniunt, & visitabo super sculptrilia Baby-  
lonis: & omnis terra eius confundetur &  
 vniuersi interfecti eius cadent in medio  
 eius. Et laudabunt super Babylonem cæ- 48  
 li & terra, & omnia quæ in eis sunt: quia  
 ab Aquilone venient ei prædones, ait Do-  
 minus. Et quomodo fecit Babylon vt ca- 49  
 derent occisi in Israël: sic de Babylone ca-  
 dent occisi in vniuersa terra. Qui fugistis 50  
 gladium, venite, nolite stare: recordamini F  
 rocul Domini, & Ierusalē ascendat super  
 cor vestrum: Cōfusi sumus, quoniam au- 51  
 diuimus opprobrium: operuit ignominia  
 facies nostras: quia venerunt alieni super  
 sanctificationē domus Dñi. Propterea ec- 52  
 ce dies veniunt, ait Dñs: & visitabo super  
 sculpti-

transiet 4.

eius

pp babylonē.  
vel pp babel.



sculptilia eius, & in omni terra eius mu-<sup>4</sup> *Babylonia*  
 33 giet vulneratus. Si ascenderit Babylon  
 in cælum, & firmauerit in excelsis robur  
 suum: à me veniēt vastatores eius, ait Do-  
 54 minus. Vox clamoris de Babylone, & cō-  
 55 tritio magna de terra Chaldæorū: quonia  
 vastauit Dominus Babylone, & per-  
 didit ex ea vocem magnā: & sonabūt flu-  
 ctus eorū quasi aquæ multæ: dedit sonitū <sup>1</sup> *cōfractus est.*  
 56 vox eorū: Quia venit super eā, id est su-  
 per Babylone prædo, & apprehensi sunt  
 fortes eius, & emarcuit arcus eorū: quia  
 fortis vltor Dominus reddens retribuet.  
 57 Et inebriabo principes eius & sapientes  
 eius, & duces eius, & magistratus eius, & <sup>7</sup> *cōfringēdo cōf-*  
 fortes eius: & dormient somnium sempi- *rigetur.*  
 ternum, & non expergiscuntur, ait rex, Do-  
 58 minus exercituū nomen eius. Hæc dicit  
 G Dominus exercituū, Murus Babylonis il-  
 le <sup>7</sup> *latissimus* suffossione suffodietur, & <sup>7</sup> *validissimus*  
 portæ eius excellæ igne comburentur, &  
 labores populorū ad nihilum, & gentiū  
 59 in igne erunt & disperibūt. Verbū quod  
 præcepit Ieremias propheta, Saraia filio  
 Neria filij Maasia, cum pergeret cum Se-  
 decia rege in Babylone, in anno quarto <sup>7</sup> *vel requiesci*  
 regni eius: Saraia autē erat princeps pro-  
 60 phetiæ. Et scripsit Ieremias omne malū  
 quod venturū erat super Babylone in  
 libro vno: omnia verba hæc quæ scripta  
 61 sunt contra Babylone. Et dixit Iere-  
 mias ad Saraia, Cum veneris in Baby-  
 lone, & videris, & legeris omnia ver-  
 62 ba hæc, dices, Domine tu locutus es



*ut non sit*

contra locum istum ut disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine usque ad pecus, & ut sit perpetua solitudo. ¶ Cū- que compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidē, & proiicies illum in medium Euphraten: ¶ & dices, Sic submergetur Babylon, & nō consurget à facie afflictionis quā ego adduco super eā, & dissoluetur. Hucusq; verba Ieremiæ.

## CAP. LII.

4. re. 24. d. 18  
2. Pa. 36. b. 13

Sep. 39. 4. 1.  
4. Re. 25. 4. 1

**F**ilius viginti & unius anni erat Sedecias cū regnare cœpisset: & vndecim annis regnavit in Ierusalem: & nomen matris ei⁹ Amital, filia Ieremię de Lobna. ¶ Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quę fecerat Ioacim. ¶ Quoniā furor Dñi erat in Ierusalē & in Iuda, usquequo proiiceret eos à facie sua: & recessit Sedecias à rege Babylonis. ¶ Factū est autem in anno nono regni eius, in mense decimo, decima mensis: vñit Nabuchodono sor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eam, & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu. ¶ Et fuit ciuitas obsessa, usque ad vndecimum annum regis Sedecię. ¶ Mense autē quarto, nona mēsis, obtinuit fames ciuitatē: & non erant alimenta populo terrę. ¶ Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate nocte per viam portę, quę est inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obsidentibus urbē in gyro) & abierunt per viam quę ducit in erē-

*que est iuxta*

NUM.



8 mum. <sup>9</sup> Persecutus est autē Chaldæorum  
 exercitus regem: & apprehenderunt Sede-  
 9 ciam in deserto, quod est iuxta Iericho: &  
 omnis comitatus eius diffugit ab eo. <sup>10</sup> Cū-  
 que comprehendissent regem, adduxerūt  
 eum ad regē Babylonis in Reblátha, quæ  
 est in terra Emath: & locutus est ad eum  
 20 iudicia. <sup>11</sup> Et iugulauit rex Babylonis filios  
 Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes prin-  
 11 cipes Iuda occidit in Reblátha. <sup>12</sup> Et oculos  
 Sedecię eruit, & vinxit eum compedibus,  
 & adduxit eum rex Babylonis in Babylo-  
 nem: & posuit eum in domo carceris vs-  
 22 que ad diem mortis eius. <sup>13</sup> In mense autē  
 C quinto, decima mensis, ipse est annus no-  
 nusdecimus Nabuchodonosor regis Ba-  
 bylonis: vênit Nabuzardá princeps mili-  
 13 tiæ, qui stabat coram rege Babylonis in  
 Ierusalem. <sup>14</sup> Et incendit domum Domini,  
 & domum regis, & omnes domos Ierusa-  
 lem, & omnem domum magnam igne  
 14 combussit. <sup>15</sup> Et totum murum Ierusalem  
 per circuitum destruxit cunctus exercitus  
 Chaldæorum qui erat cum magistro mi-  
 15 litia. <sup>16</sup> De pauperibus autem populi, & de  
 reliquo vulgo quod remanserat in ciuita-  
 te, & de perfugis qui transfugerant ad re-  
 gem Babylonis, & cæteros de multitudine:  
 16 transtulit Nabuzardan princeps mili-  
 tici. <sup>17</sup> De pauperibus verò terrę reliquit Na-  
 buzardan princeps militiæ in vinitores &  
 17 agricolas. <sup>18</sup> Columnas quoque æreas, quę  
 D erant in domo Domini, & bases, & mare  
 æneum quod erat in domo Domini, con-  
 frege-

*Exercitus.**Sanior est.*



1  
 Scopas  
 thuribula  
 ollas.

fregerunt Chaldæi: & tulerunt omne æs  
 eorum in Babylonem. <sup>18</sup> Et lebetes, & crea-  
 gras, & psalteria, & phialas, & mortario-  
 la, & omnia vasa area quæ in ministerio  
 fuerant, tulerunt: <sup>19</sup> Et hydrias, & thymia-  
 materia, & vrceos, & pelues, & candela-  
 bra, & mortaria, & cyathos: quotquot au-  
 rea, aurea: & quotquot argentea, argentea  
 tulit magister militiæ, <sup>20</sup> Columnas duas,  
 & mare vnum, vitulos duodecim æreos,  
 qui erant sub basibus quas fecerat rex Sa-  
 lomon in domo Domini: non erat pon-  
 dus æris omnium horum vasorum. <sup>21</sup> De  
 columnis autem, decem & octo cubiti al-  
 titudinis erant in columna vna: & funicu-  
 lus duodecim cubitorum circuibat eam:  
 porro grossitudo eius, quatuor digitorum:  
 & intrinsecus caua erat. <sup>22</sup> Et capitella su-  
 per vtramq; creta: altitudo capitelli vnus,  
 quinque cubitorum: & retiacula, & malo-  
 granata super coronam in circuitu, omnia  
 area. <sup>23</sup> Similiter columnæ secundæ & malo-  
 granata. <sup>24</sup> Et fuerunt malogranata nona-  
 ginta sex dependentia: & omnia malogra-  
 nata centum, retiaculis circundabantur. <sup>25</sup> Et  
 tulit magister militiæ Saraïam sacerdotem  
 primum, & Sophoniã sacerdotem secundum:  
 & tres custodes vestibuli. <sup>26</sup> Et de ciuitate  
 tulit eunuchum vnum, qui erat præposi-  
 tus super viros bellatores: & septem viros  
 de his qui videbant faciem regis, qui in-  
 uenti sunt in ciuitate: & scribam principem  
 militum, qui probabat tyrones: & sexa-  
 ginta viros de populo terræ, qui inuen-  
 ti

filium

capitellum.

Similiter  
 erat columna  
 secunda &  
 malograna-  
 ta. Et erant  
 super capi-  
 tellum in cir-  
 cuitu omnia  
 area, simili-  
 ter columna  
 alterius 5.

lustrabat popu-  
 lum terræ



26 ti sunt in medio ciuitatis .<sup>9</sup> Tulit autem  
 eos Nabuzardan magister militiae: & du-  
 xit eos ad regem Babylonis in Reblátha.  
 27 <sup>9</sup>Et percussit eos rex Babylonis: & interfe-  
 cit eos in Reblátha in terra Emath: & trá-  
 28 slatus est Iuda de terra sua.<sup>9</sup> Iste est popu-  
 lus quem transtulit Nabuchodonosor: In  
 anno septimo, Iudæos tria millia & vigin-  
 29 ti tres.<sup>9</sup> In anno octauodecimo Nabucho-  
 donosor de Ierusalem animas octingen-  
 30 tas triginta duas.<sup>9</sup> In anno vicesimotertio  
 Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan  
 magister militiae animas Iudæorum sep-  
 tingentas quadragintaquinque. omnes er-  
 31 go animæ, quatuor millia sexcentæ.<sup>9</sup> Et fa-  
 G ctum est in tricesimoseptimo anno transf-  
 migrationis Ioachin regis Iuda, duodeci-  
 mo mense, vicesima quinta mensis, eleua-  
 uit Euil-merodach rex Babylonis ipso an-  
 no regni sui, caput Ioachin regis Iudæ: &  
 32 eduxit eum de domo carceris.<sup>9</sup> Et locu-  
 tus est cum eo bona: & posuit thronum  
 eius super thronos regum qui erant post  
 33 se in Babylone.<sup>9</sup> Et mutauit vestimenta  
 carceris eius, & comedebat panem coram  
 34 eo semper cunctis diebus vitæ suæ.<sup>9</sup> Et ci-  
 baria eius, cibaria perpetua dabantur ei à  
 rege Babylonis statuta per singulos dies,  
 vsque ad diem mortis suæ cunctis die-  
 bus vitæ eius.

4. regu. vlti.

R s

THRE-



THRENI, ID EST LAMEN-  
TATIONES IEREMIAE, QVAE  
HEBRAICE CINOOTH INSCRI-  
BUNTUR. H3. 5. capitulum.

**¶** Et factum est, postquam in captiuitate redactus est Israel, & Ierusalē deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalē & amaro animo suspirans, & eiulans dixit:

Hae verba  
apud lxx.  
leguntur, non  
autem apud

Hebraeos.

Aleph.



VOMODO sedet sola  
ciuitas plena populo: fa-  
cta est quasi vidua domi-  
na Gentium? princeps pro-  
uinciarum facta est sub  
tributo.

Beth.

¶ Ploras plorauit in nocte, & lachryme  
eius in maxillis eius: non est qui cōsoletur  
eam ex omnibus charis eius: omnes amici  
suis spreuerūt eā, & facti sunt ei inimici.

¶ Migravit Iudas propter afflictionē, &  
multitudinē seruitutis: habitauit inter Gē  
chardanicos parates, nec inuenit requiē: omnes persecuto-  
phaster. vide hī res eius apprehēderūt eā inter angustias.

Daleth.

¶ Viæ Sion lugent, eo quòd non sint qui  
veniant ad solēnitatem: Omnes portę eius  
destructę: sacerdotes eius gementes: virgi-  
nes eius squalidę, & ipsa oppressa amari-  
tudine.

He.

¶ Facti sunt hostes eius in capite, inimici  
eius locupletati sunt: quia Dñs locutus est  
super eā propter multitudinē iniquitatū  
eius: paruuli eius ducti sunt in captiuita-  
tem ante faciem tribulantis.

Vau.

¶ Et egressus est à filia Sion omnis decor  
eius: facti sunt principes eius velut aries C  
non

c. 5. d. n. Hebraeos.  
15. d. Aleph.  
vel tributaria.  
amatoribus  
non de imu. scilicet

abijt iudas in cap-  
tiuitate. 809. offe-  
suxit pupillos et  
duas Ghimel.  
cu duritia traltau-  
rūt suos hebreos  
chaldaicos parates  
phaster. vide hī  
eremi Daleth.  
e. 5. c. 34.  
tristes.  
inimicis sig oia  
pe cedunt.

hostem  
afflixit.

cerui



*yscrutorem.*  
*rebellionis.*

non inueniētes pascua: & abierūt absque fortitudine ante faciem subsequēntis.

7 <sup>⁹</sup>Recordata est Ierusalē dierū afflictionis suæ, & præuariationis, omniū desydera- *Zais. a*  
biliū suorū quæ habuerat à diebus anti- *scily. pacis sacer*  
 quis cūm caderet populus eius in manu *dotij. regni. bñ die*  
 hostili, & nō esset auxiliator: viderūt eam *tionis. fructuū, pro*  
 hostes, & deriserunt sabbatha eius. *phetie, victorię. J.*

8 <sup>⁹</sup>Peccatum peccauit Ierusalem, propter- *Heth. pudibūda*  
 ea instabilis facta est: omnes qui glorifica-  
 bant eam, spreuerūt illam, quia viderunt *fimbrijs*  
ignominiam eius: ipsa autē gemēs, & con- *deturbata*  
 uersa est retrorsum. *Teth.*

9 <sup>⁹</sup>Sordes eius in pedibus eius, nec recor- *inualefcit*  
 data est finis sui: deposita est vehementer, *6*  
 nō habēs consolatorē: vide Dñe afflictio-  
 nem meam, quoniā erectus est inimicus.

10 <sup>⁹</sup>Manū suā misit hostis ad omnia desy- *Iod.*  
 derabilia eius: quia vidit Gentes ingressas  
 sanctuariū suum, de quibus præceperas ne  
 intrarent in ecclesiam tuam.

11 <sup>⁹</sup>Omnis populus eius gemēs, & querēs *Caph.*  
 panē: dederūt preciosa quęque pro cibo ad  
 refocillandam animam. vide Domine &  
 considera, quoniam facta sum vilis. *qui factus est mi*  
*hi.*

12 <sup>⁹</sup>O vos omnes qui transitis per viā, at- *Lamed.*  
 tendite, & videte si est dolor sicut dolor  
 meus: quoniā vindemiauit me, vt locutus *dolore affecit*  
 est Dominus in die iræ furoris sui. *me. 10*

13 <sup>⁹</sup>De excelso misit ignē in ossibus meis, *Amor. bñ di 10*  
 & erudiuit me: expādit rete pedibus meis, *vis*  
 cōuertit me retrorsum: posuit me desola- *ligatum*  
 tam, tota die mœre confectam.

14 <sup>⁹</sup>Vigilaui iugum iniquitatū mearum: *Nun,*  
 in



vel impleat

cōculcavit oēs roba  
stos

cōgregat Simech.  
tionem

quiescere faciens.

Am.

Iere. 14. c. 17.

Infr. 2. f. 18.

phē.  
pessit mora lugētū

Sadi.

Coph.

aias suas.

2 Res  
viscera mea intu  
muerūt

interfecit 9

Sin.  
pauciter rebellis  
fui.

in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ  
collo meo: infirmata est virtus mea: dedit  
me Dominus in manum de qua non pote  
ro surgere.

Abstulit omnes magnificos meos Dñs  
de medio mei: vocauit aduersum me tem  
pus, vt cōtereret electos meos: torcular cal  
cauit Dominus virgini filiaē Iuda.

Idcirco ego plorās, & oculus meus de  
ducens aquas: quia longè factus est à me F  
cōsolator cōuertens animā meā: facti sunt  
flij mei perditī, quoniā inualuit inimicus.

Expandit Sion manus suas, non est qui  
consoletur eam: mandauit Dominus ad  
uersum Iacob, in circuitu eius hostes  
eius: facta est Ierusalē quasi polluta men  
struis inter eos.

Iustus est Dominus, quia os eius ad ira  
cundiam prouocauit. audite obsecro vni  
uersi populi, & videte dolorem meum:  
virgines meæ & iuuenes mei abierunt in  
captiuitatem.

Vocauī amicos meos, ipsi deceperunt  
me: sacerdotes mei & fenes mei in vrbe G  
consumpti sunt: quia quæsierūt cibū sibi,  
vt refocillarent animam suam.

Vide Domine quoniam tribulor, con  
turbatus est venter meus: subuersum est  
cor meū in memetipsa, quoniam amari  
tudine plena sum: foris interficit gladius,  
& domi mors similis est.

Audierunt quia ingemisco ego, & non  
est qui consoletur me: omnes inimici mei  
audierūt malum meum, lætati sunt, quo  
niam



ad duces diem qu  
em vocasti.

fac eis sicut fecis  
tibi mihi.

niam tu fecisti: adduxisti diē consolatio-  
nis, & fient similes mei.

22. <sup>?</sup> Ingrediatur omne malum eorū coram  
te: & vindemia eos sicut vindemiaſti me  
propter omnes iniquitates meas: multi  
enim gemitus mei, & cor meū mœrens.

Thaw.

## CAP. II.

~~in~~ <sup>c</sup> gloriam

1. <sup>A</sup> **Q**uomodo obtexit caligine in furo-  
re suo Dominus filiā Sion: proiecit  
de cælo in terram inclytam Israël, & non  
est recordatus scabelli pedum suorum in  
die furoris sui?

Aleph.

tabernacula

2. <sup>?</sup> Præcipitavit Dominus nec pepercit,  
omnia speciosa Iacob: destruxit in furore  
suo munitiones virginis Iuda, & deiecit  
in terrā: polluit regnū, & principes eius.

Beth.

filię

3. <sup>?</sup> Confregit in ira furoris omne cornu  
Israël: auertit retrorsum dexterā suā à fa-  
cie inimici: & succendit in Iacob quasi  
ignem flammę deuorantis in gyro.

Gimmel.

4. <sup>?</sup> Tetendit arcum suum quasi inimicus,  
<sup>B</sup> firmavit dexterā suā quasi hostis: & oc-  
cidit omne quod pulchrum erat visu in  
tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignē  
indignationem suam.

Daleth.

palatia

5. <sup>?</sup> Factus est Dñs velut inimicus: præci-  
pitavit Israël, præcipitavit omnia mœnia  
eius, dissipauit munitiones ei⁹, & repleuit  
in filia Iuda humiliatū & humiliatam.

He. 4.

multiplicauit in  
filia iuda mero  
rem et luctū.

6. <sup>?</sup> Et dissipauit quasi ortū tentoriū suū,  
demolitus est tabernaculū suū: obliuioni  
tradidit Dominus in Sion festiuitatē &  
sabbathū: & in opprobrium & in indi-  
gnationem furoris sui regē & sacerdotē.

Vau.

10  
trastulit

Situarij

<sup>?</sup> Repu-



*Piecit a corde vel destruxit  
Situatio suū.*

CAP. II.

L A M E N T.

Zam.

7  
C  
? Repulit Dñs altare suū, maledixit san-  
ctificationi suę: tradidit in manus inimi-  
ci muros turrium eius: vocem dederunt  
in domo Domini, sicut in die solenni.

*vel desolatio qd  
est.*

Heth.

8  
? Cogitavit Dñs dissipare murum filia  
Sion: tetendit funiculum suum, & non a-  
uertit manū suā à perditione: luxitq; an-  
temurale, & murus pariter dissipatus est.

Teth.

9  
? Defixæ sunt in terra portæ eius: perdi-  
dit & cōtriuuit vectes eius: regē ei⁹ & prin-  
cipes eius in Gentibus: nō est lex, & pro-  
phetæ eius nō inuenerunt visionē à Dño.

Iad.

10  
? Sederunt in terra, conticuerunt senes  
filia Sion: cōsperserunt cinere capita sua,  
accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram  
capita sua virgines Ierusalem.

*Saccis*

*intumuerunt.*

*ppter Caph.*

11  
D  
? Defecerunt præ lachrymis oculi mei,  
conturbata sunt viscera mea: effusum est  
in terra iecur meum super contritionem  
filia populi mei, cūm deficeret paruulus  
& lactens in platēis oppidi.

*sinum Lamed.*

*quid opus est ut  
adducā tibi testes*

12  
? Matribus suis dixerunt, Vbi est triticū  
& vinum? cūm deficerent quasi vulnerati  
in platēis ciuitatis: cūm exhalaret animas  
suas in sinū matrum suarum.

Mem.

13  
? Cui cōparābo te? vel cui assimilabo te  
filia Ierusalē? cui exæquabo te, & cōsola-  
bor te virgo filia Siō? magna est enim ve-  
lut mare cōtritio tua: quis medebitur tui?

*c. sitzeitor. Ad.*

*Nun.  
pphetias*

14  
E  
? Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stul-  
ta: nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te  
ad pœnitentiā prouocarent, viderūt au-  
tē tibi assumptiones falsas & eiectiones.

*i. q. eiciunt a via  
men.*

*Samech.*

15  
? Plauerunt super te manibus omnes  
transcu-



- transcuntes per viam: sibilauerunt & mouerunt caput suum super filiã Ierusalẽ, Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decõ-  
ris, gaudium vniuersæ terræ? *deuorauim.*
- 16 <sup>9</sup> Aperuerunt super te os suum omnes *Phœ.*  
inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt  
dentibus, & dixerunt, Deuorabimus: en  
ista est dies quam expectabamus, inueni-  
mus, vidimus.
- 17 <sup>9</sup> Fecit Dominus quæ cogitauit, com- *Ain.*  
pleuit sermonem suum quem præcepe- *Leu. 26. c. 26*  
rat à diebus antiquis: destruxit, & nõ pe- *d. 25.*  
percit, & lætificauit super te inimicum, & *Deu. 28. b. 15*  
exaltauit cornu hostium tuorum. *o mure*
- 18 <sup>9</sup> Clamauit cor eorũ ad Dominũ super *Sadi.*  
muros filia Sion: <sup>a</sup> Deduc quasi torrentẽ *Iere. 14. c. 17.*  
lachrymas per diem & noctem: non des *Supr. 1. f. 16.*  
requiẽ tibi, neq; taceat pupilla oculi tui. *clama*
- 19 <sup>9</sup> Consurge, lauda in nocte in principio *Coph.*  
vigiliarum: effunde sicut aquã cor tuum  
ante conspectum Dñi: leua ad eũ manus  
tuas pro anima paruulorũ tuorũ qui de-  
fecerũt in fame in capite omniũcõpitorũ. *fecisti sic.*
- 20 <sup>9</sup> Vide Domine, & cõsidera quem vin- *Res.*  
demiaueris ita. ergõne comedent mulie- *vel qui educatũ*  
res fructum suum paruulos ad mensurã *occidatur.*  
palma? si occiditur in sanctuario Domini  
sacerdos & propheta?
- 21 <sup>9</sup> Iacuerunt in terra foris puer & senex: *Sin.*  
virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt  
in gladio, interfecisti in die furoris tui:  
percussisti, nec misertus es.
- 22 <sup>9</sup> Vocasti quasi ad diem solennem: qui *Tha. 110.*  
terrerent me de circuitu, & non fuit in  
die



die furoris Domini qui effugeret & reliqueretur: quos educaui & enutriui, inimicus meus consumpsit eos.

## CAP. III.

*Aleph.* **E**GO vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius.

 ceptum est illi à Deo.

Iere. 25. b. 9.

¶ Propter peccata quæ peccastis ante  
 Deum, abducemini in Babyloniã  
 captiui à Nabuchodonosor rege Babylo-  
 niorum. ¶ Ingressi itaque in Babylonem,  
 eritis ibi annis plurimis & temporibus  
 longis vsque ad generationes septem: post  
 hoc autem educam vos inde cum pace.

Ise. 44. b. 10

46. b. 6. c. 7.

¶ Nunc autẽ videbitis in Babylonia deos  
 aureos

hic. gna. 2. 10. annis poñz. gen. 15. 2.



aureos & argenteos, & lapideos & ligneos  
 in humeris portari, ostentantes metum  
 4 Gentibus. ¶ Videte ergo ne & vos similes  
 efficiamini factis alienis, & metuatis, &  
 5 metus vos capiat in ipsis. ¶ Visa itaque  
 turba de retro & ab ante adorantes, di-  
 cite in cordibus vestris: Te oportet ado-  
 6 rari Dñe. ¶ Angelus enim meus vobis-  
 cū est: ipse autē exquirā animas vestras.  
 7 ¶ Nam lingua ipsorum polita à fabro, ipsa  
 etiam inaurata & inargentata falsa sunt:  
 8 & non possunt loqui. ¶ Et sicut virgini a-  
 manti ornamenta: ita accepto auro fabri-  
 9 cati sunt. ¶ Coronas certè aureas habent  
 super capita sua dij illorum: vnde subtra-  
 hunt sacerdotes ab eis aurū & argentum  
 10 & erogāt illud in semetipsis. ¶ Dāt autem  
 B & ex ipso prostitutis, & meretrices ornāt:  
 & iterū cū receperint illud à meretricib⁹,  
 11 ornāt deos suos. ¶ Hi autē non liberantur  
 12 ab ærugine & tinea. ¶ Opertis autē illis ve-  
 ste purpurea, extergunt faciem ipsorum  
 propter puluerē domus, qui est plurimus  
 13 inter eos. ¶ Sceptrū autē habet vt homo,  
 sicut iudex regionis, qui in se peccantem  
 14 nō interficit. ¶ Habet etiā in manu gladiū  
 & securim: se autē de bello & à latronib⁹  
 nō liberat. Vnde vobis notū sit quia non  
 15 sunt dij. ¶ Non ergo "veneremini" eos. Sicut <sup>innumeris</sup>  
 enim vas hominis confractū inutile effi-  
 16 citur: tales sunt & dij illorū. ¶ Cōstitutis  
 illis in domo, oculi eorū pleni sunt pul-  
 17 uere à pedibus introeuntiū. ¶ Et sicut ali-  
 cui qui regē offendit, circumseptæ sunt ia-



nuæ, aut sicut ad sepulchrū adductū mortuū: ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur. <sup>18</sup>  
 Lucernas accendūt illis, & quidem multas, ex quibus nullā videre possunt: sunt autem sicut trabes in domo. <sup>19</sup> Corda verò eorū dicunt elingere serpentes qui de terra sunt, dū comedūt eos & vestimētū ipsorū, & non sentiunt. <sup>20</sup> Nigræ sūt facies eorū à fumo, qui in domo fit. <sup>21</sup> Supra corpus eorū, & supra caput eorū volant noctuæ & hirundines, & aues etiā, similiter & cattæ. <sup>22</sup> Unde sciatis quia non sunt dii. Ne ergo timueritis eos. <sup>23</sup> Aurum etiā quod habēt, ad speciē est. Nisi aliquis exterserit æruginē, non fulgebūt: neq; enim dū conflarentur, sentiebāt. <sup>24</sup> Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis. <sup>25</sup> Sine pedibus in humeris portantur, ostētantes ignobilitatē suā hominibus. Confundantur etiā qui colunt ea. <sup>26</sup> Propterea si ceciderint in terrā, à semet ipsis nō cōsurgunt: neq; si quis eū statuerit rectum, per semetipsum stabit: sed sicut mortuis munera eorū illis apponentur. <sup>27</sup> Hostias illorū vendūt sacerdotes ipsorum, & abutūtur: similiter & mulieres eorū decerpentes, neq; infirmo, neq; mendicanti aliquid impertiunt, <sup>28</sup> de sacrificiis eorū foetæ & menstruatæ contingūt. Scientes itaq; ex his quia nō sunt dii, ne timeatis eos. <sup>29</sup> Unde enim vocantur dii? Quia mulieres apponūt diis argenteis & aureis, & ligneis: <sup>30</sup> & in domibus eorū sacerdotes

Isa. 46. 6. 6.

1. 7.

Sap. 6. 4. 3.

Abominis



cerdotes sedent, habētes tunicas scissas, &  
 capita & barbā rasam, quorū capita nuda  
 31 sunt. <sup>?</sup> Rugiūt autē clamantes cōtra deos  
 32 suos, sicut in cœna mortui. <sup>?</sup> Vestimenta  
 corū auferunt sacerdotes, & vestiunt vxo  
 33 res suas & filios suos. <sup>?</sup> Neq; si quid mali  
 D patiūtur ab aliquo, neq; si quid boni, po-  
 terunt retribuere: neq; regem constituere  
 34 possunt, neq; auferre. <sup>?</sup> Similiter neq; da-  
 re diuitias possunt, neq; malū retribuere.  
 Si quis illis votū vouerit, & non reddide-  
 35 rit: neq; hoc requirūt. <sup>?</sup> Hominē à morte  
 non liberāt, neq; infirmū à potētiori eri-  
 36 piunt. <sup>?</sup> Hominē cæcū, ad visum non resti-  
 tuunt: de necessitate hominē non libera-  
 37 būt. <sup>?</sup> Viduę non miserebuntur, neque or-  
 38 phanis benefaciēt. <sup>?</sup> Lapidibus de monte  
 similes sunt dij illorū, lignei & lapidei, &  
 aurei & argentei. Qui autē colunt ea, cōn-  
 39 fundentur. <sup>?</sup> Quomodo ergo æstimandū  
 40 est, aut dicendum illos esse deos? <sup>?</sup> Adhuc  
 enim ipsis Chaldæis nō honorātibus eās:  
 qui cū audierint mutū nō posse loqui, of-  
 ferunt illud ad Bel, postulantes ab eo lo-  
 41 qui: <sup>?</sup> quasi possint sentire quī non habent  
 motū. & ipsi cū intellexerint, relinquent  
 ea: sensum enim nō habent ipsi dij illorū.  
 42 <sup>?</sup> Mulieres autē circūdatæ funibus, in viis  
 43 sedent, succendētes ossa oliuarū. <sup>?</sup> Cūm  
 E autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo  
 transeunte dormierit cū eo, proximę suæ  
 exprobrat quòd ea non sit digna habitā,  
 sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.  
 44 <sup>?</sup> Omnia autē quæ illis fiunt, falsa sunt.



Quomodo estimandū aut dicendū est il-  
 los esse deos? A fabris autē & ab aurifici- 45  
 bus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id  
 quod volūt esse sacerdotes. Aurifices e- 46  
 tiam ipsi qui ea faciunt, nō sunt multi tē-  
 poris. Nunquid ergo possunt ea quæ fa-  
 bricata sunt ab ipsis, esse dij? Reliquerunt 47  
 autē falsa & opprobrium postea futuris.  
 Nam cū superuenerit illis prælium, & 48  
 mala: cogitāt sacerdotes - post se, vbi se  
 abscondāt cum illis. Quomodo ergo sen 49  
 tiri debeāt, quoniā dij sunt, qui nec de bel-  
 lo se liberāt, neq; de malis se eripiūt? Nā 50  
 cū sint lignea, & inaurata, & inargēta-  
 ta, sciatur postea quia falsa sunt, ab vni-  
 uersis Gentibus & regibus: quæ manifesta  
 sunt quia nō sunt dij, sed opera manuum  
 hominū, & nullū Dei opus cū illis. Vnde 51  
 ergo notū est, quia nō sunt dij, sed opera  
 manū hominū, & nullū Dei opus in ip-  
 sis est? Regē regioni nō suscitāt, neq; plu- 52  
 uiā hominibus dabūt. Iudiciū quoq; nō 53  
 discernēt, neq; regiones liberabunt ab in- F  
 iuria: quia nihil possunt, sicut corniculæ  
 inter mediū celi & terre. Etenim cū inci 54  
 derit ignis in domū deorū ligneorū & ar-  
 gēteorū, & aureorū, sacerdotes quidē ip-  
 sorū fugiēt, & liberabūtur: ipsi verò sicut  
 trabes in medio cōburentur. Regi autē 55  
 & bello nō resistēt. Quomodo ergo æsti-  
 mandū est, aut recipiendū quia dii sunt?  
 Nō à furibus, neq; à latronibus se libera- 56  
 bunt dij lignei, & lapidei & inaurati, &  
 inargentati, quibus iniqui fortiores sunt.  
 Aurum



57 <sup>o</sup> Aurū & argentū, & vestimentū quo o-  
 perti sunt, auferēt illis, & abibunt, nec sibi  
 58 auxiliū ferent. <sup>o</sup> Itaq; melius est esse regē  
 ostentantē virtutē suā: aut vas in domo  
 vtile, in quo gloriabitur qui possidet il-  
 lud: vel ostium in domo, quod custodit  
 59 quæ in pace sunt: quā falsi dij. <sup>o</sup> Sol quidē  
 & luna, ac sydera cū sint splēdida & e-  
 60 missa ad vtilitates, obaudiūt. <sup>o</sup> Similiter &  
 fulgur cū apparuerit, perspicuū est: idip-  
 sum autē & spiritus in omni regione spi-  
 61 rat. <sup>o</sup> Et nubes quibus cū imperatū fuerit  
 à Deo perambulare in vniuersum orbem,  
 62 perficiunt quod imperatū est eis. <sup>o</sup> Ignis e-  
 tiā missus de super vt consumat mōtes &  
 sylvas, facit quod præceptū est ei. Hæc au-  
 tem, neq; speciebus, neq; virtutibus vni-  
 63 eorū similia sunt. <sup>o</sup> Vnde neq; existimādū  
 G est, neq; dicendum illos esse deos, quādo  
 nō possunt neque iudiciū iudicare neque  
 64 quicquā facere hominibus. <sup>o</sup> Scientes ita-  
 que quia non sunt dij, ne ergo timueritis  
 65 eos. <sup>o</sup> Neq; enim regibus maledicēt, neq;  
 66 benedicent. <sup>o</sup> Signa etiā in cælo Gentibus  
 nō ostendunt, neq; vt sol lucebunt, neque  
 67 illuminabunt vt luna. <sup>o</sup> Bestiæ meliores  
 sunt illis, quæ possunt fugere sub rectū,  
 68 ac prodesse sibi. <sup>o</sup> Nullo itaq; modo nobis  
 est manifestū quia sunt dij: propter quod  
 69 ne timeatis eos. <sup>o</sup> Nā sicut in cucumerario  
 formido nihil custodit: ita sunt dij illorū  
 70 lignei, & argētei, & inaurati. <sup>o</sup> Eodē mo-  
 do & in horto spina alba, supra quā om-  
 nis avis sedet. Similiter & mortuo proie-

T 4

*hispane. es*  
*pancio. o.*  
*musarua*  
*hispane.*  
*cardo le*  
*chero. Dio*  
*Scor. li. 3. c.*  
*.20.*



vel murice. vel  
splendore.

cto in tenebris similes sunt dij illorū lig-  
nei, & inaurati, & inargētati. <sup>71</sup> A purpura  
quoq; & marmore que supra illos teneāt,  
scietis itaq; quia nō sunt dij. Ipsi etiā po-  
stremo comedūtur, & erūt opprobriū in  
regione. <sup>72</sup> Melior est homo iust<sup>9</sup> q̄ nō ha-  
bet simulachra: nā erit lōgè ab opprobriis.

HIERONYMI IN EZECHIE-  
LEM PRAEFATIO. **tom. 5.**

**E**Zechiel propheta cum Ioachim rege Iuda capti-  
uus ductus est in Babylonē: ibiq; nis, qui cum eo  
captiui fuerant, prophetauit, poenitentibus quod ad  
Ieremie vaticinium se vltro aduersariis tradidif-  
sent, & viderent adhuc urbem Ierosolymam stare,  
quam ille casuram esse prädixerat. Tricesimo autem  
ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad  
concaptiuos loqui. Et eodē tempore, licet posterior  
hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt.  
Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusti-  
cus est: sed ex vtroque, mediè temperatus. Sacerdos  
& ipse fuit, sicut Ieremias: principia voluminis &  
finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed  
& vulgata eius æditio non multum distat ab He-  
braico. Vnde satis miror quid causæ extiterit vt si  
eosdem in vniuersis libris habemus interpretes: in  
aliis eadem, in aliis diuersa transfulerint. Legite igitur  
& hunc iuxta translationem nostram: quoniam  
per cola scriptus & commata manifestiorem legen-  
tibus sensum tribuit. Si autē amici mei & hunc sub-  
fannauerint: dicite eis quòd nemo eos compollat vt  
scribant. Sed vereor ne illud eis eueniat quod Græcè  
significantius dicitur vt vocentur philolœdori.

**amatores conuisionis et am-  
aruletiaz.** **PRO-**



## PROPHETIA EZECHIELIS.

CAP. I. H<sup>3</sup>. 48. capita.

2  
A **F**actum est in tricesimo  
anno, in quarto, in quin-  
ta mēsis: cū essem in me-  
dio captiuorū iuxta flu-  
uū Chobar, aperti sunt  
cēli, & vidi visiones Dei.

<sup>1</sup> *Secus flumen.*

*Inf. 3. f. 23. v.  
d. 20.*

3  
In quinta mensis, ipse est annus quintus  
transmigrationis regis Ioachin, factū est  
verbū Dñi ad Ezechielem filium Buzi sa-  
cerdotē in terra Chaldæorū, secus flumē  
Chobar: & facta est super eū ibi manus

<sup>c</sup> *1. prophetia.*

*Infr. 3. f. 23.  
v. d. 20.*

4  
Dñi. Et vidi, & ecce ventus turbinis ve-  
niebat ab Aquilone: & nubes magna, &  
ignis inuoluens, & splendor in circuitu  
eius: & de medio ei⁹ quasi species electri,

5  
id est, de medio ignis: & ex medio eius  
similitudo quatuor animalū: & hic aspe-  
ctus eorū, similitudo hominis in eis. Et

<sup>o</sup> *fax.*

<sup>v</sup> *quasi*

*d. greg. li. 6. mo  
ral. c. 28.*

6  
quatuor facies vni: & quatuor pennæ v-  
ni. Et pedes eorum pedes recti, & planta  
pedis eorum quasi planta pedis vituli, &

<sup>a</sup> *politi*

7  
scintillæ quasi aspectus eris candēntis. Et  
manus hominis sub pennis eorū in qua-  
tuor partibus: & facies & pēnas per qua-  
tuor partes habebant. Iunctæque erant

*c. pennata st. c.  
reuertebatur  
de p̄na. d. 2.*

8  
pennæ eorū alterius ad alterū. nō reuerte-  
bantur cū incederent: sed vnumquodque  
ante faciē suam gradiebatur. Similitudo

<sup>s</sup> *1. directe p̄cede  
bat. st. j.*

9  
autē vultus eorum, facies hominis: & fa-  
cies leonis à dextris ipsorum quatuor: fa-  
cies autē bouis, à sinistris ipsorū quatuor:

*clēm. 1. desum-  
timit.*

T s

&



. 6.

&amp; facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.

Et facies eorum, &amp; pennæ eorum extentæ 11

desuper: duæ pennæ singulorum iungeban-

tur, &amp; duæ tegebant corpora eorum: &amp; v-

numquodq; eorum corâ facie sua ambula-

bat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradie-

bantur: nec reuertebantur cū ambularet.

Et similitudo animalium, &amp; aspectus eorum 13

quasi carbonum ignis ardentiū, &amp; quasi aspe-

ctus lampadarum. Hæc erat visio discurrens

in medio animalium splendor ignis, &amp; de ig-

ne fulgur egrediens. Et animalia ibat, &amp; 14

reuertebantur in similitudinē fulguris co-

ruscantis. Cumq; aspicerent animalia, ap-

paruit rota vna super terram iuxta anima-

lia, habes quatuor facies. &amp; aspectus rota-

rum, &amp; opus earum quasi visio maris: &amp; vna

similitudo ipsarum quatuor: &amp; aspectus earum

&amp; opera, quasi sit rota in medio rotæ.

Per quatuor partes earum eutes ibat: &amp; non 17

reuertebantur cū ambularet. Statura quo-

que erat rotis, &amp; altitudo, &amp; horribilis a-

spectus: &amp; totum corpus oculis plenum in

circuitu ipsarum quatuor. Cūq; ambula-

ret animalia, ambulabant pariter &amp; rotæ E

iuxta ea: &amp; cū eleuaretur animalia de ter-

ra, eleuabatur simul &amp; rotæ. Quocunq;

ibat spiritus, illuc eute spiritu, &amp; rotæ pã-

riter eleuabatur, sequentes eum. Spiritus enim

vitæ erat in rotis. Cū eutibus ibat, &amp; cū 21

stantibus stabant: &amp; cū eleuatis à terra pa-

riter eleuabatur &amp; rotæ, sequentes ea: quia

spiritus vitæ erat in rotis. Et similitudo 22

super capita animalium, firmamenti, quasi F

aspectus

*quocunq; appelabat  
eos**ioanes euange  
lista. clem. 1.**de sum. trin.**c. penata. de  
pna. d. 2.**et. c. no reue  
tebatur. ibi:**.f. 10. c. apoc. 4.**apparebat sicut  
lapis tharsis:**Dorsum**Dorsa eaz plenã  
erant oculis.**Isr. 9. c. 12.**v  
erat instar*



23 aspectus crystalli horribilis, & extēti sur-  
 per capita corū dēsuper. <sup>?</sup> Sub firmamēto  
 autē pennæ eorū rectē alterius ad alterū  
 vnumquodq; duabus alis velabat corpus  
 24 suū, & alterū similiter velabatur. <sup>?</sup> Et au-  
 diebā sonū alarū, quasi sonū aquarū mul-  
 tarū, quasi sonū sublimis Dei cū ambula-  
 rēt, quasi sonus erat multitudinis vt sonus  
 castrorū. cumq; statēt dimittebātur pen-  
 25 næ eorū. <sup>?</sup> Nam cū fieret vox super firma-  
 mentum quod erat super caput eorū, sta-  
 26 bant, & submittebant alas suas. <sup>?</sup> Et super  
 G firmamentum quod erat imminēs capiti  
 eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri si-  
 militudo throni: & super similitudinem  
 throni, similitudo quasi aspectus hominis  
 27 dēsuper. <sup>?</sup> Et vidi quasi speciem electri, ve-  
 lut aspectū ignis intrinsecus eius per cir-  
 cuitū, à lūbis eius & dēsuper: & à lumbis  
 eius vsq; deorsum, vidi quasi speciem ig-  
 28 nis splendentis in circuitu. <sup>?</sup> Velut aspectū  
 arcus cū fuerit in nube in die pluuiæ,  
 hic erat aspectus splendoris per gyrum.

## CAP. II.

2 **H**Æc visio similitudinis gloriæ Dñi.  
 A & vidi, & cecidi in faciē meā, & au-  
 diui vocem loquentis. Et dixit ad me, Fili  
 hoīs sta super pedes tuos, & loquar tecū.  
 3 <sup>?</sup> Et ingressus est in me spiritus postquā lo-  
 cutus est mihi, & statuit me supra pedes  
 4 meos: & audiui loquentē ad me, <sup>?</sup> & dicē  
 tē, Fili hominis, mitto ego te ad filios Is-  
 B raël, ad Gentes apostatrices, quæ recessē-  
 rūt à me: <sup>\*</sup> patres eorū præuaricati sunt pa-  
 ctum

extēta stat

omnipotentis

vocat loquē

similis throno

iesus.

tanq̄ colorem

c. quid est. so. dis.

rebellas

v. ipse



Et ecce si audierint  
Et cessauerint  
quoniam domus  
rebellis est

rebellas et sping  
vel tribulis

rebellis

rebellis

rebellis

40. d. c. glibet.

27. q. 4. c. n. b. u. e.  
hodonosor.

Apoc. 5. 4. 1.

gemitus.

vel comedat

vel complantur  
pre dulcedine

Apoc. 10. 4. 9.  
d. 10.

vel multiplicis lin  
guis et difficilis.

Et tu meum usque ad diem hanc. Et filii dura  
facie & indomabili corde sunt, ad quos  
ego mitto te: & dices ad eos, Hæc dicit  
Dñs Deus, Si fortè vel ipsi audiant, & si  
fortè quiescāt, quoniā domus exasperans  
est: & scient quia propheta fuerit in me-  
dio eorū. Tu ergo fili hominis ne timeas  
eos, neq; sermones eorū metuas: quoniā  
increduli & subuersores sunt tecū, & cū  
scorpionibus habitas. verba eorum ne ti-  
meas, & vultus eorum ne formides: quia  
domus exasperans est. Loquēris ergo ver-  
ba mea ad eos, si fortè audiāt, & quiescāt:  
quoniā irritatores sunt. Tu autē fili ho-  
minis audi quæcunque loquor ad te: &  
noli esse exasperans sicut domus exaspera-  
rix est: aperi os tuū, & comede quæcun-  
que ego do tibi. Et vidi, & ecce manus  
missa ad me, in qua erat inuolutus li-  
ber: & expādit illū coram me, qui erat  
scriptus intus & foris: & scriptæ erant in  
eo lamentationes, & cāmen, & vā.

## CAP. III.

ET dixit ad me, Fili hoīs quodcūq; inue-  
neris comede: comede volumē istud, &  
& vadēs loquere ad filios Israēl. Et ape-  
rui os meū, & cibavit me volumine illo:  
& dixit ad me, Fili hoīs veter tuus come-  
det, & viscera tua cōplebūtur volumine  
isto, quod ego do tibi. Et comedi illud:  
& factū est in ore meo sicut mel dulce.  
& dixit ad me, Fili hominis vade ad do-  
mū Israēl, & loquēris verba mea ad eos.  
& Nō enim ad populū profundi sermonis,  
&



- & ignotę linguę tu mitteris, ad domum  
 6. Israël: neq; ad populos multos profundi  
 sermonis & ignotę linguę quorū nō pos-  
 sis audire sermones: & si ad illos mittere-  
 7. ris, ipsi audirēt te. Domus autē Israël no-  
 lunt audire te: quia nolūt audire me. om-  
 nis quippe domus Israël attrita frōte est,  
 & duro corde. Ecce dedi faciē tuā valen-  
 8. tiorē faciebus eorū, & frontē tuā duriorē  
 9. frontibus eorū. Vt adamantē & vt silicē  
 dedi faciem tuā: ne timeas eos, neq; me-  
 10. tuas à facie eorū: quia domus exasperans  
 est. Et dixit ad me, Fili hominis, oēs ser-  
 11. mones meos quos loquor ad te, assume  
 in corde tuo, & auribus tuis audi. & va-  
 12. de, ingredi ad transmigratiōē ad filios  
 13. populi tui, & loquēris ad eos, & dices eis,  
 Hęc dicit Dñs Deus: si fortē audiant &  
 14. quiescant. Et assumpsit mē spiritus, &  
 audiui post me vocē cōmotionis magnę,  
 15. Benedicta gloria Dñi de loco suo. & vo-  
 cē alarū animalium percutientium alterā ad  
 alterā, & vocē rotarū sequētium anima-  
 16. lia, & vocē commotionis magnę. Spiritus  
 quoq; leuauit me, & assumpsit me: &  
 17. abij amarus in indignatione spiritus mei:  
 manus enim Dñi erat mecū, confortans  
 18. me. Et veni ad transmigratiōē ad Acer-  
 uum nouarū frugū, ad eos qui habitabāt  
 iuxta flumen Chobar: & sedi vbi illi se-  
 19. debant: & mansi ibi septē diebus mōrēs  
 20. in medio eorū. Cū autē pertrāsissent se-  
 21. ptem dies, factū est verbū Dñi ad me, di-  
 22. cens: Fili hominis, speculatore dedi te  
 domui

vel intelligas.

dura

rebellis

mei

26. q. 5. c. episcopi

sup me fortis

thelabib

admirans

Infr. 23. b. 70.



domui Israël: & audies de ore meo verbū,  
 & annuntiabis eis ex me. <sup>18</sup> Si dicente me  
 ad impiū, Morte morieris: non annuntia  
 ueris ei, neq; locutus fueris vt auertatur  
 à via sua impia, & viuat: ipse impius in  
 iniquitate sua morietur, sanguinē autem  
 eius de manu tua requirā. <sup>19</sup> Si autē tu an-  
 nuntiaueris impio, & ille nō fuerit con-  
 uersus ab impietate sua: & à via sua im-  
 pia: ipse quidē in iniquitate sua morietur,  
 tu autē animā tuam liberaſti. <sup>20</sup> Sed & si  
 conuersus iustus à iustitia sua fuerit, &  
 fecerit iniquitatem: ponam offendiculum  
 corā eo, ipse morietur: quia nō annuntia-  
 ſti ei, in peccato suo morietur, & nō erūt  
 in memoria iustitiæ eius quas fecit: san-  
 guinem verò eius de manu tua requirā.  
<sup>21</sup> Si autem tu annuntiaueris iusto, vt non  
 peccet iustus, & ille non peccauerit: viuēs  
 viuet, quia annuntiaſti ei, & tu animam  
 tuā liberaſti. <sup>22</sup> Et facta est super me manus  
 Dñi, & dixit ad me, Surgens egredere in  
 campū, & ibi loquar tecū. <sup>23</sup> Et surgens e-  
 gressus sum in cāpum: & ecce ibi gloria  
 Dñi stabat, quasi gloria quam vidi iuxta  
 fluuiū Chobar: & cecidi in faciem meā.  
<sup>24</sup> Et ingressus est in me spiritus, & statuit  
 me super pedes meos: & locutus est mi-  
 hi, & dixit ad me, Ingredere, & include-  
 re in medio domus tuæ. <sup>25</sup> Et tu fili homi-  
 nis, ecce data sunt super te vincula, & li-  
 gabunt te in eis: & non egredieris in me-  
 dio eorum. <sup>26</sup> Et linguam tuam adhære-  
 re faciam palato tuo, & eris mutus, nec  
 quasi

impietate

En. I. A. 1. 4. 3



quasi vir obiurgans: quia domus exaspe-  
 27 rans est. ¶ Cùm autem locutus fuero ti-  
 bi, aperiã os tuum, & dices ad eos, Hęc  
 dicit Dominus Deus, Qui audit, audiat:  
 & qui quiescit, quiescat: quia domus exa-  
 sperans est.

## CAP. IIII.

1 **E**T tu fili hominis, sume tibi laterem,  
 A & pones eum coram te: & describes  
 2 in eo ciuitatē Ierusalē. ¶ Et ordinabis ad-  
 uersus eam obsidionē, & ædificabis mu-  
 nitiones, & cõportabis aggerem, & dabis  
 contra eã castra, & pones arietes in gyro.

3 ¶ Et tu sume tibi sartaginē ferream, & po-  
 nes eam \* murum ferreũ inter te & inter  
 ciuitatē: & obfirmabis faciē tuã ad eam,  
 & erit in obsidionē, & circumdabis eã: si-  
 gnum est domui Israēl. ¶ Et tu dormies su-

4 per latus tuũ sinistrum, & pones iniquita-  
 tes domus Israēl super eo numero dierũ  
 quibus dormies super illud, & assumes

5 "iniquitatē" eorũ. ¶ Ego autē dedi tibi an-  
 nos iniquitatis eorũ, numero dierũ trecen-  
 tos & nonaginta dies: & portabis iniqui-  
 tate domus Israēl. ¶ Et cùm compleueris

6 hęc, dormies super latus tuum dextrũ se-  
 cundò: & assumes "iniquitatē" domus Iu-  
 da quadraginta diebus. diē pro anno, diē,

7 inquã, pro anno dedi tibi. ¶ Et ad obsidio-  
 nem Ierusalē conuerteris faciē tuã, & bra-  
 chiũ tuum erit "extentũ": & prophetabis

8 aduersus eã. ¶ Ecce, circumdedi te vinculis:  
 & nõ te conuerteris à latere tuo in latus a-  
 liud, donec cõpleas dies obsidionis tuæ.

¶ Et

*J. c. 26.*

*iniquitates  
portabis et.*

*Nu. 14. f. 34.*

*extertum 2.*



9 Et tu sume tibi frumentū, & hordeū, & 2  
 fabā, & lentē, & miliū, & viciam: & mit-  
 tes ea in vas vnū, & facies tibi panes nu-  
 4. 109. 25. mero dierū quibus dormies super latus  
 tuū: trecentis & nonaginta diebus come-  
 des illud. 7 Cibus autē tuus quo yescēris, 10.  
 erit in pondere viginti stateres in die: à C  
 tempore vsq; ad tēpus comedes illud. 9 Et 11  
 aquā in mensura bibes sextā partē hin: à  
 tēpore vsq; ad tēpus bibes illud. 9 Et quasi 12  
 subcineritiū hordeaceū comedes illud: &  
 stercore quod egreditur de homine, ope-  
 ries illud in oculis eorū. 9 Et dixit Dñs, Sic 13  
 comedent filij Israēl || panē suum pollutū  
 inter gentes ad quas eiciam eos. 9 Et dixi, 14  
 a a a. vel ah. ah. Ah, ah, ah, Dñe Deus, ecce anima mea nō  
 est polluta, & morticinum, & laceratū à  
 bestiis nō comedi ab infantia mea vsque  
 nunc, & nō est ingressa in os meū omnis  
 caro immūda. 9 Et dixit ad me, Ecce dedi 15  
 tibi fimū boū pro stercorebus humanis: D  
 & facies panē tuū in eo. 9 Et dixit ad me, 16  
 Infr. 5. d. 16. Fili hoīs, || Ecce ego conterā baculū panis  
 14. d. 13. in Ierusalē: & comedent panē in pōdere:  
 & in solitudine: & aquā in mēsurā, &  
 in angustia bibēt. 9 Vt deficiētibus pane & 17  
 aqua, corruat vnusquisq; ad fratrem suum,  
 & contabescant in iniquitatibus suis.

## CAP. V.

nouāculā tōsoriā **E**T tu fili hominis sume tibi gladiū a- 1  
 2  
 3  
 4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100  
 101  
 102  
 103  
 104  
 105  
 106  
 107  
 108  
 109  
 110  
 111  
 112  
 113  
 114  
 115  
 116  
 117  
 118  
 119  
 120  
 121  
 122  
 123  
 124  
 125  
 126  
 127  
 128  
 129  
 130  
 131  
 132  
 133  
 134  
 135  
 136  
 137  
 138  
 139  
 140  
 141  
 142  
 143  
 144  
 145  
 146  
 147  
 148  
 149  
 150  
 151  
 152  
 153  
 154  
 155  
 156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200  
 201  
 202  
 203  
 204  
 205  
 206  
 207  
 208  
 209  
 210  
 211  
 212  
 213  
 214  
 215  
 216  
 217  
 218  
 219  
 220  
 221  
 222  
 223  
 224  
 225  
 226  
 227  
 228  
 229  
 230  
 231  
 232  
 233  
 234  
 235  
 236  
 237  
 238  
 239  
 240  
 241  
 242  
 243  
 244  
 245  
 246  
 247  
 248  
 249  
 250  
 251  
 252  
 253  
 254  
 255  
 256  
 257  
 258  
 259  
 260  
 261  
 262  
 263  
 264  
 265  
 266  
 267  
 268  
 269  
 270  
 271  
 272  
 273  
 274  
 275  
 276  
 277  
 278  
 279  
 280  
 281  
 282  
 283  
 284  
 285  
 286  
 287  
 288  
 289  
 290  
 291  
 292  
 293  
 294  
 295  
 296  
 297  
 298  
 299  
 300  
 301  
 302  
 303  
 304  
 305  
 306  
 307  
 308  
 309  
 310  
 311  
 312  
 313  
 314  
 315  
 316  
 317  
 318  
 319  
 320  
 321  
 322  
 323  
 324  
 325  
 326  
 327  
 328  
 329  
 330  
 331  
 332  
 333  
 334  
 335  
 336  
 337  
 338  
 339  
 340  
 341  
 342  
 343  
 344  
 345  
 346  
 347  
 348  
 349  
 350  
 351  
 352  
 353  
 354  
 355  
 356  
 357  
 358  
 359  
 360  
 361  
 362  
 363  
 364  
 365  
 366  
 367  
 368  
 369  
 370  
 371  
 372  
 373  
 374  
 375  
 376  
 377  
 378  
 379  
 380  
 381  
 382  
 383  
 384  
 385  
 386  
 387  
 388  
 389  
 390  
 391  
 392  
 393  
 394  
 395  
 396  
 397  
 398  
 399  
 400  
 401  
 402  
 403  
 404  
 405  
 406  
 407  
 408  
 409  
 410  
 411  
 412  
 413  
 414  
 415  
 416  
 417  
 418  
 419  
 420  
 421  
 422  
 423  
 424  
 425  
 426  
 427  
 428  
 429  
 430  
 431  
 432  
 433  
 434  
 435  
 436  
 437  
 438  
 439  
 440  
 441  
 442  
 443  
 444  
 445  
 446  
 447  
 448  
 449  
 450  
 451  
 452  
 453  
 454  
 455  
 456  
 457  
 458  
 459  
 460  
 461  
 462  
 463  
 464  
 465  
 466  
 467  
 468  
 469  
 470  
 471  
 472  
 473  
 474  
 475  
 476  
 477  
 478  
 479  
 480  
 481  
 482  
 483  
 484  
 485  
 486  
 487  
 488  
 489  
 490  
 491  
 492  
 493  
 494  
 495  
 496  
 497  
 498  
 499  
 500  
 501  
 502  
 503  
 504  
 505  
 506  
 507  
 508  
 509  
 510  
 511  
 512  
 513  
 514  
 515  
 516  
 517  
 518  
 519  
 520  
 521  
 522  
 523  
 524  
 525  
 526  
 527  
 528  
 529  
 530  
 531  
 532  
 533  
 534  
 535  
 536  
 537  
 538  
 539  
 540  
 541  
 542  
 543  
 544  
 545  
 546  
 547  
 548  
 549  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 560  
 561  
 562  
 563  
 564  
 565  
 566  
 567  
 568  
 569  
 570  
 571  
 572  
 573  
 574  
 575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000  
 1001  
 1002  
 1003  
 1004  
 1005  
 1006  
 1007  
 1008  
 1009  
 1010  
 1011  
 1012  
 1013  
 1014  
 1015  
 1016  
 1017  
 1018  
 1019  
 1020  
 1021  
 1022  
 1023  
 1024  
 1025  
 1026  
 1027  
 1028  
 1029  
 1030  
 1031  
 1032  
 1033  
 1034  
 1035  
 1036  
 1037  
 1038  
 1039  
 1040  
 1041  
 1042  
 1043  
 1044  
 1045  
 1046  
 1047  
 1048  
 1049  
 1050  
 1051  
 1052  
 1053  
 1054  
 1055  
 1056  
 1057  
 1058  
 1059  
 1060  
 1061  
 1062  
 1063  
 1064  
 1065  
 1066  
 1067  
 1068  
 1069  
 1070  
 1071  
 1072  
 1073  
 1074  
 1075  
 1076  
 1077  
 1078  
 1079  
 1080  
 1081  
 1082  
 1083  
 1084  
 1085  
 1086  
 1087  
 1088  
 1089  
 1090  
 1091  
 1092  
 1093  
 1094  
 1095  
 1096  
 1097  
 1098  
 1099  
 1100  
 1101  
 1102  
 1103  
 1104  
 1105  
 1106  
 1107  
 1108  
 1109  
 1110  
 1111  
 1112  
 1113  
 1114  
 1115  
 1116  
 1117  
 1118  
 1119  
 1120  
 1121  
 1122  
 1123  
 1124  
 1125  
 1126  
 1127  
 1128  
 1129  
 1130  
 1131  
 1132  
 1133  
 1134  
 1135  
 1136  
 1137  
 1138  
 1139  
 1140  
 1141  
 1142  
 1143  
 1144  
 1145  
 1146  
 1147  
 1148  
 1149  
 1150  
 1151  
 1152  
 1153  
 1154  
 1155  
 1156  
 1157  
 1158  
 1159  
 1160  
 1161  
 1162  
 1163  
 1164  
 1165  
 1166  
 1167  
 1168  
 1169  
 1170  
 1171  
 1172  
 1173  
 1174  
 1175  
 1176  
 1177  
 1178  
 1179  
 1180  
 1181  
 1182  
 1183  
 1184  
 1185  
 1186  
 1187  
 1188  
 1189  
 1190  
 1191  
 1192  
 1193  
 1194  
 1195  
 1196  
 1197  
 1198  
 1199  
 1200  
 1201  
 1202  
 1203  
 1204  
 1205  
 1206  
 1207  
 1208  
 1209  
 1210  
 1211  
 1212  
 1213  
 1214  
 1215  
 1216  
 1217  
 1218  
 1219  
 1220  
 1221  
 1222  
 1223  
 1224  
 1225  
 1226  
 1227  
 1228  
 1229  
 1230  
 1231  
 1232  
 1233  
 1234  
 1235  
 1236  
 1237  
 1238  
 1239  
 1240  
 1241  
 1242  
 1243  
 1244  
 1245  
 1246  
 1247  
 1248  
 1249  
 1250  
 1251  
 1252  
 1253  
 1254  
 1255  
 1256  
 1257  
 1258  
 1259  
 1260  
 1261  
 1262  
 1263  
 1264  
 1265  
 1266  
 1267  
 1268  
 1269  
 1270  
 1271  
 1272  
 1273  
 1274  
 1275  
 1276  
 1277  
 1278  
 1279  
 1280  
 1281  
 1282  
 1283  
 1284  
 1285  
 1286  
 1287  
 1288  
 1289  
 1290  
 1291  
 1292  
 1293  
 1294  
 1295  
 1296  
 1297  
 1298  
 1299  
 1300  
 1301  
 1302  
 1303  
 1304  
 1305  
 1306  
 1307  
 1308  
 1309  
 1310  
 1311  
 1312  
 1313  
 1314  
 1315  
 1316  
 1317  
 1318  
 1319  
 1320  
 1321  
 1322  
 1323  
 1324  
 1325  
 1326  
 1327  
 1328  
 1329  
 1330  
 1331  
 1332  
 1333  
 1334  
 1335  
 1336  
 1337  
 1338  
 1339  
 1340  
 1341  
 1342  
 1343  
 1344  
 1345  
 1346  
 1347  
 1348  
 1349  
 1350  
 1351  
 1352  
 1353  
 1354  
 1355  
 1356  
 1357  
 1358  
 1359  
 1360  
 1361  
 1362  
 1363  
 1364  
 1365  
 1366  
 1367  
 1368  
 1369  
 1370  
 1371  
 1372  
 1373  
 1374  
 1375  
 1376  
 1377  
 1378  
 1379  
 1380  
 1381  
 1382  
 1383  
 1384  
 1385  
 1386  
 1387  
 1388  
 1389  
 1390  
 1391  
 1392  
 1393  
 1394  
 1395  
 1396  
 1397  
 1398  
 1399  
 1400  
 1401  
 1402



ciuitatis, iuxta completionē dierum obfi-  
 dionis: & assumestertiā partē & cōcides *nudabis.*  
 gladio in circuitu eius: tertiā verò aliam  
 disperges in ventū, & gladiū nudabo post  
 3 eos. <sup>?</sup> Et sumes inde paruū numerū: & li-  
 4 gabis eos in summitate pallij tui. <sup>?</sup> Et ex  
 eis rursū tolles, & proiicies eos in me- *c*  
 dio ignis, & combures eos igni: & ex eo *eis*  
 egredietur ignis in omnē domū Israēl.  
 5 <sup>?</sup> Hæc dicit Dñs Deus, Ista est Ierusalē, in  
 medio Gētiū posui eā, & in circuitu eius  
 6 terras. <sup>?</sup> Et cōtempfit iudicia mea, vt plus  
 esset impia quā Gētes: & præcepta mea  
 vltà quā terræ quæ in circuitu eius  
 B sunt. iudicia enim mea proiecerunt, & in  
 7 præceptis meis nō ambulauerunt. <sup>?</sup> Idcir-  
 co hæc dicit Dñs Deus, Quia superastis  
 gentes quæ in circuitu vestro sunt, & in  
 præceptis meis nō ambulastis, & iudicia  
 mea nō fecistis, & iuxta iudicia gentium  
 quæ in circuitu vestro sunt, -non' estis *- .90*  
 8 operati: <sup>?</sup> Ideo hæc dicit Dñs Deus, Ecce  
 ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui  
 9 iudicia in oculis Gentiū: <sup>?</sup> & faciam in te  
 quod nō feci, & quibus similia vltà nō  
 faciā propter omnes abominationes tuas.  
 10 <sup>?</sup> Ideo patres comedēt filios in medio tui,  
 & filij comedent patres suos: & faciā in *o*  
 te iudicia, & vtilabo vniuersas reliquias *omne latus*  
 11 tuas in omnē ventū. <sup>?</sup> Idcirco viuo ego, di-  
 C cit Dñs Deus, Nisi pro eo quòd sanctum  
 meum violasti in omnibus offensionibus *cōfaminationibus*  
 tuis, & in cunctis abominationibus tuis:  
 ego quoq; confringā, & non parcet ocu-  
 lus



lus meus, & non miserebor. <sup>9</sup> Tertia pars re-  
 tui peste morietur, & fame cōsumetur in  
 medio tui: & tertia pars tui in gladio ca-  
 det in circuitu tuo: tertiā verò partē tuā  
 in omnē ventū dispergā, & gladium eua-  
 ginabo post eos. <sup>9</sup> Et cōplebo furorē meū, <sup>12</sup>  
 & requiescere faciā indignationem meā  
 in eis, & consolabor: & scient quia ego  
 Dominus locutus sum in zelo meo, cūm  
 implevero indignationē meā in eis. <sup>9</sup> Et <sup>14</sup>  
 dabo te in desertū & in opprobriū genti-  
 bus quæ in circuitu tuo sunt, in cōspectu  
 omnis prætereuntis. <sup>9</sup> Et eris opprobrium <sup>15</sup>  
 & blāsphe-mia, exemplū & stupor in gen- <sup>D</sup>  
 tibus quæ in circuitu tuo sunt, cūm fece-  
 ro in te iudicia in furore & in indigna-  
 tione, & in increpationibus iræ, Ego Dñs  
 locutus sum. <sup>9</sup> Quādo misero sagittas fa- <sup>16</sup>  
 mis pessimas in eos quæ erunt mōrtifere,  
 & quas mittam vt disperdam vos: & fa-  
 mem congregabo super vos, || & contera  
 in vobis baculum panis. <sup>9</sup> Et immittā in <sup>17</sup>  
 vos famem & bestias pessimas vsque ad  
 internecionem: & pestilentia & sanguis  
 transibunt per te, & gladium inducā su-  
 per te. ego Dominus locutus sum.

## CAP. VI.

**E**T factus est sermo Domini ad me, di-  
 cens, <sup>9</sup> Fili hominis pone faciem tuam  
 ad mōtes Israēl: & prophetabis ad eos, <sup>9</sup> & <sup>3</sup>  
 dices, || Mōtes Israēl audite verbū Domini <sup>A</sup>  
 Dei. Hæc dicit Dñs Deus mōtibus & col-  
 libus, rupibus & vallibus, Ecce, ego indu-  
 cam super vos gladiū, & disperdā excelsa  
 vestra,

<sup>1</sup>  
vel cōtempus

in destructione

Sup. 4. ad. 15.

Isf. 14. cl. 13.

Isf. 36. cl. 2.



4 vestra, ⁊ demoliar aras vestras, & con-  
fringentur simulachra vestra: & deiiciam  
5 interfectos vestros ante idola vestra. ⁊ Et  
dabo cadauera filiorum Israël ante faciem si-  
mulachrorum vestrorum: & dispergam ossa ve-  
6 stra circum aras vestras ⁊ in omnibus habita-  
tionibus vestris. Vrbes desertæ erunt, &  
excelsa demolietur & dissipabuntur: & in-  
teribunt aræ vestræ, & confringentur: &  
B cessabunt idola vestra, & conterentur delu-  
7 bra vestra, & delebuntur opera vestra. ⁊ Et  
cadet interfectus in medio vestri: & scie-  
8 tis quia ego sum Dominus. ⁊ Et relinquam  
in vobis eos, qui fugerint gladium in Gen-  
9 tibus, cum disperfero vos in terris. ⁊ Et re-  
cordabuntur mei liberati vestri in Gen-  
tibus ad quas captiui ducti sunt: quia cō-  
10 triui cor eorum fornicans & recedens a  
me, & oculos eorum fornicantes post i-  
dola sua: & displicebunt sibi met super ma-  
lis quæ fecerant in vniuersis abominatio-  
11 nibus suis. ⁊ Et sciēt quia ego Dñs non fru-  
C stra locutus sum vt facerem eis malum hoc.

12 Hæc dicit Dñs Deus, percutite manum  
tuam, & allide pedem tuum, & dic, Heu, ad  
oēs abominaciones malorum domus Israël:  
quia gladio, fame, & peste ruituri sunt.

13 Qui longè est, peste morietur: qui autem  
propè, gladio corruet: & qui relictus fue-  
rit & obsessus, fame morietur: & cōple-  
bo indignationem meam in eis. ⁊ Et scietis  
D quia ego Dominus, cum fuerint interfe-  
cti vestri in medio idolorum vestrorum  
in circuitu ararum vestrarum, in omni

V a. collo

aliquos q̄ fugerint

contrinui me ppter

succi datur a fa-  
cie eorum p mala

percuta pede tuo.

manu tua:

6.

Qui. 15.



colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus vniuersam quercum frondosam, locum vbi accenderunt thura redolentia vniuersis idólis suis. <sup>14</sup> Et extendam manum meam super eos: & faciam terram desolatam & destitutam à deserto Deblátha in omnibus habitationibus eorum: & scient quia ego Dominus.

## CAP. VII.

**E**T factus est sermo Domini ad me, dicens: <sup>1</sup> Et tu fili hominis, hæc dicit Dñs Deus terræ Israël, Finis venit, venit finis <sup>2</sup> super quatuor plagas terræ. <sup>3</sup> Nunc finis super te, & immittā furorē meū in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponā cōtra te omnes abominationes tuas. <sup>4</sup> Et nō parceret oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas ponā super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego Dñs. <sup>5</sup> Hæc dicit Dñs Deus, Afflictio vna, afflictio ecce venit. <sup>6</sup> finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce <sup>7</sup> venit. <sup>8</sup> Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, propè est dies occisionis, & non gloriæ montiū. <sup>9</sup> Nunc de propinquo effundā irā meā super te, & cōplebo furorē meū in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua, <sup>10</sup> Et nō parceret oculus me⁹, nec miserebor: sed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego sum Dñs percutiens. <sup>10</sup> Ecce dies, ecce venit: egressa est contritio,

*Sententia matutina Et. f.*

*Acōfractio. in quo nō iubilabunt in montibus*

*Acōfractio 4*



C tritio', floruit virga, germinauit superbia.  
 11 <sup>?</sup> Iniquitas surrexit in virga impietatis:  
 12 nō ex eis, & non ex populo, neq; ex soni-  
 13 tu eorū: & nō erit requies in eis. <sup>?</sup> Venit tē-  
 pus, appropinquauit dies: qui emit, nō læ-  
 tetur: & qui vendit, nō lugeat: quia ira su-  
 14 per omnē populū eius. <sup>?</sup> Quia qui vedit,  
 ad id quod vendidit nō reuertetur: & ad-  
 huc in viuētibus vita eorū: visio enim ad  
 oēm multitudinē eius nō regredietur: &  
 D vir in iniquitate vitæ suæ non conforta-  
 14 bitur. <sup>?</sup> Canite tuba, præparentur omnes,  
 & nō est qui vadat ad prælium: ira enim  
 15 mea super vniuersum populū eius. <sup>?</sup> Gla-  
 dius foris: & pestis & fames intrinsecus:  
 qui in agro est, gladio morietur: & qui in  
 16 ciuitate, pestilentia & fame deuorabun-  
 tur. <sup>?</sup> Et saluabuntur qui fugerint ex eis:  
 & erunt in montibus quasi columbæ cō-  
 uallium oēs trepidi, vnusquisq; in iniqui-  
 17 tate sua. <sup>?</sup> Omnes manus dissoluentur, &  
 18 omnia genua fluent aquis. <sup>?</sup> Et accingent  
 se ciliciis, & operiet eos formido: & in  
 E omni facie confusio, & in vniuersis capi-  
 19 tibus eorū caluitium. <sup>?</sup> Argētum eorū  
 foras proiicietur, & aurum eorum in ster-  
 quilinium erit. Argētum eorum: & au-  
 rum eorum non valebit liberare eos in  
 die furoris Domini. animam suam non  
 saturabunt, & ventres eorum non im-  
 plebuntur: quia scādālū iniquitatis eorū  
 20 factū est. <sup>?</sup> Et ornamentum moniliū suo-  
 rum in superbiam posuerunt, & imagines  
 abominationum suarū & simulachrorū  
 fece-

virgā impiam

fis ipsis

lāmētū. i. nullū  
cōuertetur ex eisit in vita existē  
te aia foris nō re-  
uerteturvel nemo cōfidat  
in iniquitate su-  
a q̄ multa habe-  
nt.omnē mul-  
titudinem s̄  
gementesIsa. 15. a. 2.  
Ierc. 48. f. 37  
Prou. 11. a. 4.  
Soph. 1. d. 18.  
Ecc. 5. b. 10.  
c. 13.4  
ruina hec pp  
iniquitates eorū



adlytu. 1. s. d. u. z  
Sitoze

divuantes

catenam

possuēt

precisione

4  
cōtritiō sup cōtr  
itione?

6  
pncipes induet

7  
iudicium  
c. diaconi.  
93. dist. 1

fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud  
in immunditiam; & dabo illud in ma- 21  
nus alienorū ad diripiēdum, & impiis ter-  
ræ in prædam, & contaminabunt illud. F  
Et auertam faciē meam ab eis, & viola- 22  
bunt arcā meū: & introibūt in illud e-  
missarij, & contaminabunt illud. Fac cō 23  
clusiōne: quoniam terra plena est iudicio  
sanguinū, & ciuitas plena iniquitate. Et 24  
adducā pessimos de gentibus, & posside-  
bunt domos eorū: & quiescere faciam su-  
perbiā potentiū, & possidebunt sanctua- 25  
ria eorū. Angustia superueniente requi-  
rent pacē, & non erit. Conturbatio super 26  
conturbationem veniet, & auditus super  
auditum: & quærent visionē de prophe- G  
ta, & lex peribit à sacerdote, & consilium  
à senioribus. Rex lugebit, & princeps in- 27  
duetur moerore, & manus populi terræ  
conturbabuntur. Secundum viam eorū  
faciam eis, & secundum iudicia eorū iu-  
dicabo eos: & scient quia ego Dominus.

## CAP. VIII.

1. ppheticus spūs

iesus.

et.

Dei. 14. f. 35

ET factū est in anno sexto, in sexto mē- 1  
se, in quinta mensis: ego sedebā in do- A  
mo mea, & senes Iuda sedebāt corā me, &  
cēcidit ibi super me manus Dñi Dei. Et 2  
vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ig-  
nis: ab aspectu lumborū eius & deorsum,  
ignis: & à lumbis eius, & sursum, quasi a-  
spectus splendoris, vt visio electri. Et e- 3  
missa similitudo manus apprehendit me  
in cincinno capitis mei: & eleuauit me B  
Spiritus inter terram & cælū: & adduxit  
me



me in Ierusalē in visione Dei, iuxta ostiū  
interius quod respiciebat ad Aquilonē, v-  
 bi erat statutū idōlum zeli ad prouocan-  
 dam amulationē. Et ecce ibi gloria Dei  
 Israël secūdum visionē quā viderā in cā-  
 po. Et dixit ad me, Fili hominis, leua o-  
 culos tuos ad viā Aquilonis. Et leuauī o-  
 culos meos ad viā Aquilonis: & ecce ab  
 Aquilone portæ altaris idōlū zeli in ipso  
 introitu. Et dixit ad me: Fili hominis pu-  
 tāsne vides tu quid isti faciūt, abominatio-  
 nes magnas, quas domus Israël facit hic,  
 vt procul recedā à sanctuario meo? & ad-  
 huc cōuersus videbis abominationes ma-  
 iores. Et introduxit me ad ostiū atrij: &  
 vidi, & ecce foramē vnū in pariete. Et di-  
 xit ad me, Fili hominis fode parietē. Et cū  
 fodissem parietē, apparuit ostiū vnū. Et  
 dixit ad me: Ingredere, & vide abomina-  
 tiones pessimas, quas isti faciūt hic. Et in-  
 gressus vidi, & ecce omnis similitudo re-  
 ptiliū, & animalīū, abominatio, & vniuer-  
 sa idōla domus Israël depicta erant in pa-  
 riete in circuitu per totū. Et septuaginta  
 viri de senioribus dom⁹ Israël, & lezonias  
 filius Saphā stabat in medio eorū, stantiū  
 ante picturas: & vnusquisq; habebat thu-  
 ribulū in manu sua: & vapor nebulae de  
 thure confurgebat. Et dixit ad me: Certē  
 vides fili hominis quæ seniores dom⁹ Is-  
 raël faciūt in tenebris, vnusquisq; in ab-  
scōdito cubilis sui: dicunt enim, Nō videt  
 Dñs nos, dereliquit Dñs terrā. Et dixit ad  
 me: Adhuc cōuersus videbis abominatio-

ad ostiū porta  
 atrij interioris

s. ad iram

in cubiculis su-  
 is pictis



thammuz nome  
idoli

nes maiores quas isti faciunt. <sup>14</sup> Et introduxit me per ostiū portæ domus Dñi, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebāt plāgentes A'donidē. <sup>15</sup> Et dixit ad me: Certē vidisti fili hominis: adhuc cōuersus videbis abominationes maiores his. <sup>16</sup> Et introduxit me in atriū domus Dñi interius: & ecce in ostio templi Dñi inter vestibulū & altare, quasi vigin-  
tiquinq; viri dōrsa habētes cōtra tēplum Dñi, & facies ad Orientē: & adorabāt ad ortū solis. <sup>17</sup> Et dixit ad me, Certē vidisti fili hominis: nūquid leue est hoc domui Iuda, vt facerēt abominationes istas quas fecerūt hic: quia replētes terrā iniquitate, cōuersi sunt ad irritādū me? & ecce applicāt ramū ad nares suas. <sup>18</sup> Ergo & ego faciam in furore: nō parceret oculus meus, nec miserebor: & cū clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

## CAP. IX.

vel p̄fecti. i. cō  
struati ad de san  
da vrbē.

instrumētū ad  
p̄cedendū. st. f.  
recessit a

**E**T clamauit in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquauerunt uisitationes vrbis, & vnusquisq; vas interfectionis habet in manu sua. <sup>1</sup> Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonē: & vnus cuiusq; vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lincis, & atramentariū scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum. <sup>2</sup> Et gloria Domini Israël assumpta est de cherub, quæ erat super eū ad limen domus: & vocauit virum qui indutus **erat**

dei

c. nōpt. 23. q. 4.  
c. ecclesi. 11.  
disa.



erat lineis, & atramentariū scriptoris ha-  
 4 bebat in lumbis suis. ⁊ Et dixit Dominus  
 ad eum: Transi per mediam ciuitatem in  
 medio Ierusalē: ⁊ signa Thau super fron- Eua. 12. b. 7  
Apo. 7. d. 3.  
 tes virorum gementium & dolentium su-  
 per cunētis abominationibus quæ fiunt  
 5 in medio eius. ⁊ Et illis dixit audiente me  
 transite per ciuitatem sequentes eum, &  
 percutite: non parcat oculus vester, neque  
 6 misereamini. ⁊ Senem, adolescentulum &  
 C virginē, "paruulos" & mulieres interfici- "parvulum"  
 te vsque ad interneccionem: omnem a-  
 tem super quem videritis thau, ne occida- c. et purgabit. so  
d.  
 tis, & à sanctuario meo incipite. Cœpe-  
 runt ergo à viris senioribus, qui erant an-  
 7 te faciē domus. ⁊ Et dixit ad eos: Contami-  
 nate domū, & implete atria interfectis: e-  
 gredimini. Et egressi sunt, & percutiebant  
 8 eos qui erant in ciuitate. ⁊ Et cæde com-  
 pleta remansi ego: ruique super faciē meā,  
 & clamās aio: Heu, heu, heu Dñe Deus, ex  
 gōne disperdes oēs reliquias Israēl, effun-  
 9 dens furorē tuum super Ierusalē? ⁊ Et dixit  
 D ad me: Iniquitas dom⁹ Israēl & Iuda ma-  
 gna est nimis valde, & repleta est terra  
 sanguinibus, & ciuitas repleta est auersio-  
 ne: dixerūt enim, Dereliquit Dñs terram,  
 10 & Dñs nō videt. ⁊ Igitur & meus nō par-  
 cet oculus, neq; miserebor: viā corū super  
 11 caput eorū reddā. ⁊ Et ecce, vir qui erat in-  
 ductus lineis, qui habebat atramentarium  
 in dorso suo, respondit verbum, dicens:  
 Feci sicut præcepisti mihi.

Signum

"parvulum"

c. et purgabit. so  
d.

CRUX.

sabis suis.

CAP. X.

V s

Et



sum  
cherub

ET vidi, & ecce in firmamento quod e-  
 rat super caput cherubim, quasi lapis A  
 sapphirus, quasi species similitudinis solij,  
 apparuit super eam. Et dixit ad virum qui  
 indutus erat lineis, & ait: Ingredere in me-  
 dio rotarum quæ sunt subtus cherubim, &  
 imple manum tuam prunis ignis quæ sunt  
 inter cherubim, & effunde super ciuitatem.  
 Ingressusque est in conspectu meo: cheru-  
 bim autem stabant à dextris domus cum in-  
 grederetur vir, & nubes impleuit atrium  
 interius. Et eleuata est gloria Domini desu-  
 per cherub ad limen domus: & repleta est  
 domus nube, & atrium repletum est splen-  
 dore gloriæ Domini. Et sonitus alarum cheru-  
 bim audiebatur usque ad atrium exterius,  
 quasi vox Dei omnipotentis loquentis.  
 Cumque præcepisset viro qui indutus e-  
 rat lineis, dicens: Sume ignem de medio ro-  
 tarum quæ sunt inter cherubim: ingres-  
 sus ille stetit iuxta rotam. Et extendit che-  
 in viis suis, & in studiis suis: iuxta immū-  
 ditiā mēstruatae facta est via eorū coram  
 18 me. <sup>9</sup>Et effudi indignationē meam super  
 eos pro sanguine quē fuderunt super ter-  
 19 ram, & in idólis suis polluerunt eam. <sup>9</sup>&  
 dispersi eos in Gentes, & ventilati sunt in  
 terras: iuxta vias eorum, & adinuētiones  
 20 eorum iudicaui eos. <sup>9</sup>Et ingressi sunt ad  
 gentes ad quas introierunt, & polluerunt  
 nomen sanctū meū, cū diceretur de eis:  
 Populus Dñi iste est, & de terra eius e-  
 21 gressi sunt. <sup>9</sup>Et peperi nomini sancto  
 meo, quod polluerat domus Israël in Gē-  
 22 tibus ad quas ingressi sunt. <sup>9</sup>Idcirco dices  
 E domui Israël, Hæc dicit Dñs Deus, Non  
 propter vos ego faciā domus Israël, sed  
 propter nomen sanctum meū quod pol-  
 23 luitis in gentibus ad quas intraſtis. <sup>9</sup>Et  
 sanctificabo nomē meū magnum, quod  
 pollutum est inter Gentes, quod pollui-  
 ſtis in medio earum: vt ſciāt Gentes quia  
 ego Dñs, ait Dñs exercituū, cum sanctifi-

b

catus

Isa. 52. b. 9.

Rom. 2. d. 24.

c. necquēq̄. de cō  
sect. d. 4.

Inf. 39. g. 23.



*cc. hoc my. vide* catus fuero in vobis corā eis: <sup>24</sup> Tollā quip  
*aug. li. 7. de doct. ch. c. 34* vos de Gentibus, & cōgregabo vos de

**IESUS.**

*Supr. II. c. 19. Inf. 39. g. 29.* vniuersis terris, & adducā vos in terrā ve-  
 stram. <sup>25</sup> Et effundā super vos aquā mun-  
 dam, & mundabimini ab omnibus in-

quinamētis vestris, & ab vniuersis idōlis

vestris mūdabo vos. <sup>26</sup> Et dabo vobis cor

nouū, & spiritū nouū ponā in medio ve-

stri, & auferam cor lapideū de carne ve-

stra, & dabo vobis cor carneū. <sup>27</sup> Et spiritū

meū ponā in medio vestri: & faciam vt F

in præceptis meis ambuletis, & iudicia

mea custodiatis & operemini. <sup>28</sup> Et habita

bitis in terra quā dedi patribus vestris: &

eritis mihi in populū, & ego ero vobis in

Deū. <sup>29</sup> Et saluabo vos ex vniuersis inqui-

nantis vestris: & vocabo frumentū, &

multiplicabo illud, & non imponā vobis

famem. <sup>30</sup> Et multiplicabo fructū ligni, &

genimina agri: vt nō portetis vltra oppro-

briū famis in Gētibus. <sup>31</sup> Et recordabimini

viarū vestrarū pessimarū, studiorumq; nō

bonorū: & displicebunt vobis iniquitates

vestræ & scelera vestra. <sup>32</sup> Nō propter vos

ego faciā, ait Dñs Deus, notum sit vobis:

confundimini & erubescite super viis ve-

stris, domus Israël. <sup>33</sup> Hæc dicit Dñs Deus,

In die qua mundauero vos ex omnibus

iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero

vrbes, & instaurauero ruinosas: <sup>34</sup> & terra

deserta fuerit exculta, quæ quondam erat

desolata in oculis omnis viatoris, <sup>35</sup> dicent:

Terra illa inculta facta est vt hortus volu

ptatis: & ciuitates desertæ, & destitute at-

que

*a*  
 vel q. succisione  
 digni estis iudi  
 cabitis in conspec  
 tu vtro. pp. iniqui  
 tates et abomi  
 nationes vras.

*Eden.*

*destruenda.*



36 que suffossæ, minutę sederūt. Et sciēt gē-  
tes quæcunq; derelictæ fuerint in circui-  
tu vestro, quia ego Dñs ædificaui dissipa-  
ta, plantauiq; inculta, ego Dñs locutus  
37 sim & fecerim. Hęc dicit Dñs Deus, Ad-  
huc in hoc inuenient me domus Israël vt  
faciam eis: Multiplicabo eos sicut gregem  
38 hominum, vt gregem sanctum, vt gregē  
Ierusalem in solennitatibus eius: Sic erūt  
ciuitates desertæ, plenæ gregibus homi-  
num: & scient quia ego Dominus.

## CAP. XXXVII.

1 **F**Acta est super me manus Dñi, & edu-  
A **F**ixit me in spiritu Dñi: & dimisit me in  
2 medio campi qui erat plenus ossibus. Et  
circunduxit me per ea in gyro: erant autē  
multa valde super faciem campi, siccaq;  
3 vehementer. Et dixit ad me, Fili hominis  
putāsne viuet ossa ista? Et dixi, Dñe Deus,  
4 tu nosti. Et dixit ad me: Vaticinare de os-  
sibus istis: & dices eis, Ossa arida audite  
5 verbū Dñi. Hęc dicit Dñs Deus ossibus  
his, Ecce, ego intromittam in vos spiritū,  
6 & viuetis. Et dabo super vos nervos, &  
B succrescere faciam super vos carnes, & su-  
perextendam in vobis cutem: & dabo vo-  
bis spiritum, & viuetis: & scietis quia e-  
7 go Dominus. Et prophetaui sicut præce-  
perat mihi: factus est autem sonitus pro-  
phetante me, & ecce commotio: & accē-  
8 serunt ossa ad ossa, vnumquodq; ad iun-  
cturam suam. Et vidi, & ecce super ea  
nerui, & carnes ascenderunt: & extenta  
est in eis cutis desuper, & spiritum non

b 2

habe-

*eccia. psal.*  
*86. / Actu. 2*  
*4. 6. 11. 15.*  
*17.*

**Resurrec**  
*tio. Exo. 3.*  
*Job. 19. / isa*  
*26. / Dan.*  
*12. / psal. 1.*  
*2. mac. 7.*  
*12. / 14.*



habebant. Et dixit ad me: Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum, Hæc dicit Dñs Deus: A quatuor ventis veni spiritus: & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscāt. Et prophetaui, sicut præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: steteruntq; super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me: Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israël est: ipsi dicūt, Aruerūt ossa nostra, & periit spes nostra, & abscissi sumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos, Hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducā vos in terrā Israël. Et scietis quia ego Dñs, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris popule meus: Et dederō spiritum meū in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humum vestram: & scietis quia ego Dñs locutus sum & feci, ait Dñs Deus. Et factus est sermo Dñi ad me dicens: Et tu fili hominis, sume tibi lignum vnum: & scribe super illud Iudæ & filiorū Israël sociorū eius, & tolle lignum alterū, & scribe super illud Ioseph lignum Ephraim, & cunctæ domus Israël, sociorūque eius. Et adiunge illa vnum ad alterū tibi in lignum vnum: & erunt in vnionē E in manu tua. Cū autē dixerint ad te filij populi tui loquētes: Nōne indicas nobis quid in his tibi velis? loqueris ad eos, Hæc dicit Dñs Deus, Ecce, ego assumam

reuiuiscāt

ipsi ioseph.



mam lignum Ioseph, quod est in manu  
 Ephraim, & tribus Israël quæ sunt ei ad-  
 iunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iu-  
 da, & faciã eas in lignũ vnum: & erunt v-  
 10 nũ in manu eius. ¶ Erunt autẽ ligna super  
 quæ scripseris in manu tua, in oculis eo-  
 21 rum. ¶ Et dices ad eos: Hęc dicit Dominus  
 F Deus: Ecce, ego assumam filios Israël de  
 medio nationũ ad quas abierunt, & con-  
 gregabo eos vndique, & adducam eos ad  
 22 humum suam. ¶ Et faciam eos in gentem Ioh. 10. 6. 18  
 vnã in terra in montibus Israël; & rex  
 vnus erit omnibus imperans: & non erũt  
 vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius  
 23 in duo regna. ¶ Neque polluentur vltra  
 in idólis suis & abominationibus suis, &  
 cũctis iniquitatibus suis: & saluos eos fa-  
 ciam de vniuersis sedibus in quibus pec-  
 cauerunt, & emũdabo eos: & erunt mihi  
 24 populus, & ego ero eis Deus. ¶ Et seruus  
 meus David rex super eos, & pastor vnus Sup. 34. f. 23.  
Ioh. 1. g. 45.  
10. b. 11.  
Isa. 40. c. 11.  
Iere. 23. a. 5.  
Dan. 9. g. 24.  
g. 25.  
erit omnium eorum: in iudiciis meis am-  
 bulabunt, & mandata mea custodient, &  
 25 facient ea. ¶ Et habitabunt super terram  
 G quam dedi seruo meo Iacob, in qua habi-  
 tauerũt patres vestri: & habitabũt super  
 eã ipsi, & filij eorũ, & filij filiorũ eorũ, vs-  
 que in sempiternũ: & David seruus meus  
 26 princeps eorum in perpetuum. ¶ Et percu-  
 tiam illis fœdus pacis, ¶ pactũ sempiternũ  
 erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo,  
 & dabo sanctificationẽ meã in medio eo-  
 27 rũ in perpetuũ. ¶ Et erit tabernaculũ meũ  
 in eis: & ero eis Deus, & ipsi erũt mihi po-  
 pulus.

**iesus.**

*Sic faciam eis,*

Ioh. 12. e. 34.  
Psa. 150. r. 4.  
& 106. a. 2.



*A* pulus. Et sciēt Gentes quia ego Dñs san-  
*hieronymus sup. c. 10. gen. in gntibus hebraicis.* ctificator Israël cum fuerit sanctificatio  
 mea in medio eorum in perpetuum.

## CAP. XXXVIII.

*i. Enfr. 39. d. 2. b. 6. Apoc. 20. c. 8. 4. 2. 2. cōtorum. homos. oi armos gne 4. nouissimis. 5. cōtita.*

**E**T factus est sermo Domini ad me, di-  
 cens: Fili hominis pone faciem tuam  
 contra Gog & terram Magog, principē  
 capitis Mosoch & Thubal: & vaticinare  
 de eo, & dices ad eum, Hæc dicit Dñs  
 Deus: Ecce, ego ad te Gog principem capi-  
 tis Mosoch & Thubal, & circumagā te,  
 & ponam frænum in maxillis tuis, & e-  
 ducā te & omnem exercitū tuū, equos &  
 equites vestitos loricis vniuersos, multi-  
 tudinē magnā hastam & clypeū arripien-  
 tium & gladium. Persæ, Æthiopes, & Ly-  
 bics cum eis, oēs scutati & galeati. Gomer,  
 & vniuersa agmina eius, domus  
 Thógormalatera Aquilonis, & totum ro-  
 bur eius, populiq̄ue multi tecum. Præ-  
 para & instrue te, & omnem multitudi-  
 nem tuā quæ coaceruata est ad te: & esto  
 eis in præceptum. Post dies multos visi-  
 taberis: in noūissimo annorum venies ad  
 terrā quæ reuerfa est à gladio, & cōgrega-  
 ta est de populis multis, ad montes Israël,  
 qui fuerunt deserti iugiter: hæc de popu-  
 lis educta est, & habitabunt in ea cōfiden-  
 ter vniuersi. Ascendēs autē quasi tempe-  
 stas venies & quasi nubes, vt operias ter-  
 ram tu & omnia agmina tua, & populi  
 multi tecū. Hæc dicit Dñs Deus, In die  
 illa ascendent sermones super cor tuum,  
 & cogitabis cogitationem pessimā: & di-  
 ces



ces, Ascendam ad terram absq; muro: ve-  
 niã ad quiescentes habitantesque secure:  
 hi oēs habitāt sine muro, vectes & portæ  
 12 non sunt eis. <sup>1</sup> Vt diripias spolia, & inua-  
 das prædam, vt inferas manum tuam su-  
 per eos qui deserti fuerant, & postea resti-  
 tuti, & super populum qui est congreg-  
 gatus ex Gentibus, qui possidere cœpit  
 13 & esse habitator vmbilici terre. <sup>2</sup> Saba, &  
 D Dedã, & negotiatores Tharsis, & oēs leo-  
 nes eius dicent tibi, Nunquid ad sumenda  
 spolia tu venis? ecce ad diripiendam præ-  
 dam congregasti multitudinẽ tuã, vt tol-  
 las argentum & aurũ, & auferas supelle-  
 ctile atq; substantiã, & diripias manubias  
 14 infinitas. <sup>3</sup> Propterea vaticinare fili homi-  
 nis, & dices ad Gog, Hęc dicit Dñs Deus:  
 Nunquid non in die illo, cũ habitauerit  
 15 populus meus Israël cõfidenter, scies? <sup>4</sup> Et  
 E venies de loco tuo à lateribus Aquilonis  
 tu & populi multi tecũ, ascensores equo-  
 rum vniuersi, cœtus magnus, & exercitus  
 16 vehemens. <sup>5</sup> Et ascendens super populum  
 meum Israël quasi nubes, vt operias ter-  
 ram. In nouissimis diebus eris, & adducã  
 te super terram meã: vt sciant Gentes me,  
 cũ sanctificatus fuero in te in oculis eo-  
 17 rum ó Gog. <sup>6</sup> Hęc dicit Dñs Deus, Tu er-  
 go ille es de quo locutus sum in diebus  
 antiquis in manu seruatorum meorũ pro-  
 phetarũ Israel, qui prophetauerũt in die-  
 bus illorum temporum, vt adducerem  
 18 te super eos. <sup>7</sup> Erit in die illa: in die ad-  
 F uetus Gog super terrã Israel, ait Dominus

villaz vel aptaz.

vel habitati.



Deus, ascendet indignatio mea in furore meo. Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum. Quia in die illa erit commotio magna super terrā Israël: et commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cæli, & bestię agri, & omne reptile quod mouetur super humum, cunctique homines qui sunt super faciem terræ, & subuertentur montes, & cadent sepēs, & omnis murus corruet in terra. Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladiū, ait Dñs Deus: gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigitur. Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immēsis: ignem, & sulphur pluā super eū, & super exercitum eius, & super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor, & sanctificabor: & notus ero in oculis multarum gentium: & scient quia ego Dominus.

## CAP. XXXIX.

**T**V autem fili hominis, vaticinare aduersum Gog, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch & Thubal: & circumagam te, & seducam te, & ascendere te faciam de lateribus Aquilonis: & adducam te super montes Israël. Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, & sagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. Super montes Israël cades tu, & omnia agmina tua & populi tui qui sunt tecum: feris, auibus omni que volatili, & bestiis terræ dedi te

Mat. 24. c. 29

Luc. 21. c. 26

gradus.

Sup. 38. c. 1.

Apo. 20. c. 8

Deducam 8.

vel. Educam

aut. cōferam

desolata facias.



5 ad deuorandum. <sup>?</sup> Super faciem agri ca-  
 B des: quia ego locutus sum, ait Dominus  
 6 Deus. <sup>?</sup> Et immittam ignem in Magog, &  
 in his qui habitant in insulis confidenter: &  
 7 scient quia ego Dominus. <sup>?</sup> Et nomen san-  
 ctum meum notum faciam in medio populi  
 mei Israel, & non polluam nomen sanctum  
 meum amplius: & scient Gentes quia ego  
 8 Dominus sanctus Israel. <sup>?</sup> Ecce venit, & fa-  
 ctum est, ait Dominus Deus, haec est dies  
 9 de qua locutus sum. <sup>?</sup> Et egredientur ha-  
 bitatores de ciuitatibus Israel, & succen-  
 dent & comburent arma, clypeum & hastas,  
 arcum & sagittas, & baculos, manus, & con-  
 10 tos: & succendent ea igni septem annis.  
 C <sup>?</sup> Et non portabunt ligna de regionibus, ne-  
 que succident de saltibus: quoniam arma suc-  
 cendent igne, & depraedabuntur eos quibus  
 praedae fuerant, & diripient vastatores suos,  
 11 ait Dominus Deus. <sup>?</sup> Et erit in die illa: da-  
 bo Gog locum nominatum sepulchrum in  
 Israel: ualle viatorum ad orientem maris, quae  
 obstupescere faciet praetereuntes: & sepeliet  
 ibi Gog & omnem multitudinem eius, &  
 12 vocabitur Vallis multitudinis Gog. <sup>?</sup> Et  
 sepelient eos domus Israel, ut mundent ter-  
 13 ram septem mensibus. <sup>?</sup> Sepeliet autem eum om-  
 nis populus terrae, & erit eis nominata dies  
 in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus.  
 14 <sup>?</sup> Et viros iugiter constituet lustrantes ter-  
 ram qui sepeliant & requirant eos qui re-  
 manserant super faciem terrae, ut emundent eam:  
 post menses autem septem querere incipient.  
 15 <sup>?</sup> Et circuibunt peragrantes terram: cumque vi-  
 derint

Sup. 38. a. 1.  
 Apoc. 20. c. 3.

IESUS. ro  
 ma. 10.

lancas.

ipsi.  
 vel p<sup>a</sup> quatuor.



derint os hominis, statuent iuxta illud D  
 titulū, donec sepeliāt illud pollinētores in  
 Valle multitudinis Gog. <sup>16</sup> Nomen autē ci-  
 uitatis Amona, & mundabūt terram. <sup>17</sup> Tu  
 ergo fili hominis, hęc dicit Dñs Deus, Dic  
 omni volucri, & vniuersis auibus, cūctis-  
 que bestiis agri, Cōuenite, properate, con- <sup>E</sup>  
 currite vndique ad victimam meā quam  
 ego immolo vobis, victimā grandē super  
 montes Israēl: vt comedatis carnem, & bi-  
 batis sanguinem. <sup>18</sup> Carnes fortiū comede-  
 tis, & sanguinē principum terræ bibetis:  
 arietū, agnorū, & hircorū taurorūque, &  
 altilium, & pinguiū omnium. <sup>19</sup> Et come-  
 detis adipem in saturitatem, & bibetis san-  
 guinem in ebrietatē, de victima quā ego  
 immolabo vobis: <sup>20</sup> & saturabimini super  
 mensam meā de equo, & equite forti, &  
 de vniuersis viris bellatoribus, ait Domi-  
 nus Deus. <sup>21</sup> Et ponam gloriam meam in  
 Gentibus, & videbunt omnes gentes iudi-  
 cium meum quod fecerim, & manum  
 meam quā posuerim super eos. <sup>22</sup> Et scient  
 domus Israēl quia ego Dominus Deus eo-  
 rum à die illa & deinceps. <sup>23</sup> Et scient Gen-  
 tes quoniam in iniquitate sua capta sit do-  
 mus Israēl: eo quòd dereliquerint me, &  
 absconderim faciem meam ab eis, & tra-  
 diderim eos in manus hostiū, & cecide-  
 rint in gladio vniuersi. <sup>24</sup> Iuxta immundi-  
 tiam eorum & scelus feci eis, & abscondi  
 faciem meā ab illis. <sup>25</sup> Propterea hęc dicit  
 Dñs Deus, Nunc reducam captiuitatē Ia-  
 cob, & miserebor omnis domus Israēl: &  
 assumam

propter.  
 c. ieiuniū.  
 76. d.



assumam zelum pro nomine sancto meo.

26 <sup>9</sup> Et portabunt confusionem suam, & omnem præuaricationem qua præuaricati sunt Et nō est h̄ exte  
110202.

27 **G**in me cum habitauerint in terra sua confidenter neminem formidantes, <sup>9</sup> Et reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in eis in oculis gentium plurimarum. <sup>9</sup> Et Sup. 36. e. 23.

28 scient quia ego Dñs Deus eorum, eo quod transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quenquam ex eis ibi. <sup>9</sup> Et non abscondam ultra faciem meam ab eis, Sup. 36. e. 28 ioele.  
2. act. 2. joā  
4. 15. 11. leo quod effuderim spiritum meum super omnem domum Israël, ait Dominus Deus.

**iesus.**

## CAP. XL.

1 **I**N vicesimo quinto anno transmigratio-  
2 **A**nis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno, postquam percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus Dñi, & adduxit me illuc.

3 <sup>9</sup> In visionibus Dei adduxit me in terram Israël, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi edificium

3 ciuitatis vergentis ad Austrum. <sup>9</sup> Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu

4 eius: stabat autem in porta. <sup>9</sup> Et locutus est ad me idem vir, Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi: quia ut ostendantur tibi adductus es huc: annuntia omnia quæ tu vides Domui Israël. <sup>9</sup> Et ecce

**iesus.**



<sup>4</sup>  
postem.

Et postem alterū.

<sup>6</sup>  
postes.<sup>4</sup>  
postibus.<sup>2</sup>  
ostij.<sup>5</sup>  
marginem.

vel marginis.

<sup>7</sup>  
postes sexaginta  
cubitoy.<sup>6</sup>  
vnicuiq; posti  
atrij.<sup>7</sup>  
vel altitudo.

vel principiū

angustas forin  
secus.

ecce murus forinsecus in circuitu domus  
 vndique, & in manu viri calamus mēsu-  
 ræ sex cubitorū & palmo: & mensus est  
 latitudinē ædificij calamo vno, altitudi-  
 nem quoq; calamo vno. <sup>6</sup> Et venit ad por-  
 tam quę respiciebat viā orientalē, & ascen-  
 dit per gradus eius: & mensus est limen  
 portę calamo vno latitudinē, id est, limen  
vnū calamo vno in latitudine: <sup>7</sup> Et thala-  
 mū vno calamo in longū, & vno calamo <sup>B</sup>  
 in latum: & inter thalamos, quinque cu-  
 bitos: <sup>8</sup> & limen portę iuxta vestibulum  
 portę intrinsecus, calamo vno. <sup>9</sup> Et mēsus  
 est vestibulum portę octo cubitorum, &  
frontem eius duobus cubitis: vestibulum  
 autē portę erat intrinsecus. <sup>10</sup> Porrò thala-  
 mi portę ad viam orientalem, tres hinc &  
 tres inde: mensura vna trium & mēsurā  
 vna frontium ex vtraque parte. <sup>11</sup> Et men-  
 sus est latitudinem liminis portę decē cu-  
 bitorum: & longitudinē portę tredecim  
 cubitorū: <sup>12</sup> Et marginē ante thalamos cu-  
 biti vnus: & cubitus vnus finis vtrinque.  
 thalami autem, sex cubitorū erant hinc  
 & inde. <sup>13</sup> Et mēsus est portā à tecto thala-  
 mi, vsque ad tectū eius, latitudinē vigin-  
 tiquinque cubitorum: ostium cōtra ostiū.  
<sup>14</sup> Et fecit frontes per sexaginta cubitos: &  
ad frontem atrium portę vndique per cir-  
 cuitum. <sup>15</sup> Et ante faciem portę quę per-  
 tingebat vsque ad faciem vestibuli portę  
 interioris, quinquaginta cubitos. <sup>16</sup> Et  
 fenestras obliquas in thalamis & in fron-  
 tibus eorum quę erant intra portam vn-  
 dique



dique per circuitū : similiter autem erant  
 & in vestibulis fenestꝛę per gyrum intrin  
 secus, & ante frontes pictura palmarum\*.  
 17 <sup>?</sup> Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce  
 gazophylacia, & pavementum stratum la  
 18 pide in atrio per circuitum: triginta gazo  
 phylacia in circuitu pavimēti. <sup>?</sup> Et pavimē  
 tum in fronte portarum secūndum longi  
 19 tudinem portarum erat inferius. <sup>?</sup> Et men  
 sus est latitudinem à facie portę inferio  
 ris vsque ad frontē atrij interioris extrin  
 secus, centum cubitos ad Orientem & ad  
 20 Aquilonem. <sup>?</sup> Portam quoque quę respi  
 ciebat viā Aquilonis atrij exterioris, men  
 sus est tam in longitudine quā in latitu  
 21 dine. <sup>?</sup> Et thalamos eius tres hinc & tres  
 inde : & frontem eius & vestibulum eius  
 secundum mensuram portę prioris: quin  
 quaginta cubitorum longitudinem eius  
 & latitudinē viginti quinque cubitorum.  
 22 <sup>?</sup> Fenestꝛę autem eius, & vestibulum, &  
 sculpturę secundum mensurā portę quę  
 respiciebat ad Orientem : & septē graduū  
 erat ascensus eius, & vestibulū ante eam.  
 23 <sup>?</sup> Et porta atrij interioris contra portam  
 D Aquilonis, & Orientalem: & mensus est à  
 porta vsque ad portam centum cubitos.  
 24 <sup>?</sup> Et eduxit me ad viam australem, & ecce  
 porta quę respiciebat ad Austrū: & men  
 sus est frontem eius, & vestibulum eius  
 25 iuxta mensuras superiores. <sup>?</sup> Et fenestras  
 eius & vestibula in circuitu, sicut fene  
 stras ceteras: quinquaginta cubitorū lon  
 gitudine, & latitudine viginti quinque cu  
 bitorum,

cubicula.

\*calas.

ad latus.

2  
limina.c  
postes.a  
tastudines.

postes.



bitorum. <sup>9</sup> Et in gradibus septem ascende- 26  
 batur ad eā : & vestibulū ante fores eius:  
 & cælatae palmae erant, vna hinc, & altera  
 inde in frōte eius. <sup>7</sup> Et porta atrij interio- 27  
 ris in via australi: & mensus est à porta vs-  
 que ad portam in via australi, centum cu-  
 bitos. <sup>7</sup> Et introduxit me in atrium inte- 28  
 rius ad portam australem : & mensus est  
 portam iuxta mensuras superiores. <sup>9</sup> Tha- 29  
 lamam eius, & frontem eius, & vestibulum  
 eius eisdē mēsuris : & fenestras eius,  
 & vestibulum eius in circuitu quinquag-  
 inta cubitos longitudinis, & latitudinis  
 viginti quinque cubitos. <sup>9</sup> Et vestibulum 30  
 per gyrum longitudine viginti quinque  
 cubitorum, & latitudine quinque cubi-  
 torum. <sup>7</sup> Et vestibulū eius ad atrium ex- 31  
 terius, & palmas eius in fronte : & octo  
 gradus erant quibus ascendebatur per eā.  
<sup>7</sup> Et introduxit me in atrium interius per 32  
 viam orientalem : & mensus est portā se-  
 cundum mensuras superiores. <sup>9</sup> Thalamū 33  
 eius, & frontem eius, & vestibulum eius,  
 sicut supra: & fenestras eius, & vestibula  
 eius in circuitu, longitudine quinquagin-  
 ta cubitorū, & latitudine viginti quinque  
 cubitorum. <sup>7</sup> Et vestibulū eius, id est atrij 34  
 exterioris: & palmae cælatae in fronte eius  
 hinc & inde & in octo gradibus ascensus  
 eius. <sup>7</sup> Et introduxit me ad portam quae 35  
 respiciebat ad Aquilonē: & mensus est se-  
 cūndum mensuras superiores. <sup>9</sup> Thalamū 36  
 eius, & frontem eius, & vestibulum eius,  
 & fenestras eius per circuitum, longitudi-  
 ne



F ne quinquaginta cubitorum, & latitudi-  
 17 ne viginti quinque cubitorum. <sup>?</sup> Et vestibulum eius respiciebat ad attriū exterius: - . 16.  
 & cælatura palmarum in fronte eius hinc  
 & inde: & in octo gradibus ascensus eius.  
 38 <sup>?</sup> Et per singula gazophylacia ostium in  
 frontibus portarum: ibi lauabant holo-  
 39 caustum. <sup>?</sup> Et in vestibulo portæ duæ men-  
 sæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immole-  
tur super eas holocaustum, & pro pecca-  
 40 to, & pro delicto. <sup>?</sup> Et ad latus exterius  
 quod ascendit ad ostium portæ quæ per-  
 git ad Aquilonem, duæ mensæ: & ad la-  
 tus alterum ante vestibulum portæ, duæ  
 41 mensæ. <sup>?</sup> Quatuor mensæ hinc, & quatuor  
 mensæ inde: per latera portæ octo mensæ  
 42 erant super quas immolabant. <sup>?</sup> Quatuor  
 autem mensæ ad holocaustum, de lapidi-  
 bus quadris extructæ: longitudine cubiti  
 43 vnus & dimidij & latitudine cubiti vnus  
 & dimidij, & altitudine cubiti vnus su-  
 per quas ponent vasa in quibus immola-  
 44 tur holocaustum & victima. <sup>?</sup> Et lâbia ea-  
 rum palmi vnus, reflexa intrinsecus per  
 circuitum: super mensas autē, carnes obla-  
 tionis. <sup>?</sup> Et extra portam interiorem ga-  
zophylacia cantorum in atrio interiori,  
 quod erat in latere portæ respicientis ad  
 Aquilonem: & facies eorum contra viam  
 australem, vna ex latere portæ orientalis  
 45 quæ respiciebat ad viam Aquilonis. <sup>?</sup> Et di-  
 46 xit ad me, Hoc est gazophylacium quod  
 respicit viam meridianam, sacerdotū erit  
 qui excubant in custodiis templi. <sup>?</sup> Porro  
 gazophy-

*immolaretur.**vincini ferrei.**reflexi.**cubicula et. j.*



**icōns. h.**  
**eron. hic.**

gazophylacium quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit qui excubāt ad ministerium altaris. isti sunt filij Sādōc, qui accedunt de filiis Leui ad Dominum, vt ministrēt ei. Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum & latitudine centum cubitorum per quadrum: & altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi, & mēsus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorū hinc, & trium cubitorum inde. Longitudinem autem vestibuli, viginti cubitorum: & latitudinē vndecim cubitorum, & octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnæ erant in frontibus: vna hinc & altera inde.

<sup>2</sup>  
iuxta postes.

Quam 2.

postes.

CAP. XII.

ET introduxit me in templum, & mēsus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinem tabernaculi. Et latitudo portæ, decem cubitorum erat: & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinē eius quadraginta cubitorum, & latitudinē viginti cubitorum. Et introgressus intrinsecus mensus est in fronte portæ, duos cubitos: & portā, sex cubitorum: & latitudinem portæ, septem cubitorum. Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum ante faciem templi: & dixit ad me, Hoc est sanctum sanctorum. Et mensus est parietem domus



<sup>a</sup>  
vnius cuiusq; cubi  
culi.

- domus sex cubitorum: & latitudinem lateris, quatuor cubitorum vndique per circuitum domus. <sup>o</sup> Latera autem, <sup>o</sup> latus ad latus, bis trigintatria: & erant eminentia quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per circuitum vt continerent, & non attingerent parietem templi. <sup>o</sup> Et platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in coenaculū templi deferebat per gyrū: idcirco latius erat templū in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, in medium. <sup>o</sup> Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio: & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus domus. <sup>o</sup> Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vndique, & ostiū lateris ad orationem: ostium vnum ad viam Aquilonis, & ostium vnū ad viam Australem: & latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorum in circuitu. <sup>o</sup> Et ædificium quod erat separatum, versumque ad viam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum. paries autem ædificij, quinque cubitorū latitudinis per circuitum: & longitudo eius, nonaginta cubitorum. <sup>o</sup> Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum: & quod separatum erat ædificiū, & parietes eius, longitudinis centum cubitorum. <sup>o</sup> Latitudo autem ante faciē domus: & eius quod erat
- c                      separa-

trabes autē trabes. sup trabem triū sē triginta pedū in grediētes  
dilatabatur in testitiū muris p quod erat capitea trabiū.

<sup>1</sup>  
per.

<sup>2</sup>  
domus.

<sup>4</sup>  
fundamētū cubi-  
culoz.

<sup>5</sup>  
interstitiū de re-  
lictū domus cubi-  
culoz quod erat  
extrinsecus.

<sup>7</sup>  
ostia cubiculoz  
tendebat ad in-  
terstitiū relictū.

<sup>9</sup>  
relictū.

<sup>5</sup>  
corā solario



7  
 et thalamos st. j. <sup>7</sup> separatim contra orientem, centum cubi-  
 15 torum. <sup>7</sup> Et mensus est longitudinem ædi-  
 ficij contra faciem eius quod erat separa-  
 tum ad dorsum: ethecas ex vtraque parte  
 centum cubitorū: & templū interius, &  
 vestibula atrij. <sup>7</sup> Limina & fenestras obli- 16  
quas, & ethecas in circuitu per tres partes,  
 contra vniuscuiusque limen, stratumque  
 ligno per gyrum in circuitu: terra autem  
 vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ  
super ostia. Et vsque ad domū interio- 17  
 rem, & forinsecus: "per omnem parietē in  
 circuitu intrinsecus, & forinsecus ad  
 mensurā. <sup>7</sup> Et fabrefacta cherubim & pal- 18  
 mæ: & palma inter cherub & cherub, D  
 duasque facies habebat cherub. <sup>7</sup> Faciem 19  
 hominis iuxta palmam ex hac parte, & fa-  
 ciem leonis iuxta palmam ex alia parte:  
 expressam per omnem domum in circui-  
 tu. <sup>7</sup> De terra vsque ad superiora portæ, 20  
 cherubim & palmæ cælate erant in parie-  
 te templi. <sup>7</sup> Limen, quadrangulum: & fa- 21  
cies sanctuarij, aspectus contra aspectum.  
 Altaris lignei trium cubitorū altitudo: 22  
 & longitudo eius, duorum cubitorum: &  
 anguli eius, & longitudo eius, & parie-  
 tes eius lignei. Et locutus est ad me, Hæc  
 est mensa coram Domino. <sup>7</sup> Et duo ostia 23  
 erant in templo, & in sanctuario. <sup>7</sup> Et in 24  
 duobus ostiis ex vtraque parte bina erant  
 ostiola, quæ in seinuicem plicabantur: bi-  
 na enim ostia erāt ex vtraque parte ostio-  
 rum. <sup>7</sup> Et cælate erant in ipsis ostiis templi 25  
 cherubim, & sculptura palmarū, sicut in  
 parieti-

aspectus vtriusque  
 postis sanctuarij  
 erat sicut aspectus  
 postis templi.

subaudi q̄ strata  
 debet

16-2.

18  
D

19

20

21

22

23

24

25



parietibus quoque expressa erant: quam-  
obrem & grossiora erant ligna in vestibulo  
26 li fronte forinsecus. <sup>?</sup> Super quæ fenestræ  
obliquæ, & similitudo palmarum hinc at  
que inde in humerulis vestibuli: secundum  
latera domus, latitudinemque parietum.

*lateribus.*

## CAP. XLII.

1 **E**T eduxit me in atrium exterius per  
A **E**viam ducentem ad Aquilonē, & in-  
trodixit me in gazophylaciū, quod erat  
cōtra separatū ædificiū & contra ædem  
2 vergentem ad Aquilonē. <sup>?</sup> In facie longitu-  
dinis, centū cubitos ostij Aquilonis: & la-  
3 titudinis quinquaginta cubitos: <sup>?</sup> cōtra vi-  
ginti cubitos atrij interioris, & contra pa-  
uimētum stratum lapide atrij exterioris,  
ubi erat porticus iuncta porticui triplici.  
4 <sup>?</sup> Et ante gazophylacia deambulatio decem  
cubitorū latitudinis, ad interiora respiciēs  
viæ cubiti vnus. Et ostia eorū ad Aqui-  
5 lonem: <sup>?</sup> Vbi erant gazophylacia in supe-  
rioribus humiliora: quia supportabāt por-  
ticus quæ ex illis eminebant de inferiori-  
6 bus, & de mediis ædificij. <sup>?</sup> Tristega enim  
B erant, & non habebant columnas, sicut  
erant columnæ atriorum: propterea emi-  
nebant de inferioribus, & de mediis à ter-  
7 ra cubitis quinquaginta. <sup>?</sup> Et peribolus ex-  
terior secundum gazophylacia, quæ erant  
in via atrij exterioris ante gazophylacia:  
longitudo eius, quinquaginta cubitorū.  
8 <sup>?</sup> Quia longitudo erat gazophylaciorum  
atrij exterioris quinquaginta cubitorum:  
& longitudo ante faciem templi, centum  
cubito-

*solariuz.*

*cubacula.*

*Enz*

*vel breuiora.*

*partes.*



*dū ingreditur.*

*et solarij.*

cubitorum .<sup>9</sup> Et erat subter gazophylacia  
 hæc introitus ab Oriente ingredientium  
 in ea de atrio exteriori .<sup>9</sup> In latitudine pe- 10  
 riboli atrij, quod erat contra viam orien-  
 talem, in faciem ædificij separati, & erant  
 ante ædificium gazophylacia .<sup>9</sup> Et via an- 11  
 tē faciem eorum iuxta similitudinem ga-  
 zophylaciorum, quæ erant in via Aquil-  
 lonis: secundum lōgitudinem eorū, sic &  
 latitudo eorū: & omnis introitus eorum,  
 & similitudines, & ostia eorum .<sup>9</sup> secun- 12  
 dum ostia gazophylaciorum quæ erant C  
 in via respiciente ad Notum: ostium in ca-  
 pite viæ, quæ via erat ante vestibulum se-  
 paratum per viā orientalē ingrediētibus .  
<sup>9</sup> Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, 13  
 & gazophylacia Austri, quæ sunt ante æ-  
 dificium separatū: hæc sunt gazophylacia  
 sancta, in quibus vescuntur sacerdotes qui  
 appropinquāt ad Dñm in sancta sanctorū,  
 ibi ponēt sancta sanctorū, & oblationem  
 pro peccato, & pro delicto: locus enim  
 sanctus est .<sup>9</sup> Cū autē ingressi fuerint sa- 14  
 cerdotes, nō egrediētur de sanctis in atriu  
 exterius: & ibi reponēt vestimenta sua in  
 quibus ministrant, quia sancta sunt: vesti-  
 enturque vestimētis aliis, & sic procedent  
 ad populū .<sup>9</sup> Cūque compleisset mēsuras 15  
 domus interioris, eduxit me per viam por- D  
 tæ quæ respiciebat ad viam orientalem: &  
 mensus est eā vndique per circuitū .<sup>9</sup> Men 16  
 sus est autem contra ventum orientalem  
 calamo mēsuræ: quingētos calamos in ca-  
 lamo mensuræ per circuitum .<sup>9</sup> Et mensus 17  
 est







& in excelsis. <sup>7</sup> Qui fabricati sunt limē suū 8  
 iuxta limen meū, & postes suos iuxta po-  
 stes meos: & murus erat inter me & eos:  
 & polluerūt nomē sanctum meū in abo-  
 minationibus quas fecerūt: propter quod  
 cōsumpsi eos in ira mea. <sup>9</sup> Nunc ergo re-  
 pellant procul fornicationē suam, & rui- C  
 nas regū suorū à me: & habitabo in me-  
 dio eorum semper. <sup>10</sup> Tu autem fili homi- 10  
 nis, ostēde domui Israël templū, & cōfun-  
 dantur ab iniquitatibus suis: & metiātur  
fabricā, <sup>11</sup> & erubescāt ex omnibus quæ fe- 11  
 cerūt. Figurā domus, & fabricæ eius exi-  
 tus & introitus, & omnē descriptionem  
 eius, & vniuersa p̄cepta eius, cūctūque  
 ordinē eius, & omnes leges eius ostende  
 eis. & scribes in oculis eorū: vt custodiāt  
 omnes descriptiones eius, & p̄cepta il-  
 lius, & faciant ea. <sup>12</sup> Ista est lex domus in 12  
 summitate montis, "Oīs finis' eius in cir- D  
 cuitu sanctū sanctorū est: hæc est ergo lex  
 domus. <sup>13</sup> Ista autē mēsuræ altaris in cubi- 13  
 to verissimo, qui habebat cubitum & pal-  
 mum: in sinu eius erat cubitus, & cubitus  
 in latitudine: & definitio eius vsque ad la-  
 biū eius, in circuitu, palmus vnus, hæc  
 quoque erat follā altaris. <sup>14</sup> Et de sinu terre 14  
 vsq; ad crepidinē nouissimā duo cubiti,  
 & latitudo cubiti vnus: & à crepidine mi-  
 nore vsque ad crepidinē maiore quatuor  
 cubiti, & latitudo cubiti vnus. <sup>15</sup> Ipse au- 15  
 tem ariel quatuor cubitorum: & ab ariel E  
 vsq; ad sursum, cornua quatuor. <sup>16</sup> Et ariel 16  
 duodecim cubitorum in longitudine per  
 duode-

Exemplar.

Omnes fi-  
des.

in medio  
a  
altitudo.

ipsū autē alta-  
re

altari. Et. j.



duodecim cubitos latitudinis : quadrangulatum æquis lateribus. <sup>1</sup>Et crépido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius : & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus eius vnus cubiti per circuitū : gradus autē eius versi ad orientē. <sup>2</sup>Et dixit ad me, Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum : vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. <sup>3</sup>Et dabis sacerdotibus **F** & **Leuitis**, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. <sup>4</sup>Et assumens de sanguine eius, pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronā in circuitu : & mundabis illud & expiabis. <sup>5</sup>Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato : & combures eum in separato loco domus extra sanctuarium. <sup>6</sup>Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato : & expiabunt altare, sicut expiauerūt in vitulo. <sup>7</sup>Cumque compleueris expians illud, offeres vitulū de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatū. <sup>8</sup>Et offeres eos in conspectu Domini : & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos holocaustum Domino. <sup>9</sup>Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie : & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. <sup>10</sup>Septem diebus expiabunt altare,

*atrium.**vel clausura.**loci vbi offerūt.**sc̄i p̄ceptū.**2 p̄fectū sine vitio st. j.**1. sacrificabis. j. 45. v. idē.*



*Suam.*

altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius. <sup>1</sup> Expletis autem diebus, in <sup>27</sup> die octaua & ultra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

## CAP. XLIII.

*Maria.**iesus.*

**E**T conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad <sup>1</sup> Orientem: & erat clausa. <sup>2</sup> Et dixit Dominus ad me, Porta hæc, clausa erit: nō aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa <sup>3</sup> principi. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino: per viam portæ vestibuli ingrediatur, & per viam eius egredietur. <sup>4</sup> Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conspectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria Domini domum Domini: & cecidi in faciem meam. <sup>5</sup> Et dixit ad me Dominus: Fili hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis, <sup>6</sup> & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de vniuersis ceremoniis domus Domini, & de cunctis legibus eius: & pones cor tuum in viis templi, per omnes exitus sanctuarij. <sup>7</sup> Et dices ad exasperatē me domum Israël, Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiāt vobis omnia scelera vestra domus Israël: <sup>8</sup> eo quod inducitis filios alienos incircūcisos corde & incircūcisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem & sanguinem: & dissoluitis pactum meum in

*statutis.**rebellē.*



8 in omnibus sceleribus vestris. Et non serua-  
 C stis precepta sanctuarij mei: & posuistis cu-  
 stodes obseruationum mearum in sanctuario  
 9 meo vobismetipsis. Hæc dicit Dominus  
 Deus: Omnis alienigena incircūcisus cor-  
 de & incircūcisus carne, non ingredietur  
 sanctuariū meū, omnis filius alienus qui  
 10 est in medio filiorum Israël. Sed & Leui-  
 tæ qui longè recesserunt à me in errore  
 filiorum Israël, & errauerunt à me post  
 idola sua, & portauerunt iniquitatē suam:  
 11 Erunt in sanctuario meo <sup>a</sup>editui, & iani-  
 tores portarum domus, & ministri do-  
 mus: ipsi mactabunt holocausta, & victi-  
 mas populi: & ipsi stabunt in cōspectu eo-  
 12 rum, vt ministrēt eis. pro eo quod mini-  
 D strauerunt illis in conspectu idolorū suo-  
 rum, & facti sunt domui Israël in offen-  
 diculū iniquitatis: idcirco leuauī manum  
 meā super eos, ait Dominus Deus, & por-  
 13 tauerunt iniquitatem suam: & non appro-  
 pinquabunt ad me, vt sacerdotio fungan-  
 tur mihi, neq; accedēt ad omne sanctua-  
 riū meū iuxta sancta sanctorū: sed porta-  
 bunt confusionē suam, & scelera sua quæ  
 14 fecerūt. Et dabo eos ianitores domus, in  
 omni ministerio eius, & in vniuersis quæ  
 15 fient in ea. Sacerdotes autem Leuitæ fi-  
 E lij Sadoc, qui custodierunt ceremonias  
 sanctuarij mei, cum errarent filij Israël à  
 me: ipsi accedent ad me, vt ministrent mi-  
 hi: & stabunt in cōspectu meo, vt offerant  
 mihi adipē & sanguinē, ait Dominus Deus.  
 16 Ipsi ingredientur sanctuarium meum, &

*ministri.*

*portabunt ea*

*custodiā precep-  
ta st. j.*

*et d.*

**IESUS. h**

**icto. hic.**



ipsi accedent ad mensam meam, ut ministrent mihi, & custodiāt ceremonias meas.  
 ¶ Cumque ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quicquā laneū, quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. ¶ Vittæ lineæ erūt in capitibus eorū, & feminalia lineæ erūt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore. ¶ Cumque egredientur atrium exterius ad populū, exuent se vestimentis suis in quibus ministrauerant, & reponent ea in gazophylacio sanctuarij, & vestient se vestimentis alijs, & non sanctificabunt populum in vestibus suis. ¶ Caput autem suū non radent, neque comā nutriant: sed tondētes attondent capita sua. ¶ Et vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. ¶ Et viduam, & repudiatā nō accipient vxores, sed virgines de semine domus Israël: sed & viduā, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipient. ¶ Et populū meū docebunt quid sit inter sanctū & pollutum: & inter mundum & immundū ostendent eis. ¶ Et cū fuerit controuersia, stabūt in iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, & præcepta mea in omnibus solennitatibus meis custodiēt, & sabbatha mea sanctificabunt. ¶ Et ad mortuū hominē non ingredientur, ne polluantur: nisi ad patrem & matrē, & filiū & filiā, & fratrem & sororem, quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabuntur. ¶ Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur

tur

Leui. 21. c. 24



27 tur ei. <sup>9</sup> Et in die introitus sui in sanctua-  
 rium ad atrium interius vt ministret mi-  
 hi in sanctuario, offeret pro peccato suo,  
 28 ait Dominus Deus. - Non<sup>9</sup> herit autem eis  
 hæreditas, ego hæreditas eorum: & posses-  
 sionem non dabitiseis in Israël, ego enim  
 29 possessio eorum. <sup>9</sup> Victimam & pro pecca-  
 to & pro delicto ipsi comedent: & omne  
 30 uotum in Israël, ipsorum erit. <sup>9</sup> Et primi-  
 tiua omnium primogenitorum, & omnia  
libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sa-  
 cerdotum erunt: & primitiua ciborū ve-  
strorum dabitis sacerdoti, vt reponat be-  
 31 nedictionem domui<sup>9</sup> suæ. <sup>9</sup> Omne mor-  
 ticinum, & captum à bestia de auibus &  
 de pecoribus non comedent sacerdotes.

## CAP. XLV.

3 **C**Umque cœperitis terrã diuidere sor-  
 A tito, separate primitias Dño sancti-  
 ficatũ de terra longitudine vigintiquin-  
 que millia, & latitudine decẽ millia san-  
 ctificatum erit in omni termino eius per  
 3 circuitũ. <sup>9</sup> Et erit ex omni parte sanctifica-  
 rum quingetos per quingentos, quadrifa-  
riam per circuitum: & quinquaginta cu-  
 3 bitis in suburbana eius per gyrũ. <sup>9</sup> Et à mē-  
 sura ista mensurabis longitudinẽ viginti-  
 quinque millium, & latitudinem decem  
 4 millium, & in ipso erit templum, sanctũ-  
 que sanctorũ. <sup>9</sup> Sanctificatũ de terra erit sa-  
 B cerdotibus ministris sanctuarij, qui acce-  
 dunt ad ministerium Dñi: & erit eis locus  
 5 in domos, & in sanctuariũ sanctitatis. <sup>9</sup> Vi-  
 gintiquinque autẽ millia longitudinis, &  
 decem

- . 4 .

Deu. 18. 4. 9.

Nu. 18. c. 20.

dedicatur.

Exo. 22. d. 29

spontaneę oblati

pastorũ vraz.

Luei. 1.

Luei. 22. b. 3

7  
 quingentim longitu-  
 dine cũ quingē-  
 tis in latitudinẽ  
 e quadratũ;



*cubicula.**oblationē spōta  
nem.**iuxta.**ante oblationē  
longitudinis.**1  
st.**5  
tributa.**Exo. 30. b. 13  
Leu. 27. c. 25  
Num. 3. g. 47*

decē millia latitudinis erunt Leuitis, qui ministrāt domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia. <sup>6</sup> Et possessionē ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis viginti quinque millia, secūdu separationem sanctuarij omni domui Israël. <sup>7</sup> Principi quoque hinc & inde in separationem sanctuarij, & in possessionē ciuitatis, cōtra faciē separationis sanctuarij, & cōtra faciē possessionis vrbis: à latere Maris vsq; ad Mare, & à latere Oriētis vsque ad Orientē. Longitudinē autē iuxta vnam-  
<sup>8</sup> quanque partē à termino occidentali vsque ad terminū orientalem. <sup>9</sup> De terra erit ei possessio in Israël: & nō depopulabuntur vltra principes populum meū: sed terram dabunt domui Israël secūdu tribus eorum. <sup>10</sup> Hæc dicit Dñs Deus: Sufficiat vobis principes Israël: iniquitatē & rapinas intermittite, & iudiciū & iustitiā facite, separate confinia vestra à populo meo, ait Dñs Deus. <sup>11</sup> Statera iusta, & ephi iustū, & batus iustus erit vobis. <sup>12</sup> Ephi & batus æqualia, & vnus mēsuræ erunt: vt capiat decimam partē cori batus, & decimā partem cori ephi: iuxta mensurā cori erit æqua libratio eorum. <sup>13</sup> Siclus autē, viginti obolos habet: Porro viginti sicli, & viginti quinque sicli, & quindecim sicli, mnam faciunt. <sup>14</sup> Et hæ sunt primitiæ quas tollitis: sextā partem ephi de coro frumēti, & sextam partem ephi de coro hordei. <sup>15</sup> Mensura quoque olei, batus olei, decima pars cori est: & decē bati, eorum faciunt quia decem



15 decem bati implent corū . ? Et arietē vnū  
 de grege ducētorum de his quæ nutriunt  
 Israël in sacrificiū, & in holocaustū, & in  
 16 pacifica, ad expiandum pro eis, ait Domi-  
 nus Deus. ? Omnis populus terræ tenebi-  
 17 tur primitiis his principi in Israël. ? Et su-  
 per principē erūt holocausta, & sacrificiū,  
 & libamina in solēnitatibus, & in Calen-  
 dis, & in sabbathis, in vniuersis solēnitati-  
 bus domus Israël . ipse faciet pro peccato  
 sacrificium, & holocaustū, & pacifica: ad  
 18 expiandum pro domo Israël. ? Hæc dicit  
 F Dominus Deus. In primo mēse, vna men-  
 sis sumes vitulū de armēto immaculatū:  
 19 & expiabis sanctuariū. ? Et tollet sacerdos  
 de sanguine quod erit pro peccato: & po-  
 net in postibus domus, & in quatuor an-  
 gulis crepidinis altaris, & in postibus por-  
 20 tæ atrij interioris. ? Et sic facies in septima  
 mensis pro vnoquoque qui ignorauit, &  
 errore deceptus est, & expiabitur pro do-  
 21 mo. ? In primo mense, quartadecima die  
 mēsis erit vobis Paschæ solennitas: septē  
 22 diebus azyma comedētur. ? Et faciet prin-  
 G ceps in die illa pro se & pro vniuerso po-  
 23 pulo terræ, vitulū pro peccato. ? Et in se-  
 ptem dierū solennitate faciet holocaustū  
 Domino septē vitulos, & septem arietes  
 immaculatos quotidie septem diebus: &  
 24 pro peccato hircum caprarū. ? Et sacrificiū  
 ephi per vitulum, & ephi per arietem fa-  
 25 ciet: & olei hin per singula ephi. ? Septimo  
 mense, quintadecima die mēsis in solen-  
 nitate faciet sicut suprā dicta sunt per se-  
 ptem

nutriuit.

principis erit  
 offerri.

expiabitur

domum.

p. sacrificab  
 it. frequē he  
 braisingst. &  
 20. 29. leui.  
 27. 15. 43 plu  
 ce. 22. 1. cor  
 11. hoc facite  
 in meā cōme  
 morationē.



ptem dies: tam pro peccato, quã pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

## CAP. XLVI.

**H**Æc dicit Dominus Deus, Porta atrij  
 interioris, quæ respicit ad Orientem, A  
 erit clausa sex diebus in quibus opus fit:  
 die autem sabbathi aperietur, sed & in die  
 Calendarum aperietur. <sup>1</sup> Et intrabit prin-  
 ceps per viam vestibuli portæ de foris, &  
 stabit in limine portæ: & facient sacerdo-  
 tes holocaustum eius, & pacifica eius: &  
 adorabit super limen portæ, & egredietur:  
 porta autem non claudetur vsq; ad vesperam.  
<sup>2</sup> Et adorabit populus terræ ad ostium por-  
 tæ illius in sabbathis & in Calendis coram  
 Domino. <sup>3</sup> Holocaustum autem hoc of-  
 feret princeps Dño: in die sabbathi sex ag-  
 nos immaculatos, & arietem immacula-  
 tum: <sup>4</sup> Et sacrificium ephi per arietem: in  
 agnis autem sacrificium quod dederit ma-  
 nus eius: & olei hin per singula ephi. <sup>5</sup> In  
 die autem Calendarum vitulum de ar-  
 mento immaculatum: & sex agni, & arie-  
 tes immaculati erunt. <sup>6</sup> Et ephi per vitu-  
 lum, ephi quoque per arietem faciet sacrifi-  
 cium: de agnis autem, sicut inuenerit manus  
 eius: & olei hin, per singula ephi. <sup>7</sup> Cum-  
 que ingressurus est princeps, per viam ve-  
 stibuli portæ ingrediatur, & per eandem  
 viam exeat. <sup>8</sup> Et cum intrabit populus ter-  
 ræ in conspectu Dñi in solennitatibus: qui  
 ingreditur per portam Aquilonis, vt ado-  
 ret, egredietur per viam portæ meridia-  
 næ: porrò qui ingreditur per viam portæ  
 meridia-



meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non reuertetur per viam portæ per quam ingressus est, sed e regione illius egredietur.<sup>9</sup> Princeps autem in medio eorum cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur.<sup>10</sup> Et in nudinis, & in solennitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: de agnis autem erit sacrificium sicut inuenierit manus eius: & olei hin, per singula ephi.<sup>11</sup> Cùm autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta quæ respicit ad Orientem, & faciet holocaustum suum, & pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbathi: & egredietur, claudeturq; porta postquam exierit.<sup>12</sup> Et agnum eiusdem anni immaculatum, faciet holocaustum quotidie Domino: semper mane faciet illud.<sup>13</sup> Et faciet sacrificium super eo cata mane mane sextam partem ephi: & de oleo tertiam partem hin, vt misceatur similæ: sacrificium Domino legitimum, iuge atque perpetuum.<sup>14</sup> Faciet agnum & sacrificium, & oleum cata mane mane: holocaustum sempiternum.<sup>15</sup> Hæc dicit Dominus Deus, Si dederit princeps donum alicui de filiis suis: hæreditas eius, filiorum suorum erit, possidebunt eam hæreditariè.<sup>16</sup> Si autem dederit legatum de hæreditate sua vni seruorum suorum: erit illius vsque ad annum remissionis, & reuertetur ad principem: hæreditas autem eius filiis eius erit.<sup>17</sup> Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam,<sup>18</sup>

festiuitatibus.

in.

anniculus

Singulo.

Singulo. st. j.

Ad 11:10



tiam, & de possessione eorum, sed de possessione sua hæreditatem dabit filiis suis: vt nõ dispergatur populus meus vnusquisque à possessione sua. <sup>19</sup> Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere portæ in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes, quæ respiciebāt ad Aquilonē: & erat ibi locus <sup>20</sup> vergens ad Occidentem. Et dixit ad me, Iste est locus vbi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquet sacrificiū, vt nõ efferant in atriū exterius, & sanctificetur populus. <sup>21</sup> Et eduxit me in atriū exterius, & circūduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce, attriolū erat in angulo atrij, attriola singula per angulos atrij. <sup>22</sup> In quatuor angulis atrij attriola disposita quadraginta cubitorū per longū, & triginta per latū: mēsuræ vnus quatuor erāt. <sup>23</sup> Et paries per circuitū ambiēs quatuor attriolarum: & culinæ fabricatæ erāt subter porticus per gyrū. <sup>24</sup> Et dixit ad me, Hæc est domus culinarum in qua coquent ministri domus Domini victimas populi.

## CAP. XLVII.

ET conuertit me ad portā domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Orientem: aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris. <sup>1</sup> Et eduxit me per viam portæ Aquilonis, & conuertit me ad viā foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad Orientē: & ecce aquæ redun-

**iesus. ioa.** <sup>1</sup> **an. 19.** **isa. 12.** **zach. 14.** **ioh. 4. 7.** vit  
cat. 4.

<sup>v</sup>  
ad latus.

<sup>v</sup>  
Efferant in  
atrio exte-  
riori.



vir ad Orientem, qui habebat funiculum  
 in manu sua, & mensus est mille cubitos:  
 & traduxit me per aquam vsque ad ta-  
 4 los. <sup>?</sup> Rursumque mensus est mille, & tra-  
 5 duxit me per aquam vsque ad genua: <sup>?</sup> &  
 mensus est mille, & traduxit me per aquam  
 vsque ad renes. Et mensus est mille, torren-  
 tem quem non potui pertransire: quonia  
 intumuerant aquæ profundi torrētis qui  
 6 non potest transuadari. <sup>?</sup> Et dixit ad me,  
 Certè vidisti fili hominis. Et eduxit me,  
 7 & conuertit ad ripam torrentis. <sup>?</sup> Cūque  
 B me conuertissem, ecce in ripa torrentis  
 8 ligna multa nimis ex vtraq; parte. <sup>?</sup> Et ait  
 ad me, Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tū-  
 mulos sabuli oriētalis, & descēdūt ad pla-  
 na deserti, intrabūt mare, & exhibunt, & sa-  
 9 nabuntur aquæ. <sup>?</sup> Et omnis anima viuens  
 quæ serpit, quocūq; venerit torrēs, viuet:  
 & erunt pisces multi satis postquā vene-  
 rint illuc aquæ istæ, & sanabuntur: & vi-  
 10 uent omnia ad quæ venerit torrens. <sup>?</sup> Et  
 stabunt super illa piscatores, ab Engaddi  
 vsque ad En-gallim siccatio sagenarū erit:  
 plurimæ species erūt piscium eius, sicut pi-  
 11 sces maris magni, multitudinis nimie: <sup>?</sup> in  
littoribus autē eius, & in palustribus non  
 12 sanabuntur, quia in salinas dabuntur. <sup>?</sup> Et  
 C super torrētē orietur in ripis eius ex vtra-  
 que parte omne lignum <sup>?</sup> pomiferū: non  
 defluet foliū ex eo, & nō deficiet fructus  
 eius: per singulos menses afferet primiti-  
 ua, quia aquæ eius de sanctuario egredien-  
 tur: & erunt fructus eius in cibum, & fo-  
 lia

*gelila oriētale*

*mg. iōā. 3.  
 mat. 3. 28.  
 mar. 16.*

*cenosa autē sig  
 et palustris.*

**iesus.**

*fructiferū 4*

*apocal. 22.*

**apostoli.**



lia eius ad medicinā. ¶ Hæc dicit Domi- 13  
nus Deus, Hic est terminus in quo posside-  
bitis terram in duodecim tribubus Israël:

*Ge. 48. d. 22.* ¶ quia Ioseph duplicē funiculū habet. ¶ Pos- 14

*Gen 12. b. 7.*  
*22. c. 15.* fidebitis autē eam singuli æquē vt frater  
suus: ¶ super quā leuauī manū meā vt da-  
rem patribus vestris: & cadet terra hæc  
vobis in possessionē. ¶ Hic est autem termi- 15

nus terræ: ad plagā septentrionalē, à mari  
magno via Hethalon, veniētibus Sedáda,  
¶ Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter 16  
terminum Damasci & cōfinium Emath,  
domus Tichon quæ est iuxta terminum  
Auran. ¶ Et erit terminus à Mari vsque ad 17

atrium Enon terminus Damasci, & ab A- D  
quilone ad Aquilonē, \* terminus Emath:  
plaga septétrionalis. ¶ Porro plaga orienta 18

lis de medio Aurā & de medio Damasci,  
& de medio Galaad, & de medio terrę Is-  
raël, Iordanis disterminans ad mare orien-  
tale, metiemini etiā plagā orientalē. ¶ Pla- 19

ga autē australis meridiana, à Thamar vs-  
que ad aquas contradíctionis Cades: &  
torrens vsque ad mare magnum: & hæc  
est plaga ad Meridiem australis. ¶ Et plaga 20

Maris, mare magnū à confinio per dire-  
ctum, donec venias Emath: hæc est plaga  
Maris. ¶ Et diuidetis terrā istā vobis per tri 21

bus Israël: ¶ & mitteris eā in hæreditatem 22  
vobis, & aduenis qui accesserint ad vos,  
qui genuerint filios in medio vestrum: &  
erunt vobis sicut indigenæ inter filios Is-  
raël: vobiscū diuident possessionē in me-  
dio tribuum Israël. ¶ In tribu autem qua- 23

cunque

\* 2.



eūque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait Dominus Deus.

## CAP. XLVIII.

**A** **E**T hæc nomina tribuum à finibus Aequilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath atriū Enan terminus Damasci ad Aquilonē iuxta viā Emath. Et erit ei **2** plaga orientalis Mare, Dan vna. Et ad terminū Dan, à plaga orientali vsque ad plagam Maris, Aser vna: & super terminū Aser, à plaga orientali vsque ad plagā Maris, Nephthali vna. Et super terminum Nephthali, à plaga orientali vsq; ad plagā Maris, Manassē vna. Et super terminū Manassē, à plaga orientali vsq; ad plagā Maris, Ephraim vna. Et super terminum Ephraim, à plaga orientali vsq; ad plagam Maris, Rubē vna. Et super terminū Rubē, à plaga orientali vsq; ad plagā Maris, Iuda vna. Et super terminum Iuda, à plaga orientali vsq; ad plagā Maris, erūt primitiæ quas separabitis viginti quinque millibus latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orientali vsq; ad plagā Maris: & erit sanctuariū in medio ei. Primitiæ quas separabitis Dño longitudo viginti quinque millibus, & latitudo decē millibus. Hæ autē erunt primitiæ sanctuarij sacerdotū: ad Aquilonem lōgitudinis viginti quinque millia, & ad Mare latitudinis decē millia, sed & ad Orientē latitudinis decem millia, & ad meridiem longitudinis viginti quinque millia: & erit sanctuariū Dñi in medio eius. Sacerdotibus sanctuariū

*ab aquilone*

*a termino.*

*iuxta.*



<sup>a</sup>  
*precepta mea.***iesus.**

ſanctuariū erit de filiis Sadoc, qui custodie- B  
 runt ceremonias meas, & non errauerunt  
 cum errarent filij Iſraēl, ſicut errauerūt &  
 Leuitæ. ¶ Et erunt eis primitiæ de primiti- 12  
 uis terræ ſanctū ſanctorū, iuxta terminū  
 Leuitarū. ¶ Sed & Leuitis ſimiliter iuxta fi- 13  
 nes ſacerdotū viginti quinq; millia longi-  
 tudinis, & latitudinis decē millia. Omnis  
 longitudo, viginti & quinq; milliū, & la-  
 titudo decem milliū. ¶ Et nō venundabūt 14  
 ex eo, neq; mutabūt, neq; transferentur  
 primitiæ terræ, quia ſanctificatæ ſunt Dño.  
 ¶ Quinque millia autē quæ ſuperſunt in 15  
 latitudine per viginti quinq; millia, pro-  
 phana erūt vr̄bis in habitaculū, & in ſub-  
 urbana: & erit ciuitas in medio eius. ¶ Et 16  
 hæ menſuræ eius: Ad plagam ſeptentrio-  
 nalē, quingenta & quatuor millia: & ad  
 plagam meridianam, quingenta & qua-  
 tuor millia: & ad plagam orientalem,  
 quingenta & quatuor millia: & ad pla-  
 gam occidentalem, quingenta & qua-  
 tuor millia. ¶ Erunt autem ſuburbana 17  
 ciuitatis, ad Aquilonem ducenta quin- C  
 quaginta, & ad Meridiem ducenta quin-  
 quaginta, & ad Orientē ducēta quinqu-  
 aginta millia, & ad Mare ducēta quinqu-  
 aginta. ¶ Quod autē reliquū fuerit in lōgi- 18  
 tudine ſecundū primitias ſanctuarij, decē  
 millia in Orientē, & decē millia in Occi-  
 dentem, erunt ſicut primitiæ ſanctuarij:  
 & erunt fruges eius in panes his qui ſer-  
 uiunt ciuitati. ¶ Seruiētes autem ciuitati, 19  
 operabuntur, ex omnibus tribubus Iſra-  
 ēl.

<sup>a</sup>  
*E. regione.**que ſunt & regi-  
one obla-  
tionis.*



20 el. <sup>o</sup> Omnes primitiæ, viginti quinque mil-  
 lium, per viginti quinque millia in qua-  
 21 drū, separabuntur in primitias sanctuarij,  
 & in possessionē ciuitatis. <sup>o</sup> Quod autem  
 reliquum fuerit, principis erit ex omni  
 parte primitiarū sanctuarij, & possessionis  
 ciuitatis eregione viginti quinque milliū  
 primitiarū vsque ad terminū orientalem:  
 sed & ad Mare eregione viginti quinque  
 milliū vsque ad terminū Maris, similiter  
 in partibus principis erit: & erunt primi-  
 tiæ sanctuarij, & sanctuariū tēpli in medio  
 22 eius. <sup>o</sup> De possessione autē Leuitarū, & de  
 possessione ciuitatis in medio partū prin-  
 cipis erit: <sup>o</sup> in terminū Iuda, & <sup>o</sup> in terminū  
 23 Ben-iamin, & ad principē pertinebit. <sup>o</sup> Et  
 reliquis tribubus, à plaga orientali vsque  
 24 ad plagā occidentalē, Ben-iamin vna. <sup>o</sup> Et  
 D contra terminū Ben-iamin, à plaga orien-  
 tali vsque ad plagā occidentalem, Simeon  
 25 vna. <sup>o</sup> Et super terminū Simeonis à plaga  
 orientali vsque ad plagam occidentalem,  
 26 Issachar vna. <sup>o</sup> Et super terminū Issachar, à  
 plaga orientali vsque ad plagā occidenta-  
 27 lem, Zabulon vna. <sup>o</sup> Et super terminū Za-  
 bulon, à plaga orientali vsque ad plagam  
 28 maris, Gad vna. <sup>o</sup> Et super terminū Gad,  
 ad plagā austri in Meridiem: & erit finis  
 de Thamar, vsque ad aquas contradictio-  
 nis Cades, hæreditas cōtra mare magnū.  
 29 <sup>o</sup> Hæc est terra quam mittetis in sortem  
 tribubus Israël: & hæc partitiones earum,  
 30 ait Dñs Deus. <sup>o</sup> Et hi egressus ciuitatis: A  
 plaga septentrionali quingentos & qua-

oblacionē. et. j.

a mari.

Winter 8.

iuxta

iuxta.



in homini-  
bus tribu-  
um 6.

\* in part. e  
nes 4.

**iesus. israhel.**

7. vocabit

nomen eius.

emanuel. 1. nobiscum deus.

us. mat. 1.

Et mat. 28.

Ecce ego vobis

biscum suum.

omnibus diebus

usque ad consummationem

seculi.

ioel. 2. in fine.

ne.

tuor millia mensurabis. <sup>9</sup> Et portæ ciuitatis <sup>31</sup>  
 omni-<sup>10</sup>bus tribubus' Israël, portæ tres  
 à Septentrione, porta Ruben vna, porta  
 Iuda vna, porta Leui vna. <sup>9</sup> Et ad plagam <sup>32</sup>  
 orientalem, quingentos & quatuor millia:  
 & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Ben-  
 iamin vna, porta Dan vna. <sup>9</sup> Et ad plagam <sup>33</sup>  
 meridianam, quingentos & quatuor millia  
 metieris: <sup>9</sup> porta Simeonis vna, porta Issa-  
 char vna, porta Zabulon vna. <sup>9</sup> Et ad pla- <sup>34</sup>  
 gâ occidentalem, quingentos & quatuor  
 millia: & portæ eorû tres, porta Gad vna,  
 porta Aser vna, porta Nephthali vna. <sup>9</sup> Per <sup>35</sup>  
 circuitû decem & octo millia, & nomen  
 ciuitatis ex illa die. Dominus ibidem. <sup>36</sup>

**HIERONYMI IN DANIELEM PRAEFATIO. tom. 3. Et. 5.**

**DANIELEM** prophetam iuxta septuaginta

interpretes, Domini Saluatoris ecclesie non legunt,

vtentes Theodotionis editione. Et hoc cur acciderit,

nescio. Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & qui-

busdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat,

noluerunt septuaginta interpretes easdem linguæ li-

neas in translatione seruare: siue sub nomine eorum

ab alio nescio quo non satis Chaldaicâ linguâ sciente,

editus est liber, siue aliud quid causæ extiterit igno-

rans: hoc vnû affirmare possum, quodd multû à veri-

tate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Scien-

dum quippe est Danielē maximè & Esdram Hebrai-

cis quidē literis, sed Chaldaeo sermone conscriptos:

& vnam Ieremiæ pericopen: Iob quoque cum Ara-

bica lingua plurimâ habere societatem. Denique &

ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectio-

nem ac flores Rhetoricos, cum me in linguæ huius

pistrinum reclusissem: & multo sudore multoque

tempore vix cœpisssem anhelantia stridentiaque ver-

ba resonare, & quasi per cryptam ambulans, rarû dé-

super



super lumen aspicerem, impegit nouissimè in Danielem: & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborem veterem voluerim contènerè. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerente, Labor improbus omnia vincit: qui mihi videbar sciolus inter Hebræos, cõpi rursus discipulus esse Chaldaicus. Et vt verum fatear, vsque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quàm sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostèderem: qui apud Hebræos nec Susannæ habet historiã, nec hymnũ trium puerorũ, nec Belis draconisque fabulas: quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru anteposito, easque iugulante subiecimus: ne videremur apud imperitos magnã partem voluminis detruncasse. Audiuì ego quendam de præceptoribus Iudæorũ, cum Susannæ derideret historiã, & à Græco nescio quo eam diceret esse confictam: illud opponere quod Origini quoque Africanus opposuit, etymologias has ἀπὸ τῆς σχίνης σχίσου, ἢ τῆς πείνης πείσου, de Græco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixisse eum, ilicò pereas: & à lentisco, in lentem te cõminuat angelus: vel non lentè pereas: aut lentus, id est, flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendij metro luderent: & per ordinẽ ad laudem Dei omnia elementa prouocarent, aut quod miraculũ, diuinæque aspirationis iudiciũ, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotũ Belis machinas deprehensas: quæ magis prudẽtia solertis viri quàm prophetali essent spiritu perpetrata? Cùm verò ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam raptum discophorum lætitarẽt, quærebat exemplũ vbi legissemus in toto Veteri Testamẽto quenquam sanctorum graui volasse corpore, & in puncto horæ tanta terrarũ spacia transisse. Cui cũ quidam è nostris satis ad loquendũ promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæã fuisse trãssatum: derisit hominem, & ex ipso volumine demonstraui Ezechielẽ in spiritu se vidisse trãssatum.

ἀπό τῆς χίνης  
σχίσαι καὶ ἀπό  
τῆς πείνης πείσαι.

Ezech. 8.



2. COR. 12.

Scripturę diu-  
sio scz hebreos.  
vide. plogu ga  
laetū. in prin-  
cipio genesis.

positum. Denique & Apostolum nostrum, videlicet  
vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicif-  
set, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore,  
sed dixisse, Siue in corpore, siue extra corpus, nescio:  
Deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in  
libro ecclesię fabulas arguebat. Super qua re lectoris  
arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non  
haberi Daniele apud Hebræos inter prophetas: sed  
inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres si-  
quidem partes omnis ab eis scriptura diuiditur: in  
Legem, in Prophetas, & in Hagiographa: id est, in  
quinque, & octo, & in vndecim libros: de quo non  
est huius temporis differere. Quę autem ex hoc Pro-  
pheta, imò contra hunc librum Porphyrius obijciat:  
testes sunt Methodius, Eusebius, & Apollinaris: qui  
multis versuum millibus eius vesanię responden-  
tes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obse-  
cro vos ò Paula & Eustochium, fundatis pro me ad  
Dominum preces: vt quādiu in hoc corpusculo sum,  
seribam aliquid gratum vobis, vtile ecclesię, dignum  
posteris. Pręsentiu quippe iudicijs oblatrantiu non  
satis moueor qui in vtrāque partem, aut amore la-  
buntur, aut odio.

## DANIELIS PROPHETIA.

Hę. 14. capita. CAP. I.



IN NO tertio regni Ioa- 1  
cim regis Iuda, venit Na- A  
buchodonosor rex Baby-  
lonis in Ierusalē, & obse-  
dit eam. 2 & tradidit Do-  
minus in manu eius Ioa-  
cim regem Iudę, & partē vasorū domus  
Dei: & asportauit ea in terram Sennaar, in  
domum Dei sui, & vasa intulit in domū  
thesauri Dei sui. 3 Et ait rex Asphenez prę-  
posito eunuchorū, vt introduceret de fi-  
liis Israël, & de semine regio & tyranno-  
rum,

incipium



- 4 rum, <sup>1</sup> Pueros in quibus nulla esset macu-  
 la, decoros forma, & eruditos omni sa- *vel ingeniosos*  
 pientia, cautos sciētia, & doctos disciplina *et intelligentes.*  
 na, & qui possent stare in palatio regis: vt  
 doceret eos literas, & linguā Chaldæorū.  
 5 <sup>2</sup> Et constituit eis rex annonā per singulos  
 dies de cibis suis, & de vino vnde bibebat  
 ipse: vt enutriti tribus annis, postea starēt  
 6 in cōspectu regis. <sup>3</sup> Fuerunt ergo inter eos  
 B. de filiis Iudæ, Daniel, Ananias, Misael, &  
 7 Azarias. <sup>4</sup> Et imposuit eis præpositus eu-  
 nuchorū, nomina: Danieli Baltassar: Ana-  
 nix, Sidrach: Misaeli, Misach: & Azaria,  
 8 Abdenago. <sup>5</sup> Proposuit autē Daniel in cor-  
 de suo, ne pollueretur de mensa regis, ne-  
 que de vino potus eius: & rogauit eunu-  
 chorum præpositum ne contaminaretur.  
 9 <sup>6</sup> Dedit autem Deus Danieli gratiam & *quāq̄ de mensa*  
 misericordiam in cōspectu principis eu- *27. dist.*  
 10 nuchorum. <sup>7</sup> Et ait princeps eunuchorum  
 ad Danielelem: Timeo ego Dominū meum  
 regem, qui constituit vobis cibum & po-  
 tum: qui si viderit vultus vestros macilen-  
 tiores præ cæteris adolescentibus coæuis  
 11 vestris, cōdemnabit caput meū regi. <sup>8</sup> Et  
 C dixit Daniel ad Malasar, quem constitue-  
 rat princeps eunuchorum super Danie-  
 12 lem, Ananiam, Misaelē, & Azariam, <sup>9</sup> Ten-  
 ta nos obsecro seruos tuos diebus decem,  
 & dentur nobis legumina ad vescēdum,  
 13 & aqua ad bibendū: <sup>10</sup> & contēplare vul-  
 tus nostros, & vultus puerorū qui vescū- *motū gessit eis*  
 tur cibo regio: & sicut videris, facies cum *in hoc, et*  
 14 seruis tuis. <sup>11</sup> Qui audito sermonē huiusce  
 modi,



modi, tentauit eos diebus decē. Post dies autē decē apparuerūt vultus eorū meliores & corpulētiores præ omnibus pueris qui vescebātur cibo regio. Porro Malafar tollebat cibaria, & vinū potus eorū: dabatq; eis legumina. Pueris autē his dedit Deus scientiā & disciplinā in omni libro & sapientia: Danieli autē intelligentiam omniū visionū & somniorū. Completis itaq; diebus, post quos dixerat rex vt introducerētur: introduxit eos præpositus eunuchorū in cōspectu Nabuchodonosor. Cumque eis locutus fuisset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misaël, & Azarias: & steterūt in cōspectu Regis. Et omne verbū sapientiæ & intellectus quod sciscitatus est ab eis Rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos qui erant in vniuerso regno eius. Fuit autē Daniel vsq; ad annum primum Cyri Regis.

Isafr. 6 . g. 28

## CAP. II.

Ergo 15.

**I**N anno secūdo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. Præcepit autē rex, vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici & Chaldæi: vt indicaret regi somnia sua: qui cum venissent, steterūt corā rege. Et dixit ad eos Rex, Vidi somniū: & mēte cōfusus ignoro quid viderim. Responderūtque Chaldæi regi Syriacè, Rex in sempiternū viue: dic somnium seruis tuis, & interpretationē eius indicabimus. Et respondens

deus



dens rex ait Chaldeis, Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius, peribitis vos, & domus vestrae publicabuntur.<sup>6</sup> Si autem somnium & coniecturam eius narraueritis: præmia, & donna, & honorẽ multum accipietis à me. somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi.<sup>7</sup> Responderunt secundo, atque dixerunt, Rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabimus.<sup>8</sup> Respondit Rex, & ait, Certè noui quod tẽpus redimitis, scientes quod recesserit à me sermo.<sup>9</sup> Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quod interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam composueritis, vt loquamini mihi donec tẽpus pertrahat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quod interpretationem quoque eius veram loquamini.<sup>10</sup> Respondentes ergo Chaldaei coram rege, dixerunt, Non est homo super terram, qui sermonem tuum Rex, possit implere: sed neque regum quicumque magnus & potens, verbum huiusmodi sciscitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldaeo.<sup>11</sup> Sermo enim quem tu queris, Rex, grauis est: nec reperietur quisquam qui indiget illum in conspectu regis: exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio.<sup>12</sup> Quo audito, rex in furore & in ira magna præcepit vt periret omnes sapientes Babylonis.<sup>13</sup> Et egressa sententia, sapientes interficiebantur: quærebanturque Daniel, & socij eius, vt periret.<sup>14</sup> Tunc Daniel requisit de lege atque sententia ab Artioch principe

in frustra pone  
mini.

in latrinas pon  
entur.

responditqz.

hispane. el suo  
no y la soltura

indicare.



in interficientiuz.

pe militiæ Regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. <sup>7</sup> Et interrogauit eum qui a rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia a facie Regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli, <sup>8</sup> Daniel ingressus rogauit Regem ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. <sup>9</sup> Et ingressus est domum suam: Ananiæque & Misaeli, & Azariæ sociis suis, indicauit negocium: <sup>10</sup> ut quærerent misericordiam a facie Dei cæli super sacramento isto, & non perirent Daniel & socij eius, cum cæteris sapientibus Babylonis. <sup>11</sup> Tunc Danieli mysteriū per visionem nocte reuelatum est: & benedixit Daniel Deum cæli, <sup>12</sup> & loquutus ait: Sit nomen Dni benedictum a seculo & usque in seculum: quia sapientia & fortitudo eius sunt. <sup>13</sup> Et ipse mutat tempora & ætates: transfert regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam: <sup>14</sup> Ipse reuelat profunda & abscondita: & nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est. <sup>15</sup> Tibi Deus patrum meorum confiteor, teque laudo: quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi quæ rogauimus te, quia sermonem Regis aperuisti nobis. <sup>16</sup> Post hæc Daniel ingressus ad Arioch quem constituerat Rex, ut perderet sapientes Babylonis, sic ei loquutus est: Sapientes Babylonis ne perdas: introduce me in conspectu Regis, & solutionem regi narrabo. <sup>17</sup> Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad Regem,

Secreto

Secretum.

Psal. 112. 4. 2

Nostrorum.



Regem, & dixit ei: Inueni hominem de filiis transmigrationis Iudæ, qui solutionem regi annuntiet. Respondit Rex, & dixit Danieli cuius nomē erat Baltassar, Putasne verè potes mihi indicare somnium quod vidi, & interpretationē eius? Et respōdēs Daniel corā rege, ait, Mysteriū quod rex interrogat, sapientes, magi, & arioli, & aruspices nequeunt indicare regi. Sed est Deus in cęlo reuelās mysteria, qui indica- uit tibi Rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in nouissimis tēporibus. Sōniū tuū & visiones capitis tui in cubili tuo, huiusmodi sunt: Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurū post hęc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt. Mihi quoque nō in sapientia quæ est in me plus quàm in cūctis viuentibus, sacramētū hoc reuelatum est: sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires. Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grādis: statua illa magna & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autē & brachia de argēto, porrò venter & fœmora ex ære: tibiæ autē ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis & comminuit eos. Tunc cōtrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentū & aurū, & redacta quasi in fauillām æstiuę areæ, quæ

inducabit

pp sapientiam.

IESUS.

quæ squillas

rapta



rapta sunt vento: nullusq; locus inuentus  
 est eis: lapis autē qui percussērat statuam,  
 factus est mons magnus, & impleuit vni-  
 uersam terram. <sup>36</sup> hoc est somnium, Inter-  
 pretationem quoque eius dicemus coram  
 te rex, <sup>37</sup> Tu rex regum es: & Deus cæli re-  
 gnū & fortitudinē & imperiū & gloriā F  
 dedit tibi: <sup>38</sup> & omnia in quibus habitant  
 filij hominū & bestiaē agri, volucres quo-  
 que cæli dedit in manu tua, & sub ditio-  
 ne tua vniuersa constituit: tu es ergo ca-  
 put aureum. <sup>39</sup> Et post te cōsurgēt regnum  
 aliud minus te: & regnū tertium aliud creū,  
 quod imperabit vniuersæ terræ. <sup>40</sup> Et regnū  
 quartū erit velut ferrū: quomodo fer-  
 rum cōminuit & dōmat omnia: sic con-  
 minuet & cōteret omnia hęc: <sup>41</sup> Porro quia  
 vidisti pedū & digitorū partē testeam fi-  
 guli, & partē ferream: regnū diuisum erit,  
 quod tamen de plantario ferri orietur, se-  
 cundum quod vidisti ferrū mistū testæ ex  
 luto. <sup>42</sup> Et digitos pedū ex parte ferreos &  
 ex parte fictiles: ex parte regnū erit solidū,  
 & ex parte contritum. <sup>43</sup> Quod autē vidisti  
 ferrum mistum testæ ex luto, commisce-  
 buntur quidem humano semine, sed non  
 adhærebunt sibi, sicuti ferrū misceri non  
 potest testæ. <sup>44</sup> In diebus autem regnorum  
 illorū suscitabit Deus cæli regnū quod in G  
 æternū non dissipabitur, & regnum eius  
 alteri populo nō tradetur, cōminuet autē,  
 & consumet vniuersa regna hęc: & ipsum  
 stabit in æternum. <sup>45</sup> Secundum quod vi-  
 disti, quod de monte abscissus est lapis si-  
 ne

regnū chalde  
 regnū medo  
 regnū persarū  
 regnū greco  
 ferreum.  
 regnū rom  
 ano.

vest. 13.

5  
 Regnū ch  
 ristī. lu. 1.  
 mat. 16.  
 1. cor. 15.  
 psal. 71.



ne manibus, & comminuit testam, & fer-  
rum, & æs, & argentū, & aurū, Deus ma-  
gnus ostendit regi quæ ventura sunt po-  
stea. & verum est somnium, & fidelis in-  
46 terpretatio eius: Tunc rex Nabuchodo-  
nosor cecidit in faciem suā & Danielem  
adorauit: & hostias, & incensum præcepit  
47 vt sacrificarent ei. Loquens ergo rex, ait  
Danieli, Verè Deus vester, Deus deorum  
est, & Dominus regum, & reuelans my-  
steria: quoniam tu potuisti aperire hoc  
48 sacramentum. Tunc rex Daniele in su-  
blime extulit, & munera multa & magna  
dedit ei: & constituit eum principē super  
omnes prouincias Babylonis: & præfe-  
ctum magistratuum super cunctos sapien-  
49 tes Babylonis. Daniel autem postulauit  
à rege: & cōstituit super opera prouinciæ  
Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago:  
ipse autem Daniel erat in foribus regis.

*Danieli incurran-  
it se.*

*Secretum.*

*magistratuum*

*.i. manebat in cu-  
ria apud regem.*

## CAP. III.

1 **N** Abuchodonosor rex fecit statuā au-  
A ream altitudine cubitorum sexaginta,  
latitudine cubitorū sex, & statuit eam  
3 in campo Dura prouincię Babylonis. Itaque  
Nabuchodonosor rex misit ad cōgre-  
gandos satrapas, magistratus, & iudices,  
duces & tyrannos, & præfectos, omnes-  
que principes regionum, vt conuenirent  
ad dedicationem statuæ quam erexerat  
3 Nabuchodonosor rex. Tunc congrega-  
ti sunt satrapæ, magistratus & iudices, du-  
ces & tyranni, & optimates qui erant in  
potestatibus constituti, & vniuersi princi-  
pes,



pes regionū, vt conuenirēt ad dedicationē  
 statuæ quam erexerat Nabuchodonosor  
 Rex. stabant autē in cōspectu statuæ quā  
 posuerat Nabuchodonosor rex: & præco 4  
 clamabat valenter: Vobis dicitur populis,  
 tribubus, & linguis, In hora qua audieri- 5  
 tis sonitum tubæ & fistulæ & citharæ,  
 sambucæ & psalterij, & symphonix, &  
 vniuersi generis musicorū: cadentes ado-  
 rate statuā aureā quā cōstituit Nabucho-  
 donosor rex. Si quis autem nō prostratus 6  
 adorauerit, eadē hora mittetur in fornacē  
 ignis ardentis. Post hæc igitur statim vt 7  
 audierūt omnes populi sonitū tubæ, fistu-  
 læ, & citharæ, sambucæ & psalterij, sym-  
 phonię, & omnis generis musicorū: cadē-  
 tes oēs populi, tribus & linguæ adoraue-  
 rūt statuā aureā quam cōstituerat Nabu-  
 chodonosor rex. Statimque in ipso tem- 8  
 pore accedētes viri Chaldæi accusauerunt  
 Iudæos, & dixeruntque Nabuchodonosor 9  
 regi, Rex in æternū viue. tu rex, posuisti 10  
 decretū, vt omnis homo qui audierit soni-  
 tum tubæ, fistulę & citharæ, sambucæ &  
 psalterij, & symphonie, & vniuersi generis  
 musicorū, prosternat se, & adoret statuā  
 aureā. si quis autē nō procidēs adoraue- 11  
 rit, mittatur in fornacē ignis ardētis. Sūt 12  
 ergo viri Iudæi, quos constituisti super B  
 opera regionis Babylonix, Sidrach, Mi-  
 sach, & Abdenago: viri isti cōtēpserūt, rex,  
 decretū tuū: deos tuos nō colūt, & statuā  
 aureā quā erexisti nō adorāt. Tunc Na- 13  
 buchodonosor in furore & in ira præce-  
 pit,



pit, vt adducerētur Sidrach, Misach, & Ab-  
 denago: qui cōfestim adducti sunt in cō-  
 14 spectu regis. ¶ Pronūtiāsq; Nabuchodono-  
 sor rex ait eis, Verēne Sidrach, Misach, &  
 Abdenago Deos meos nō colitis, & statuā  
 auream, quam "constitui" non adoratis". *¶ rex 50*  
 15 ¶ Nunc ergo si estis parati, quacunq; hora *¶ . 15.*  
 audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ,  
 sambucæ & psalterij & symphonix, om-  
 nisq; generis musicorū, prosternite vos,  
 & adorete statuā quā feci: quōd si nō ad-  
 oraueritis, eadem hora mittemini in for-  
 nacē ignis ardentis: & quis est Deus qui  
 16 eripiet vos de manu mea? ¶ Respōdētes Si-  
 drach, Misach & Abdenago, dixerūt regi  
 Nabuchodonosor, Non oportet nos de  
 17 hac re respondere tibi. ¶ Ecce enim Deus  
 noster quē colimus, potest eripere nos de  
 camino ignis ardētis, & de manibus tuis,  
 18 ō rex, liberare. ¶ Quōd si noluerit, notum  
 fit tibi, rex, quia deos tuos nō colimus, &  
 statuā aureā quam erexisti nō adoramus.  
 19 ¶ Tunc Nabuchodonosor repletus est fu-  
 rore: & aspectus faciei illius immutatus  
 est super Sidrach, Misach & Abdenago.  
 & pręcepit vt succēderetur fornax septu-  
 20 plū quā succendi cōsueuerat. ¶ Et viris  
 fortissimis de exercitu suo iussit vt ligatis  
 pedibus Sidrach, Misach & Abdenago  
 21 mitterēt eos in fornacē ignis ardētis. ¶ Et  
 cōfestim viri illi vinēti cū braccis suis, &  
 tiatis, & calceamentis, & vestibus missi *¶ pallijs*  
 22 sunt in mediū fornacis ignis ardētis. ¶ nā  
 iussio regis vrgebat: fornax autē succensa  
 erat,



erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrach, Misach & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach Misach & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ sequuntur, in Hebræis voluminibus non reperi.

Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Dño. Stans autem Azarias orauit sic, aperiensq; os suum in medio ignis, ait, Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula: quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem: quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim, & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuius, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis vt bene nobis esset. omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, vero iudicio fecisti: & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum & pessimorum, præuicatorumq; & regi iniusto & pessimo ultra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os: confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colunt te. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum

**Oratio.**

**Ierusalē. matth. 27.**

**Luc. 22. dñy  
hec est hora  
iob. 1. 2. / pa  
ulg. satana  
neelo. 2. cor.  
12.  
colebant.**



Depetui propter nomē tuum, & ne dissipēs  
 35 testamentum tuū, neq; auferas misericor-  
 diā tuā à nobis propter Abrahā dilectum  
 tuū, & Isaac seruū tuū, & Israël sanctum  
 36 tuū: quibus locutus es, pollicens q̄ mul-  
 tiplicares semen eorū sicut stellas cæli, &  
 37 sicut arenā: quæ est in littore maris. quia  
 Dñe imminuti sumus plus quàm omnes  
 gētes, sumusq; humiles in vniuersa terra  
 38 hodie propter peccata nostra. Et nō est in  
 tēpore hoc princeps, & dux, & propheta,  
 neq; holocaustū, neq; sacrificiū, neq; obla-  
 tio, neq; incensum, neq; locus primitiarū  
 39 corā te: vt possimus inuenire misericor-  
 diā tuam, sed in animo cōtrito, & spiritu  
 40 humilitatis suscipiamur. Sicut in holo-  
 causto arietū & taurorū, & sicut in mil-  
 libus agnorum pinguiū: sic fiat sacrificiū  
 nostrum in conspectu tuo hodie, vt pla-  
 ceat tibi: quoniā non est confusio confi-  
 41 dentibus in te. Et nunc sequimur te in  
 toto corde, & timemus te, & quærimus  
 42 faciē tuam. Ne confundas nos: sed fac  
 nobiscum iuxta mansuetudinem tuam,  
 & secundū multitudinem misericordiæ  
 43 tuæ. Et erue nos in mirabilib⁹ tuis, & da  
 44 gloriā nomini tuo Dñe: & confundātur  
 omnes qui ostendūt seruis tuis mala, con-  
 fundantur in omni potētia, & robur eo-  
 45 rum conteratur: & sciant quia tu es Dñs  
 Deus solus, & gloriosus super orbem ter-  
 46 rarū. Et non cessabant qui miserant eos  
 ministri Regis succendere fornacē, naph-  
 47 tha & stupa & pice & malleolis, & ef-  
 funde-

gen. 12. 13. 15.  
 17. 18. 22.  
 27. 28.

psal. 50.



fundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem; ⁊ erupit, ⁊ incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. ⁊ Angelus autē Dñi descēdit cū Azaria & sociis eius in fornacē: ⁊ excussit flammā ignis de fornace, ⁊ fecit mediū fornacis quasi ventū roris flantem, ⁊ non tetigit eos omnino ignis, neq; cōtristauit, nec quicquam molestiæ intulit.

**115. vicibꝫ laudant, cōfitebuntur, bñdicunt, ⁊ superexaltant deū in medio flammæ;**

⁊ Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant ⁊ glorificabant ⁊ benedicebāt Deū in fornace, dicentes,

⁊ Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, ⁊ laudabilis, ⁊ superexaltatus in secula: ⁊ benedictū nomen gloriæ tuæ sanctū ⁊ laudabile ⁊ superexaltatum in omnibus seculis.

⁊ Bñdict⁹ es in tēplo sancto glorię tuę, ⁊ superlaudabilis ⁊ supergloriosus in secula.

⁊ Bñdict⁹ es in throno regni tui, ⁊ superlaudabilis ⁊ "super exaltat⁹" in secula.

⁊ Benedictus es qui intueris abyssos, ⁊ sedes super cherubim, ⁊ laudabilis ⁊ superexaltatus in secula.

⁊ Benedictus es in firmamento cæli, ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus in secula.

⁊ || Benedicite omnia opera Dñi Dño, laudate ⁊ superexaltate eum in secula.

⁊ || Benedicite angeli Dñi Dño, laudate ⁊ superexaltate eum in secula.

⁊ || Benedicite cæli Domino, laudate ⁊ superexaltate eum in secula.

⁊ Benedicite aquę omnes quę super cælos sunt, Domino, laudate ⁊ superexal-

tate

⁊ supergloriosus 2.

Psal. 79. v. 2.

98. v. 1.

Psal. 144. b. 10.

Psal. 102. d. 20.

148. v. 2.

Psal. 68. d. 35.

148. v. 4.



- tate eum in secula.
- 61 <sup>?</sup> Benedicite omnes virtutes Dñi Dño,  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 62 <sup>?</sup> Benedicite sol & luna Domino, lau- *Psal. 148. v. 3*  
date & superexaltate eum in secula.
- 63 <sup>?</sup> Benedicite stellæ cæli Domino, lauda-  
te & superexaltate eum in secula.
- 64 <sup>?</sup> Benedicite omnis imber & ros Dño,  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 65 <sup>?</sup> Bñdicite omnis spiritus - Dei' Dño, *- . 7 .*  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 66 <sup>?</sup> Benedicite ignis & æstus Domino, lau-  
date & superexaltate eum in secula.
- 67 <sup>?</sup> Benedicite frigus & "æstus" Domino, *Æstus 3.*  
laudate & superexaltate eum in secula. *causa 4.*
- 68 <sup>?</sup> Benedicite rores & pruina Domino,  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 69 <sup>?</sup> Benedicite gelu & frigus Domino,  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 70 <sup>?</sup> Benedicite glacies & niues Domino,  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 71 <sup>?</sup> Benedicite noctes & dies Domino, lau-  
date & superexaltate eum in secula.
- 72 <sup>?</sup> Benedicite lux & tenebræ Domino,  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 73 <sup>?</sup> Benedicite fulgura & nubes Domino,  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 74 <sup>?</sup> Benedicat terra Dominum, laudet &  
superexaltet eum in secula.
- 75 <sup>?</sup> Benedicite montes & colles Domino,  
laudate & superexaltate eum in secula.
- 76 <sup>?</sup> Benedicite vniuersa germinantia in  
terra Domino, laudate & superexaltate  
eum in secula.



⁹Benedicite fontes Domino, laudate & 77  
superexaltate eum in secula.

⁹Benedicite maria & flumina Dño, lau 78  
date & superexaltate eum in secula.

⁹Benedicite cete, & omnia que mouen- 79  
tur in aquis Domino, laudate & superex-  
altate eum in secula.

⁹Benedicite omnes volucres cæli Dño, 80  
laudate & superexaltate eum in secula.

⁹Benedicite oēs bestia & pecora Dño, 81  
laudate & superexaltate eum in secula.

⁹Benedicite filij hominum Domino, 82  
laudate & superexaltate eum in secula.

⁹Benedicat Israël Dominum, laudet & 83  
superexaltet eum in secula.

⁹Benedicite sacerdotes Dñi Domino, 84  
laudate & superexaltate eum in secula.

⁹Benedicite serui Dñi Domino, lauda- 85  
te & superexaltate eum in secula.

⁹Benedicite spiritus & animæ iustorū 86  
Dño, laudate & superexaltate eū in secula.

⁹Benedicite sancti & humiles corde 87  
Dño, laudate & superexaltate eū in secula.

⁹Benedicite Anania, Azaria, Misael Do- 88  
mino, laudate & superexaltate eū in secu-  
la: quia eruit nos de inferno, & saluos fe-  
cit de manu mortis, & liberauit nos de  
medio ardentis flāmæ, & de medio ignis  
eruit nos.

⁹Confitemini Domino, quoniã bonus, 89  
quoniam in seculum misericordia eius.

⁹Benedicite omnes religiosi Domino 90  
Deo deorū, laudate & cōfitemini ei, quia  
in omnia secula misericordia eius.

Hucusque



Hucusque in Hebræo nō habetur: & quæ posuimus,  
de Theodotionis editione translata sunt.

- 91 <sup>9</sup> Tunc Nabuchodonosor rex obstu-  
puit, & surrexit properè, & ait optimati-  
bus suis, Nōne tres viros misimus in me-  
diū ignis cōpeditos? Qui respondentes re-  
92 gi, dixerunt, Verè rex. <sup>9</sup> Respōdit, \* & ait,  
Ecce ego video quatuor viros solutos, &  
ambulantes in medio ignis, & nihil cor-  
ruptionis in eis est, & species quarti simi-  
93 lis filio Dei. <sup>9</sup> Tunc accessit Nabuchodo-  
nosor ad ostiū fornacis ignis ardentis, &  
ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui  
Dei excelsi, egredimini, & venite. Statim-  
que egressi sunt Sidrach, Misach, & Abde-  
94 nago de medio ignis. <sup>9</sup> Et cōgregati satra-  
pæ, & magistratus, & iudices, & potentes  
regis, contēplabātur viros illos, quoniam  
nihil potestatis habuisset ignis in corpo-  
ribus eorum, & capillus capitis eorū non  
esset adustus, etiā saraballa eorū non fuis-  
95 set per eos. <sup>9</sup> Et erumpens Nabuchodono-  
sor, ait, Benedictus Deus eorū, Sidrach vi-  
delicet, Misach, & Abdenago, qui misit  
angelū suū, & eruit seruos suos qui cre-  
diderunt in eū: & verbū regis immuta-  
uerunt, & tradiderūt corpora sua ne ser-  
uirent & ne adoraret omnē Deum, exce-  
96 pto Deo suo. <sup>9</sup> A me ergo positū est hoc  
decretū, vt omnis populus, tribus, & lin-  
gua quæcunq; locuta fuerit blasphemiā  
contra Deū Sidrach, Misach & Abdena-  
go, dispereat, & domus eius vastetur: ne-

*c. impatores.  
g. d. / etc. impa-  
tores. 11. g. 7.*

<sup>1</sup>  
*vestimenta*

*in latrinas pu-  
natur.*



*magnificauit* que enim est alius Deus qui possit ita sal-  
uare. Tūc rex promouit Sidrach, Misach 97  
& Abdenago in prouincia Babylonis.  
N A B U C H O D O N O S O R, rex, omni- 98  
bus populis, gentibus, & linguis. qui ha-  
bitant in vniuersa terra, pax vobis mul-  
tiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud 99  
me Deus excelsus. Placuit ergo mihi pre-  
dicare signa eius quia magna sunt: & 100  
mirabilia eius, quia fortia: & regnū eius  
regnum sempiternum, & potestas eius  
in generatione & generationem.

*c. impatores. 9. d.  
ff. c. impatores  
11. 9. 7.*

*2.  
Infr. 4. 8. 31.  
7. d. 14.*

## CAP. IIIII.

E Go Nabuchodonosor quietus eram in 1  
Edomo mea, & florens in palatio meo. A  
somnia vidi quod perterruit me: & 2  
cogitationes meæ in stratu meo, & visio-  
nes capitis mei cōturbauerūt me. Et per 3  
me propositū est decretum, vt introdu-  
cerētur in conspectu meo cuncti sapiētes  
Babylonis, & vt solutionē somnij indica-  
rent mihi. Tūc ingrediebātur arioli, ma- 4  
gi, Chaldæi, & aruspices, & somniū nar-  
raui in conspectu eorū: & solutionē eius  
non indicauerunt mihi: donec collega 5  
ingressus est in cōspectu meo Daniel, cui  
nomen Baltassar secundū nomē Dei mei,  
qui habet spiritū deorū sanctorum in se-  
metipso: & somniū coram ipso locutus  
sum. Baltassar princeps ariolorū, quoniā 6  
ego scio quod spiritū sanctorum deorum  
habeas in te, & omne sacramentū non est  
impossibile tibi: visiones somniorū meo-  
rum quas vidi, & solutionē earū narra.  
Visio

*c.  
semum.*



- 7 <sup>9</sup> Visio capitis mei in cubili meo, Videbā,  
 B & ecce arbor in medio terræ, & altitudo  
 8 eius nimia. <sup>9</sup> Magna arbor, & fortis: &  
 proceritas eius contingens cælū: aspectus  
 illius erat vsq; ad terminos vniuersæ ter-  
 9 ræ. <sup>10</sup> Folia eius pulcherrima, & fruct<sup>9</sup> eius  
 nimius: & esca vniuersorum in ea: subter  
 eam habitabant animalia & bestia, & in  
 ramis eius conuersabātur volucres cæli:  
 10 & ex ea vescebatur omnis caro. <sup>11</sup> Videbā  
 in visione capitis mei super stratū meū,  
 & ecce vigil & sanctus de cælo descendit.  
 11 <sup>12</sup> Clamauit fortiter, & sic ait: Succidite ar-  
 borem, & præcidite ramos eius: excutite  
 folia eius, & dispergite fructus eius: fugiāt  
 bestia quæ subter eā sunt, & volucres de  
 12 ramis eius. <sup>13</sup> Verūtāme germē radicū eius  
 in terra finite, & alligetur vinculo ferreo  
 & æreo in herbis quæ foris sunt, & rore  
 cæli tingatur, & cū feris pars eius in her-  
 13 ba terræ. <sup>14</sup> Cor eius ab humano cōmute-  
 tur, & cor feræ detur ei: & septē tempora  
 14 mutantur super eū. In sententiā vigilum  
decretū est, & sermo sanctorū, & petitio:  
donec cognoscāt viuentes quoniā domi-  
 natur Excelsus in regno hominū, & cui-  
 cunq; voluerit, dabit illud, & humillimū  
 15 hominē constituet super eum. <sup>16</sup> Hoc som-  
 nium vidi ego Nabuchodonosor rex: tu  
 ergo Baltassar interpretationē narra festi-  
 nus: quia omnes sapientes regni mei non  
 queunt solutionē edicere mihi: tu autem  
 potes, quia spiritus deorū sanctorū in te  
 16 est. <sup>17</sup> Tunc Daniel, cuius nomē Baltassar,  
 cœpit

c. mizoz. 17. g. 4

Et. c. nabuchodo

nosoz. 27. g. 4

agri

in decreto vigilū

verbu, et in smon

e s etoz petitioni

et p. (1. tale in coll

oguo vigilū et s et

oz. no etoz q sitū

et cōclusū est. et.)



cepit intra semetipsum tacitus cogitare  
 quasi vna hora: & cogitationes eius con-  
 turbabant eū. Respondēs autē rex ait, Bal-  
 tassar, somniū & interpretatio eius non  
 conturbēt te. Respōdit Baltassar, & dixit: D  
 Domine mi, somniū his qui te oderunt:  
 & interpretatio eius hostib⁹ tuis sit. ⁊ Ar- 17  
 borem quā vidisti sublimem atq; robu-  
 stam, cuius altitudo pertingit ad cælum,  
 & aspectus illius in omnē terrā: ⁊ rami 18  
 eius pulcherrimi, & fructus ei⁹ nimius, &  
 esca omniū in ea, subter eā habitantes be-  
 stia agri, & in ramis eius commorantes  
 aues cæli. ⁊ Tu es rex, qui magnificatus es, 19  
 & inualuisti: & magnitudo tua creuit &  
 peruēnit vsq; ad cælū, & potestas tua in  
 terminos vniuersæ terræ. ⁊ Quòd autem 20  
 vidit rex vigilē, & sanctū descendere de  
 cælo, & dicere, Succidite arborē & dissi-  
 pate illā, attamen germen radicū eius in  
 terra dimittite, & vinciaturo ferro & aere  
 in herbis foris, & rore cæli conspergatur,  
 & cum feris sit pabulū eius, donec septē  
 tempora mutētur super eū. ⁊ Hæc est in- 21  
 terpretatio sententiæ Altissimi, quæ per-  
 uenit super dñm meū regem, ⁊ Eiciet te 22  
 ab hominibus, & cū bestiis ferisq; erit ha-  
 bitatio tua, & fœnū vt bos comedes, &  
 rore cæli infundēris: septē quoq; tempo-  
 ra mutabūtur super te, donec scias quòd  
 dominetur Excelsus super regnum homi-  
 num, & cuiuscunq; voluerit det illud.  
 ⁊ Quòd autem præcepit vt relinqueretur 23  
 germē radicū eius, id est arboris: regnum  
 tuum

agri.  
 pars.  
 et decretum  
 quod  
 agri  
 lxx. 5. f. 21.

anni.

dixerunt



- tuū tibi manebit postquā cognoueris po  
 24 testatē esse caelestē. <sup>c. quā obrē. de pñ</sup> Quā ob rē rex cōsiliū <sup>itētia d. 1.</sup>  
 meū placeat tibi, & peccata tua eleemo- <sup>Ecc. 3. d. 2.</sup>  
 synis redime, & iniquitates tuas miseri-  
 cordiis pauperū: forsitan ignosceret delictis  
 25 tuis. <sup>\*hae</sup> Omnia <sup>venerunt super Nabucho-</sup>  
 26 donosor regē. Post finem mensium duo-  
 decim, in aula Babylonis deambulabat, <sup>justitia.</sup>  
 27 Responditque rex, & ait, Nōne hęc est  
 Babylon <sup>\*ciuitas</sup> magna quā ego ædificaui in do-  
 mum regni, in robore fortitudinis meæ,  
 28 & in gloria decōris mei? Cumq; sermo  
 adhuc esset in ore regis, vox de cælo ruit,  
 Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Re-  
 29 gnū transibit à te, & ab hominibus ei-  
 cient te, & cū bestiis feris erit habitatio  
 tua: fœnū quasi bos comedes, & septē tē-  
 30 pora mutabuntur super te: donec scias  
 quòd dominetur excelsus in regno homi-  
 num, & cuiusq; voluerit det illud. Eadē  
 hora sermo cōpletus est super Nabu-  
 chodonosor, & ex hominib<sup>9</sup> abiectus est,  
 & fœnū vt bos comedit, & rore cæli  
 31 corpus eius infectū est: donec capilli eius  
 in similitudinē aquilarū crescerēt, & vn-  
 gues eius quasi auiū. Igitur post finē die-  
 rum ego Nabuchodonosor oculos meos  
 ad cælum leuaui, & sensus meus redditus  
 32 est mihi: & Altissimo benedixi, & viuen-  
 tem in sempiternū laudaui, & glorifica-  
 ui: ¶ quia potestas eius potestas sempiter-  
 na, & regnū eius in generatione & gene-  
 ratione. Et omnes habitatores terræ a-  
 pud eum in nihilum reputati sunt: iuxta  
 voluntate

plongabit tibi  
pacem tuā deo

transijt

\*iustitia

\*gr  
x  
agri. 7. anni  
hiero.  
hic.

2. mac. 5.

Supr. 3. 80  
100.

Infr. 7. d. 10

2  
Ingr.



Exercitiis

Job. 9. / Eccl. 5.  
8. / Sap. 12.

reversus sum.

voluntatē enim suam facit tam in virtutibus cæli quàm in habitatoribus terræ: & nō est qui resistat manui eius, & dicat ei, Quare fecisti? In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decorēque perueni: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regē cæli: quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

## CAP. V.

millenariis, Et cō  
sā mille vinū bi  
bebat.

Prorog. 4.  
reg. 25. 24.

argen-  
tea 14.

Isai. 21.

Balsasar rex fecit grande conuiuū optimatibus suis mille: & vnusquisq; secundum suā bibebat atatē. Præcepit ergo iam temulētus vt afferrentur vasa aurea & argentea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de tēplo quod fuit in Ierusalē: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresque eius & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalē: & biberūt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabāt deos suos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneosq; & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribētis contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae: & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est,



B est, & cogitationes eius conturbabāt eū:  
 & compagēs renum eius soluebantur, &  
 7 genua eius ad seinuicē collidebātur. Ex-  
 clamauit itaq; rex fortiter vt introduce-  
 rēt magos, Chaldaeos & aruspices. Et pro-  
 loquēs rex ait sapiētibus Babylonis: Qui-  
 cunq; legerit scripturā hanc, & interpre-  
 tationē eius manifestā mihi fecerit, pur-  
 pura vestiatur, & torquē auream habebit  
 8 in collo, & tertio in regno meo erit. Tūc  
 ingressi omnes sapientes regis nō potue-  
 runt nec scripturam legere, nec interpre-  
 9 tationem indicare regi. Vnde rex Balsasar  
 C satis cōturbatus est, & vultus illius immu-  
 tatus est: sed & optimates eius turbaban-  
 10 tur. Regina autē pro re quæ acciderat re-  
 gi & optimatibus eius, domum conuiuij  
 ingressa est: & proloquens ait, Rex in ater-  
 num viue: non te conturbent cogitatio-  
 11 nes tuæ, neq; facies tua immutetur. Est  
 vir in regno tuo, qui spiritū deorum san-  
 ctorum habet in se: & in diebus patris tui  
 12 scientia & sapiētia inuentę sunt in eo: nā  
 & rex Nabuchodonosor pater tuus prin-  
 cipem magorū, incantatorum, Chaldaeo-  
 rum, & aruspicum constituit eum, pater  
 13 inquā tuus o rex: quia spiritus amplior,  
 & prudentia, intelligentiaq; interpretatio  
 somniorum, & ostensio secretorū, ac so-  
 lutio ligatorum inuentę sunt in eo, hoc  
 est in Daniele: cui rex posuit nomen Bal-  
 tassar. nunc itaq; Daniel vocetur, & inter-  
 pretationē narrabit. Igitur introductus  
 est Daniel corā rege. Ad quē præfatus  
 rex

cingula

n  
 nuin balsa  
 snt. ioseph  
 mt. origin  
 es. Scribūt  
 hiero. hic

n  
 pnuus. qua  
 rtus scilicet  
 e p̄r balsas  
 ntis. p̄r dt.  
 Sicut abra  
 hā. iōā. 8.  
 Et. dauid.  
 2. par. 34.



*adduxerat.*

rex ait, Tu es Daniel de filiis captiuitatis D  
Iudæ, quem adduxit pater meus rex de  
Iudæa? Audiui de te quoniam spiritum 14  
deorum habebas: & sciua intelligentiaq;  
ac sapientia ampliores inuentę sunt in te.

*scribi 16.*

Et nūc introgressi sunt in cōspectu meo 15  
sapientes magi, vt scripturam hanc lege-  
rent, & interpretationem eius indicarent  
mihi: & nequuerunt sensum huius ser-  
monis edicere\*. Porro ego audiui de te 16  
quòd possis obscura interpretari, & ligata  
dissoluere: si ergo vales scripturā legere, &  
interpretationē eius indicare mihi, purpu-  
ra vestiēris, & torquem auream circa col-  
lum tuū habebis, & tertius in regno meo  
princeps eris. Ad quæ respōdens Daniel, 17  
ait corā rege, Munera tua sint tibi, & do-  
na domus tuæ alteri da: scripturā autem  
legam tibi, rex, & interpretationem eius  
ostendā tibi. O rex, Deus altissimus re- 18  
gnum & magnificentiā, gloriam & ho-  
norē dedit Nabuchodonosor patri tuo.

*c. 2. de libo. sign.  
1. p. auo.*

Et propter magnificentiam quam dede- 19  
rat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tre-  
mebant, & metuebāt eum. quos volebat,  
interficiebat: & quos volebat, percutie-  
bat: & quos volebat, exaltabat: & quos vo-  
lebat, humiliabat. Quando autē eleuatū 20  
est cor eius, & spiritus illius obfirmatus  
est ad superbiā, depositus est de folio regni  
sui, & gloria eius ablata est: & à filiis ho- 21  
minū eiectus est, sed & cor eius cū bestiis  
positū est, & cū onagris erat habitatio ei:  
fœnum quoq; vt bos comedebat, & rore  
cali

*vel gregibus*

*Sup. 4. c. 22.*



1 cæli corpus eius infectum est: donec co-  
 2 gnosceret quòd potestaté haberet Altissi-  
 3 mus in regno hominũ, & quemcunque  
 4 voluerit suscitabit super illud. ¶ Tu quoq;  
 5 filius eius Balsasar, nō humiliasti cor tuũ,  
 6 cū scires hæc omnia: ¶ sed aduersum do-  
 7 minatorẽ cæli eleuatus es: & vasa domus  
 8 eius allata sunt corã te: & tu, & optima-  
 9 tes tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ  
 10 vinum bibistis in eis: deos quoque argen-  
 11 teos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneos-  
 12 que, & lapideos qui nō vident neque au-  
 13 diunt, neq; sentiunt, laudasti: porrò Deũ  
 14 qui habet flatum tuum in manu sua & omnes  
 15 vias tuas, non glorificasti. ¶ Idcirco  
 16 ab eo missus est articulus manus, qui scri-  
 17 psit hoc quod exaratum est. ¶ Hæc est au-  
 18 tem scriptura quæ digesta est: M A N E,  
 19 T H E C E L, P H A R E S. ¶ Et hæc est in-  
 20 terpretatio sermonis: M A N E, numera-  
 21 uit Deus regnum tuum, & compleuit  
 22 istud. ¶ T H E C E L: appensus es in statera,  
 23 & inuentus es minus habens. ¶ P H A-  
 24 R E S: diuisum est regnũ tuũ, & datum  
 25 est Medis & Persis. ¶ Tunc iubente rege  
 26 indutus est Daniel purpura, & circũdata  
 27 est torques aurea collo eius: & prædica-  
 28 tum est de eo quòd haberet potestatem  
 29 tertius in regno\*. ¶ Eadem nocte interfe-  
 30 ctus est Balsasar rex Chaldæus. ¶ Et Darius  
 31 Medus successit in regnum, annos natus  
 32 sexagintaduos.

CAP. VI.

1 P lacuit Dario, & constituit super re-  
 2 gnum satrapas centũ viginti, vt essent  
 3 in

c. vestimenta  
 de conf. d. 1.

job. 12. isai.  
 42.

mane  
 videlib. 2. bi  
 bl. 5. 1. p. 140.

\* suo

Infr. 9. 1. 1.



in toto regno suo. Et super eos, principes  
 tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt satra-  
 pæ illis redderent rationē, & rex non su-  
 stineret molestiā. Igitur Daniel supera-  
 bat omnes principes & satrapas: quia spi-  
 ritus Dei amplior erat in illo. Porro rex:  
 cogitabat constituere eū super omne re-  
 gnum: vnde principes & satrapæ quære-  
 bant occasionē vt "inuenirent Danieli" ex  
 latere"regni:" nullamq; causam, & suspi-  
 cionē reperire potuerunt, eo quòd fidelis  
 esset, & omnis culpa & suspicio nō inue-  
 niretur in eo. Dixerunt ergo viri illi, Nō  
 inueniemus Danieli huic aliquā occasio-  
 nē, nisi fortè in lege Dei sui. Tunc prin-  
 cipes & satrapæ surruperūt regi, & sic lo-  
 cuti sunt ei, Dari rex, in æternū viue: con-  
 siliū inierunt oēs principes regni, magi-  
 stratus & satrapæ, senatores & iudices, vt  
 decretū imperatoriū exeat, & edictum, Vt  
 oīs qui petierit aliquā petitionem à quo-  
 cunq; Deo & homine, vsque ad triginta  
 dies, nisi à te rex, mittatur in lacū leonū.  
 Nunc itaq; rex confirma sententiam, &  
 scribe decretum: vt nō immutetur quod  
 statutum est à Medis & Persis, nec præua-  
 ricari cuiquam liceat. Porro rex Darius  
 proposuit edictū, & statuit. Quòd cum  
 Daniel comperisset, id est constitutam le-  
 gem, ingressus est domum suam: & fene-  
 stris apertis in cœnaculo suo, contra Ieru-  
 salēm tribus temporibus in die flectebat  
 genua sua & adorabāt, confitebaturque  
 coram Deo suo sicut & antè facere con-  
 sueuerat.

auferrent  
 Daniele. 3.  
 Regis 17.

corruptelam.

culpa et suspitio.  
 vel error et corrup-  
 tela.

Suascerunt

3. reg. 9. 2. p  
 am. 6.



11 sueuerat. <sup>9</sup> Viri ergo illi curiosius inqui-  
 rentes, inuenerunt Daniele[m] orantem,  
 12 & obsecrantem Deum suum. <sup>9</sup> Et acce-  
 dentes locuti sunt regi super edicto: Rex,  
 nunquid non constituisti vt omnis ho-  
 mo qui rogaret quenquam de diis & ho-  
 minibus vsq; ad dies triginta, nisi te rex,  
 mitteretur in lacu leonum? Ad quos re-  
 13 spondens rex, ait, Verus est sermo iuxta  
 decretum Medorum atq; Persaru[m], quod  
 prauaricari non licet. <sup>9</sup> Tunc responde[n]tes  
 dixerunt cora[m] rege: Daniel de filiis capti-  
 uitatis Iudae, non curauit de lege tua &  
 de edicto quod constituisti, sed tribus te-  
 poribus per diem orat obsecratione sua.  
 14 <sup>9</sup> Quod verbum cum audisset rex, satis *multu[m] displicuit*  
co[n]tristatus est: & pro Daniele posuit cor *si.*  
 vt liberaret eum, & vsq; ad occasum so- *contendebat.*  
 15 lis laborabat vt erueret illum. <sup>9</sup> Viri autem *congregati ad regem*  
 illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito, *vel p[er]suadent*  
 rex quia lex Medorum atque Persaru[m] est, *es regi.*  
 vt omne decretum quod constituerit rex,  
 16 no[n] liceat immutari. <sup>9</sup> Tunc rex praecipit,  
 E & adduxerunt Daniele[m], & miserunt eu[m]  
 in lacum leonum. Dixitque rex Danieli,  
 Deus tuus quem colis semper ipse libera-  
 17 bit te. <sup>9</sup> Allatusq; est lapis vnus, & positus  
 est super os laci: que[m] obsignauit rex annu-  
 lo suo, & annulo optimatu[m] suorum, ne-  
 18 quid fieret co[n]tra Danielē. <sup>9</sup> Et abiit rex in *n.*  
 domum sua[m], & dormiuit incenatus, ci-  
 biq; non sunt allati coram eo, insuper &  
 19 somno recessit ab eo. <sup>9</sup> Tu[m] rex primo dilu-  
 culo consurgēs, festinus ad lacu[m] leonum  
 f perrexit:



perrexit: <sup>1</sup> appropinquansq; lacui, Danielē <sup>20</sup>  
 voce lachrymabili inclamauit, & affatus  
 est cū, Daniel serue Dei viuētis, Deus tuus  
 cui tu seruis semper, putāsne valuit te li- F  
 berare à leonibus? <sup>2</sup> Et Daniel regi respon- 21  
 dens ait, Rex in eternū uiue, <sup>3</sup> ¶ Deus meus 22  
 misit angelū suū, & cōclusit ora leonum,  
 & non nocuerunt mihi: quia corā eo iu-  
 stitia inuenta est in me: sed & corā te, rex,  
 delictū non feci. <sup>4</sup> Tunc vehementer rex 23  
 gauisus est super eo, & Danielē præcepit  
 educi de lacu: eductusq; est Daniel de la-  
 cu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia  
 credidit Deo suo. <sup>5</sup> Iubente autē rege ad- 24  
 ducti sunt viri illi qui accusauerunt Da-  
 nielē: & in lacū leonū missi sunt ipsi & fi-  
 lij, & vxores eorū: & nō peruenerūt vsq;  
 ad pauimētū laci, donec arriperēt eos leo-  
 nes, & omnia ossa eorū comminuerunt.  
<sup>6</sup> Tunc Darius rex scripsit vniuersis popu- 25  
 lis, tribubus, & linguis habitantib<sup>9</sup> in vni- G  
 uersa terra, P A X vobis multiplicetur. <sup>7</sup> A 26  
 me constitutū est decretū, vt in vniuerso  
 imperio & regno meo tremiscant, & pa-  
 ueant Deum Danielis. ipse est enim Deus  
 viuēs & æternus in secula: & regnū eius  
 nō dissipabitur, & potestas eius vsque in  
 æternū. <sup>8</sup> Ipse liberator atque saluator, fa- 27  
 ciens signa & mirabilia in cælo & in ter-  
 ra: qui liberauit Danielē de 'lacu' leonū.  
<sup>9</sup> ¶ Porro Daniel perseuerauit vsque ad re- 28  
 gnum Darij, regnumq; Cyri Persæ.

Memor. 1.

Sup. l. d. 21.

Assensus est



**1** Anno primo Belsasar regis Babylonis,  
**A** Daniel somniū vidit: visio autē capi-  
 tis eius in cubili suo: & somniū scribens,  
 breui sermone cōprehendit: summamq;  
**2** perstringens, ait, <sup>1</sup> Videbā in visione mea  
 nocte, & ecce quatuor venti cæli pugna-  
**3** bant in mari magno. <sup>2</sup> Et quatuor bestia  
 grandes ascendebant de mari diuersa in-  
**4** ter se. <sup>3</sup> Prima quasi leona, & alas habebat  
 aquilæ: aspiciebam donec euulsæ sunt alæ  
 eius, & sublata est de terra, & super pedes  
 quasi homo stetit, & cor hominis datum  
**5** est ei. <sup>4</sup> Et ecce bestia alia similis vrsō in  
 parte stetit: & tres ordines erant in ore  
 eius: & in dentibus eius, & sic dicebāt ei,  
**6** Surge, comede carnes plurimas. <sup>5</sup> Post hæc  
**B** aspiciebā, & ecce alia quasi pardus, & alas  
 habebat quasi auis, quatuor super se: &  
 quatuor capita erāt in bestia, & potestas  
**7** data est ei. <sup>6</sup> Post hæc aspiciebā in visione  
 noctis, & ecce bestia quarta terribilis atq;  
 mirabilis & fortis nimis: dētes ferreos ha-  
 bebat magnos, comedēs atq; cōminuens,  
 & reliqua pedibus suis conculcās: dissimi-  
 lis autem erat cæteris bestiis quas viderā  
**8** ante eā, & habebat cornua decē. <sup>7</sup> Cōsyde-  
**C** rabā cornua, & ecce cornu aliud paruulū  
 ortū est de medio eorū: & tria de corni-  
 bus primis euulsā sunt à facie eius, & ecce  
 oculi, quasi oculi hominis erant in cornu  
**9** isto, & os loquens ingētia. <sup>8</sup> Aspiciebā, do-  
 nec throni positi sunt, & antiquūs dierū  
 sedit: vestimentū eius cādīdum quasi nix,  
 & capilli capitis eius quasi lana munda:

leo. rex babi-  
lonie.

rex medozp  
saryqz

rex alexander  
macedo.

rex romano

Antichrō

allati  
rex celi et te-  
rræ.



D. greg. li. 17. mor.  
c. 7. ff. 3.

Apoc. 5. c. 11.

Apoc. 20.

donec iob. 25.

S. tho. 1. p. 9.

50. ar. 2. ff. 9.

112. ar. 8. ad

2. m.

vide. li. 2. bib.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

58. ff. pag. 134.

thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius, ignis  
accensus. <sup>9</sup>Fluuius igneus rapidusq; egre- 10  
diebatur à facie eius: <sup>10</sup>millia milliū mini  
strabant ei, & decies millia centena millia  
assistebant ei: iudicium sedit, & libri aper-  
ti sunt. <sup>9</sup>Aspiciebam propter vocé sermo- 11  
num grandium, quos cornu illud lo- D  
quebatur: & vidi quoniã interfecta esset  
bestia, & perisset corpus eius, & traditū  
esset ad cōburendū igni. <sup>9</sup>aliarū quoq; be 12  
stiarum ablata esset potestas: & tēpora vi-  
tæ constituta essent eis vsque ad tēpus &  
tēpus. <sup>9</sup>Aspiciebã ergo in visione noctis, 13  
& ecce cū nubibus cæli quasi filius homi-  
nis veniebat, & vsque ad antiquū dierum  
peruenit: & in conspectu eius obtulerunt  
eum. <sup>9</sup>Et dedit ei potestatē, & honorē, & 14  
regnū: & omnes populi, tribus, & linguæ  
ipsi seruiēt: <sup>10</sup>potestas eius, potestas æterna  
quæ nō auferetur, & regnū eius quod nō  
corrumpetur. <sup>9</sup>Horruit spiritus meus, ego 15  
Daniel territus sum in his, & visiones ca-  
pitis mei conturbauerunt me. <sup>9</sup>Accessi ad 16  
vnum de assistentibus, & veritatē quære- E  
bã ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi  
interpretationē sermonum, & docuit me,  
<sup>9</sup>Hæ quatuor bestię magnæ: quatuor 17  
sunt regna, quæ consurgēt de terra. <sup>9</sup>Susci 18  
piēt autē regnū sancti Dei altissimi: & obti-  
nebūt regnū vsq; in seculū & seculū secu- 19  
lorū. <sup>9</sup>Post hoc volui diligēter discere de  
bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab  
oibus & terribilis nimis: dētes & vngues  
eius ferrei: comedebat & cōminuebat, &  
reliqua

Luc. 2. c. 33.

Mich. 4. b. 7

Sup. 3. g. 100.

4. g. 31.

medio corporis

vsq; quo suprem  
i sancti potien  
tur regno

fig ferrei.

ferrei



20 reliqua pedibus suis conculcabat. ⁊ de  
 cornibus decē quæ habebat in capite: &  
 de alio quod ortum fuerat, ante quod ce-  
 F ciderāt tria cornua: & de cornu illo quod  
 habebat oculos, & os loquens grandia,  
 21 & maius erat cæteris. ⁊ Aspiciebam, & ec-  
 ce cornu illud faciebat bellum aduersus  
 22 sanctos, & præualebat eis: ⁊ donec venit  
 antiquus dierum, & iudicium dedit san-  
 ctis excelsis, & tempus aduenit, & regnū  
 23 obtinuerunt sancti. ⁊ Et sic ait: Bestia quar-  
 ta, regnum quartum erit in terra, quod  
 maius erit omnibus regnis, & deuorabit  
 vniuersam terrā, & conculcabit, & com-  
 24 minuet eā. ⁊ Porro cornua decē ipsius reg-  
 ni, decē reges erunt: & alius cōsurgit post  
 eos, & ipse potērior erit prioribus, & tres  
 25 reges humiliabit. ⁊ Et sermones contra ex-  
 G cellsum loquetur, & sanctos Altissimi con-  
 teret: & putabit quod possit mutare tem-  
 pora & leges, & tradentur in manu eius  
 vsque ad tempus & tempora & dimidiū  
 26 tēporis. ⁊ Et iudiciū sedebit, vt auferatur  
 potentia, & conteratur, & dispereat vsque  
 27 in finem. ⁊ Regnum autem, & potestas, &  
 magnitudo regni quæ est subter omne  
 cælum, detur populo sanctorū altissimi:  
 cuius regnum, regnū sempiternū est, &  
 28 omnes reges seruient ei & obediēt. ⁊ Huc-  
 usque finis verbi. Ego Daniel multum co-  
 gitationibus meis conturbabar, & facies  
 mea mutata est in me, verbum autem in  
 corde meo conseruaui.

altissimi. Et. 7.

turbabit.

anichtg.

tres annis  
dimidio. 1.

c. 12.

potestas

Isa. 9. a. 7.  
Sup. d. 14.



Anno tertio regni Balsasar regis, visio  
 apparuit mihi. Ego Daniel, post id  
 quod videram in principio, & vidi in visio-  
 ne mea, cum essem in Susan castro quod  
 est in Ælam regione: vidi autem in visio-  
 ne esse me super portam Vlai. & Eleuavi o-  
 culos meos, & vidi: & ecce aries vnus  
 stabat ante paludem, habens cornua excel-  
 sa, & vnum excelsius altero atque succrescens.  
 Postea vidi arietem cornibus ventilantem con-  
 tra Occidentem, & contra Aquilonem, & con-  
 tra Meridiem: & oes bestie non poterant re-  
 sistere ei, neque liberari de manu eius: fe-  
 citque secundum voluntatem suam, & mag-  
 nificatus est. Et ego intelligebam: ecce autem  
 hircus caprarum veniebat ab Occidente  
 super faciem totius terre, & non tangebatur  
 terram: porro hircus habebat cornu insi-  
 gne inter oculos suos. Et venit usque ad a-  
 rietem illum cornutum, quem videram  
 stantem ante portam, & cucurrit ad eum in  
 impetu fortitudinis sue. Cumque appro-  
 pinquasset prope arietem, efferat est in eum  
 & percussit arietem: & cominuit duo cor-  
 nua eius, & non poterat aries resistere ei:  
 cumque eum misisset in terram, conculcavit,  
 & nemo quibat liberare arietem de ma-  
 nu eius. Hircus autem caprarum magnus fa-  
 ctus est nimis: cumque creuisset, fractum  
 est cornu magnum, & orta sunt quatuor  
 cornua subter illud per quatuor ventos  
 celi. De vno autem ex eis egressum est cor-  
 nu vnum modicum: & factum est grande con-  
 tra Meridiem, & contra Orientem, & contra  
 quatuor in sig regnum.

1 <sup>de civitate vel</sup>  
 regin que. <sup>quoniam</sup>

val flumen  
 iuxta flumen

2 <sup>contra O-</sup>  
 Darius et  
 cyrus.

3 <sup>ad uentem</sup>  
 alexander.

4 visibile

5 fluvium.

6 eleuatus.

7 <sup>psalmi</sup>  
 et  
 medorum  
 regna.

8 ad terram desin-  
 rabile

9 alexandro  
 quatuor in sig regnum.

10 <sup>in</sup>  
 alexandro  
 quatuor in sig regnum.

11 <sup>in</sup>  
 alexandro  
 quatuor in sig regnum.



10 fortitudinē. Et magnificatū est vsque ad  
 fortitudinem cali: & deiecit de fortitudi  
 11 ne & de stellis, & conculcauit eas. Et vs-  
 que ad principē fortitudinis magnificatū  
 est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & de-  
 12 iecit locum sanctificationis eius. Robur  
 D autē datū est\* contra iuge sacrificiū prop-  
 ter peccata: & prosternetur veritas in ter-  
 13 ra, & faciet, & prosperabitur. Et audiui  
 vnū de sanctis loquentē, & dixit vnus san-  
 ctus alteri nescio cui loquēti, Vsquequo  
 visio, & iuge sacrificiū, & peccatū desola-  
 tionis quę facta est: & sanctuariū, & forti-  
 14 tudo cōculcabitur? Et dixit ei: Vsque ad  
 vesperā & mane, \* duo millia trecenti: &  
 15 mundabitur sanctuariū. Factum est au-  
 tem cū viderem ego Daniel visionem,  
 & quærerem intelligentiam: ecce stetit in  
 16 conspectu meo quasi species viri. Et au-  
 diui vocē viri inter Vlai: & clamauit, &  
 ait: || Gabriel fac intelligere istam<sup>4</sup> visio-  
 17 nem. Et venit, & stetit iuxtā vbi ego sta-  
 E bam: cūque venisset, pauens corruī in  
 faciem meam, & ait ad me: Intellige fili  
 hominis, quoniam in tempore finis com-  
 18 plebitur visio. Cūque loqueretur ad  
 me, collapsus sum pronus in terrā: & teti-  
 19 git me, & statuit me in gradu meo, Et di-  
 xitque mihi: Ego ostendā tibi quę futura  
 sunt in nouissimo maledictionis: quoniā  
 20 habet tempus finem suū. Aries quē vidi-  
 sti habere cornua, rex Medorum est atq;  
 21 Persarum. Porro hircus caprarum: rex  
 F Græcorum est. & cornu grande quod  
 f 4 erat

Exercitū

Exercitu

Exercitus

creuit

\* d. tempus

p<sup>o</sup>reunatio stu-  
penda.

ad me

\* die

4  
istum

Inf. 9. f. 28.

in ultimo tēpore

loco



erat inter oculos eius, ipse est rex primus.

Quòd autè fracto illo surrexerunt qua-

*tam potens q̄ ipse* tuor pro eo: quatuor reges de gente eius  
 confurgent, sed nō in fortitudine eius. Et

*vel fortis Antix  
 ignimata* post regnum eorū cū creuerint iniqui-  
 tates, cōsurget rex impudens facie, & in-

*ex viribus suis p  
 pijs* telligēs propositiones. & roborabitur for-  
 titudo eius, sed non in viribus suis: & su-

*vel cū pax sperabit  
 fortitudine* pra quam credi potest, vniuersa vastabit,  
 & prosperabitur, & faciet. Et interficiet

*y* robustos, & populum sanctorum se-  
 cundū voluntatem suā, & dirigetur do-

*contitus sum* lus in manu eius: & cor suum magnifica-  
 bit, & in copia rerū omniū occidet pluri-

*D. p. reg. li. 4. mor  
 c. 29.* mos: & contra principem principū con-  
 surget, & sine manu conteretur. Et visio

vespere & mane, quæ dicta est, vera est: tu G  
 ergo visionem signa, quia post multos

dies erit. Et ego Daniel languui, & agro-  
 tau per dies: cumque surrexissem, facie-

bam opera regis, & stupebam ad visionē,  
 & non erat qui interpretaretur.

C A P. I X.  
 I N anno primo Darij filij Assueri de se-

*Sup. 6. a. 1.  
 c. 29. c.* mine Medorū, qui imperauit super re-  
 gnum Chaldæorū: Anno vno regni e-

*Iere. 25. c. 11.  
 29. 52.  
 bar. 6.* ius, ego Daniel intellexi in libris numerū  
 annorū de quo factus est sermo Dñi ad

*c. dixerat de pñ  
 itelia. d. 1.  
 =. 4.* Ieremiā prophetā, vt cōplerentur desola-  
 tionis Ierusalē septuaginta anni. Et posui

*oro.* faciē meā ad Dñm Deū meū rogare &  
 deprecari in ieiuniis, sacco & cinere. Et  
 oravi Dñm Deū meū, & cōfessus sum, &  
 dixi: Obsecro Dñe Deus magne & ter-  
 ribilis,



ribilis, custodiēs pactū & misericordiam  
 diligentibus te, & custodientibus māda-  
 3 ta tua. ¶ Peccauimus, iniquitatē fecimus,  
 4 impiē egimus, & recessimus: & declinaui-  
 5 mus à mandatis tuis ac iudiciis. ¶ Non o-  
 6 bediuimus seruis tuis prophetis qui lo-  
 7 cuti sunt in nomine tuo regibus nostris,  
 principibus nostris, patribus nostris, om-  
 8 niq; populo terræ. ¶ Tibi Dñe iustitia: no-  
 9 bis autē cōfusio faciei, sicut est hodie viro  
 Iuda, & habitatoribus Ierusalē & omni  
 10 Israēl, his qui prope sunt, & his qui pro-  
 11 cul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos  
 propter iniquitates eorū, in quibus pecca-  
 12 uerunt in te. ¶ Dñe, nobis confusio faciei,  
 regibus nostris, principibus nostris, & pa-  
 13 tribus nostris qui peccauerunt. ¶ Tibi au-  
 14 tē Domino Deo nostro misericordia &  
 propitiatio, quia recessimus à te, ¶ & non  
 15 audiuius vocē Dñi Dei nostri vtambu-  
 16 larem in lege eius, quam posuit nobis  
 17 per seruos suos prophetas. ¶ Et omnis Is-  
 18 raēl præuaricati sunt legē tuā, & declina-  
 19 uerunt ne audirent vocē tuā: & stillauit  
 20 super nos maledictio & detestatio ¶ quæ  
 21 scripta est in libro Moyſi serui Dei, quia  
 22 peccauimus ei. ¶ Et statuit sermones suos  
 quos locutus est super nos & super prin-  
 23 cipes nostros qui iudicauerunt nos, vt su-  
 perinduceret in nos magnū malū quale  
 nunquam fuit sub omni cælo, secundū  
 quod factum est in Ierusalem. ¶ Sicut scri-  
 ptum est in lege Moyſi, omne malū hoc  
 venit super nos: & non rogauimus faciē  
 f s tuam

Baru. 1. d. 37

iusiurandū quod  
scriptū

Deut. 27. 26

14.  
impleuit







F ratione, ecce vir ¶ Gabriel quem videram  
 in visione à principio, citò volans tetigit  
 22 me in tēpore sacrificij vespertini. ¶ Et do-  
 cuit me, & locutus est mihi, dixitq;: Da-  
 niel, nūc egressus sum vt docerē te, & in-  
 23 telligeres. ¶ Ab exordio precū tuarū egres-  
 sus est sermo: Ego autē veni vt indicarem  
 tibi, quia vir desyderiorum es: tu autem  
 animaduerte sermonē, & intellige visio-  
 24 nem. ¶ Septuaginta hebdomades abbre-  
uiatæ sunt super populū tuum & super  
 urbē sanctam tuā, vt consummetur pra-  
 uaricatio, & finem accipiat peccatum,  
 & deleatur iniquitas, & adducatur iusti-  
 tia sempiterna, & impleatur visio & ¶ pro-  
 phetia: ¶ & yngatur Sanctus sanctorum.  
 25 ¶ Scito ergo & animaduerte: ab exitu ser-  
 G monis vt iterū ædificetur Ierusalem, vsq;  
 ad Christū ducem, hebdomades septem  
 & hebdomades sexaginta duæ erunt: &  
 rursum ædificabitur platēa, & muri in an-  
 26 gustia temporum. ¶ Et post hebdomades  
 sexagintaduas occidetur Christus: & non  
 erit eius populus qui eum negaturus est.  
 Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit po-  
 27 pulus cum duce<sup>7</sup> venturo: & finis eius va-  
 stitas, & post finem belli statuta desola-  
 tio. ¶ Confirmauit autem pactum multis  
 hebdomada vna: & in dimidio hebdo-  
 28 madis deficiet hostia & sacrificium: ¶ &  
 erit in templo abominatio<sup>5</sup> desolationis:  
 & vsque ad consummationem & finem  
 perseuerabit desolatio.

Anno 76. q̄ faciunt  
 Mos. 4. 90. leu. 25.

CAP. X.

Anno

Sup. d. d. 15.  
 Symachy. desi-  
 derabilis. q̄z oī  
 s̄p̄p̄. nīq̄ pul-  
 chritudine n̄  
 matur. ad n̄o  
 hieron. hic.

definitq; determi-  
 nate

Ma. 24. 6. 19  
 Ioan. 1. 9. 45

ierusalē. mat  
 27.

¶ prophetas 6  
 Exe. 37. f. 24

Si subaudi ierusa-  
 lē verus sacer-  
 os est

**iesus.**

ducis vāturi val  
 p̄ncps veniens

pp̄ extensas abo-  
 minationes q̄  
 mirabitur hom

Ma. 24. 6. 29



<sup>1</sup>  
*tempus loqui est*

*et animadvertit quod  
 sibi vellet ea visio*

*pedes fig.*

*vis*

**A**Nno tertio\* Cyri regis Persarū, verbū  
 A reuelatū est Danieli cognomēto Bal-  
 tassar, & verbum verū, & fortitudo ma-  
 gna: intellexitq; sermonē, intelligentia e-  
nim est op<sup>o</sup> in visione. ¶ In dieb<sup>9</sup> illis ego  
 Daniel lugebā trium hebdomadarū die-  
 bus, panē desyderabilē nō comedi, & ca-  
 ro & vinū nō introierūt in os meum, sed  
 neque vnguento vnctus sum: donec cō-  
 plerentur trium hebdomadarū dies. ¶ Die  
 autē vicesima & quarta mēsis primi eram  
 iuxta fluuiū magnū, qui est Tigris. ¶ Et le-  
 uavi oculos meos, & vidi: & ecce vir v-  
 nus vestitus lineis, & renes eius accincti  
 auro obrizo: ¶ & corpus eius quasi chryso-  
 lithus, & facies eius velut species fulgu-  
 ris, & oculi eius vt lāpas ardēs: & brachia  
 eius, & quæ deorsum sunt vsq; ad pedes,  
 quasi species aris candentis: & vox sermo-  
 nū eius vt vox multitudinis. ¶ Vidi autem  
 ego Daniel solus visionem: porrò viri qui  
 B erant mecum non viderunt, sed terror  
 nimius irruit super eos, & fugerunt in ab-  
 sconditū. ¶ Ego autem relictus solus vidi  
 8 visionem grandē hanc: & non remāsit in  
 me fortitudo, sed & species mea immuta-  
 ta est in me, & emarcui, nec habui quic-  
 quā viriū. ¶ Et audiui vocē sermonū eius:  
 & audiens iacebā cōsternatus super faciē  
 meā, & vultus meus hærebat terræ. ¶ Et  
 10 ecce manus tetigit me, & erexit me super  
 genua mea, & super articulos manuum  
 mearū. ¶ Et dixit ad me: Daniel vir desyde-  
 11 riorū intellige verba quæ ego loquor ad  
 te,



te, & sta in gradu tuo: nūc enim sum mis-  
 sus ad te. Cumq; dixisset mihi sermonē  
 12 istum, steri tremens. Et ait ad me: Noli  
 C metuere Daniel: quia ex die primo quo  
 posuisti cor tuū ad intelligendū, vt te af-  
 fligeres in cōspectu Dei tui, exaudita sunt  
 verba tua: & ego veni propter sermones  
 13 tuos. Princeps autē regni Persarū restitit  
 mihi viginti & vno dieb; & ecce Michaēl  
 vn⁹ de principib; primis venit in adiuto-  
 riū meū, & ego remāsi ibi iuxta regē Persa-  
 14 rū. Veni autē vt docerē te quę vētura sunt  
 populo tuo in nouissimis diebus, quoniā  
 15 adhuc visio in dies. Cumq; loqueretur  
 mihi huiuscemodi verbis, deieci vultum  
 16 meū ad terrā, & tacui. Et ecce quasi simi-  
 litudo filij hominis tetigit labia mea, &  
 aperies os meū locutus sum, & dixi ad eū  
 qui stabat cōtra me: Dñe mi, in visione  
 tua dissolutæ sunt cōpages meæ, & nihil  
 17 in me remāsit viriū. Et quomodo poterit  
 D seruus Dñi mei loqui cū Dño meo? nihil  
 in me remāsit viriū, sed & halitus meus  
 18 intercluditur. Rursum ergo tetigit me  
 19 quasi visio hominis & cōfortauit me, &  
 dixit: Noli timere vir desyderiorū, pax ti-  
 bi confortare, & esto robustus. Cumque  
 loqueretur mecū, conualui, & dixi: Lo-  
 20 quere Dñe mi, quia confortasti me. Et  
 ait: Nunquid scis quare venerim ad te? &  
 nunc reuertar, vt præliar aduersum prin-  
 cipem Persarum, cū ergo egrederer, ap-  
 21 paruit princeps Græcorum veniens. Ve-  
 runtamen annuntiabo tibi quod expres-  
 sum

D. greg. 4. li. mor  
 c. 31. Et. 17. c. 7.

1  
 cōuersi sūt dolor  
 & mei in me.

illius  
 illo.

x  
 nō remāsit in  
 me.

enim



qui mecum manent

sum est in scriptura veritatis: & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

EGO autem ab anno primo Darij Medij stabam ut confortaretur & roboraretur. A? Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce ad huc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimis super omnes: & cum inuauerit diuitiis suis, concitabit omnes aduersum regnum Græciæ. Surget verò rex fortis, & dominabitur potestate multa: & faciet quod placuerit ei. Et cum steterit, cõte-

alexander. fig  
Successores. i.  
mac. 1. / 5. 9.

rex egypti pto  
lomeg phi la  
delphg.  
berenice.

ut faciat similitudi  
nes  
Antiochum.

et genitor

sup basim fig  
munitionem

principes

ipse 4  
6it  
annos sta

ptolomeg euergetes fig.

retur regnum eius, & diuidetur in quatuor vetos celi: sed non in posteros eius, neque secundum potentiam illius qua dominatus est. la cerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his. Et confortabitur rex Austri, & de principibus eius praeualebit super eum, & dominabitur ditissime. multa enim dominatio eius. Et post finem annorum federabuntur: filiaque regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachij, nec stabit semine eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam, adulescentes eius & qui confortabant eam in temporibus. Et stabit de germine radicum eius platio: & veniet cum exercitu, & B ingredietur provinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit. Insuper & deos eorum & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti & auri, captiua ducet in Aegyptum: ipse praeualebit aduersus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Austri, & reuertetur



10 uertetur ad terrā suā. <sup>1</sup> Filij autē eius pro-  
 uocabuntur, & congregabūt multitudi-  
 nē exercituum plurimorū: & ueniet pro-  
 perans & inundans: & reuertetur & con-  
 11 citabitur, & cōgredietur cū robore ei⁹. <sup>2</sup> Et  
prouocatus rex Austri egredietur, & pu-  
 gnabit aduersus regē Aquilonis, & prepa-  
 rabit multitudinē nimīā, & dabitur mul-  
 12 titudo in manus eius. <sup>3</sup> Et capiet multitu-  
 dinem, & exaltabitur cor eius, & deiiciet  
 13 multa millia: sed non praeualebit. <sup>4</sup> Con-  
 uertetur enim rex Aquilonis, & prepara-  
 bit multitudinem multo maiorē quā  
 prius: & in fine temporum annorumque  
 ueniet properans cum exercitu magno &  
 14 opibus nimis. <sup>5</sup> Et in tēporibus illis mul-  
 ti consurgent aduersus regem Austri: fi-  
 lij quoque praeuaricatorū populi tui ex-  
 tollentur ut impleant uisionem, & cor-  
 15 ruent. <sup>6</sup> Et ueniet rex Aquilonis, & cōpor-  
 tabit aggerem, & capiet vrbes munitissi-  
 mas: & brachia Austri non sustinebunt,  
 & consurgent electi eius ad resistendum,  
 16 & non erit fortitudo. <sup>7</sup> Et faciet ueniens  
 super eum iuxta placitum suum, & non  
 erit qui stet contra faciem eius: & stabit  
 in terra inclita, & consumetur in manu  
 17 eius. <sup>8</sup> Et ponet faciem suam ut ueniat ad  
 tenendum uniuersum regnum eius, & re-  
 cta faciet cum eo: & filiam fœminarum  
 dabit ei, ut euertat illud: & non stabit,  
 18 nec illius erit. <sup>9</sup> Et conuertet faciem suam  
 ad insulas, & capiet multas: & cessare fa-  
 ciet principem opprobrij sui, & oppro-  
 brium

Antiochi. Scitz.

ptolomeg phi  
lopotor.

vsq ad munitionem

Antiochus ma  
gnus.

iudei p̄fidi.

Antiochus.

Isa. 19. c. 16.

I. Ma. 1. b. 22.

desiderabili

quidā p̄ncps des-  
truet eū ut exhi-  
beat ei cōtumeli-  
ā sup cōtumeliā

cleopatrā.



CAP. XI.  
**Seleucus phila-  
pator.**

*exigens gliaz regni  
blanditijs*

**Antiochus Epiph-  
anes. 1. m. a. 1.**

*inuidatione inu-  
dabatur.*

*firmissima. vel  
munitiones.*

P R O P H.

brium eius conuertetur in eum. <sup>19</sup> Et con-  
uertet facie suam ad imperiū terræ suæ; D  
& impinget, & corruet, & non inuenie-  
tur. <sup>20</sup> Et stabit in loco eius vilissimus, & in-  
dignus decore regio: & in paucis diebus  
conteretur, non in furore nec in pralio.  
<sup>21</sup> Et stabit in loco eius despectus, & non  
tribuetur ei honor regius: & veniet clam  
& obtinebit regnum in fraudulētia. <sup>22</sup> Et  
brachia pugnantis expugnabuntur a facie  
eius, & conterentur: insuper & dux fœde-  
ris. <sup>23</sup> Et post amicitias, cum eo faciet do-  
lum: & ascendet, & superabit in modico  
populo. <sup>24</sup> Et abundantes & huberes vrbes  
ingredietur: & faciet quæ non fecerunt  
patres eius, & patres patrum eius rapinas  
& prædam & diuitias eorum dissipabit,  
& contra firmissimas cogitationes inibit:  
& hoc vsque ad tempus. <sup>25</sup> Et concitabitur  
fortitudo eius & cor eius aduersum regē  
Austri in exercitu magno: & rex Austri  
prouocabitur ad bellum multis auxiliis  
& fortibus nimis: & non stabunt, quia  
inibunt aduersus eum consilia. <sup>26</sup> Et come-  
dentes panem cum eo, conterent illum, E  
exercitusq; eius opprimetur: & cadēt in-  
terfecti plurimi. <sup>27</sup> Duorum quoque regū  
cor erit vt malefaciant, & ad mensam v-  
nam mendacium loquentur, & non pro-  
ficient: quia adhuc finis in aliud tempus.  
<sup>28</sup> Et reuertetur in terrā suam cum opibus  
multis: & cor eius aduersum testamentū  
sanctum, & faciet, & reuertetur in terrā  
suam. <sup>29</sup> Statuto tempore reuertetur, & ve-  
niet



niet ad Austrū : & non erit priori simile naues cithium.  
 30 nouissimum. <sup>Et</sup> venient super eum <sup>triae</sup> <sup>grecoꝝ.</sup>  
 res, & Romani, & percutietur, & reuerte  
 tur, & indignabitur contra testamentum  
 sanctuarij, & faciet: reuerteturq; , & cogi  
 31 tabit aduersum eos qui dereliquerunt te  
 stamentum sanctuarij. <sup>Et</sup> brachia ex eo  
 stabunt, & polluent sanctuariū fortitudi  
 nis, & auferent iuge sacrificium: & dabūt  
 32 abominationem in desolationem. <sup>Et</sup> im  
 pij in testamentum simulabunt fraudu  
 lenter: populus autem sciens Deum suū,  
 33 obtinebit & faciet. <sup>Et</sup> docti in populo  
 docebunt plurimos: & ruent in gladio &  
 in Hamina & in captiuitate & in rapina  
 34 dieꝝ. <sup>Cumq;</sup> corruerint, subleuabuntur  
 auxilio <sup>m</sup> paruulo: & applicabuntur eis plu  
 35 rimi fraudulēter. <sup>Et</sup> de eruditis ruent, vt  
 conflentur: & eligantur & dealbentur  
 vsq; ad tempus <sup>p</sup> ræfinitum: quia adhuc  
 36 aliud tempus erit. <sup>Et</sup> faciet iuxta volun  
 tatem suam rex, & eleuabitur & mag  
 nificabitur aduersus omnem Deum: &  
 aduersus Deum deorū loquetur magnifi  
 ca, & dirigetur, donec cōpleatur iracūdia.  
 37 perpetrata quippē est definitio. <sup>Et</sup> Deum  
 patrum suorum non reputabit: & erit in  
 concupiscentiis scēminatū, nec quenquā  
 deorum curabit: quia aduersum vniuersa  
 38 consurget. <sup>Deū</sup> autem Maozim in loco  
 suo venerabitur: & Deū quem ignorave  
 runt patres eius colet auro, & argento, &  
 39 lapide pretioso, rebusq; pretiosis. <sup>Et</sup> fa  
 G ciet vt muniat Maozim cum Deo alieno  
 quem

fedis fragis adu  
 labitur verbis  
 blandis.

2  
 diebus multis  
 m  
 mathatig et  
 filioꝝ fig. 1.  
 mac. 2. 7.

mudentur

Antichꝝ.

q̄ decisio facta  
 est.

nā iudei quo  
 x filig anti chr  
 istꝝ deū celi,  
 nō iouē colu  
 erūt.

2. mac. 6. 8.  
 1. mac. 2. 7.



2. 4511

1  
 y ratio vel visi tri  
 buto

de syderabilez

princeps

x  
 palatij sui

mōtē oliuaz  
 in quo spū otis  
 chri occidetur

r. nichirg. isa. 11. / z. hes. CAP. XII.  
 z hier. hic.

v  
 angustie

iosue. s. 5. 10

2  
 ad cōteptū sepis  
 ternū.

Ms. 25. d. 46

Resurrec  
 tio.

quē cognouit, & multiplicabit gloriā, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito. Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eū rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus & in equitibus & in classe magna: & ingreditur terras, & conteret & pertransiet. Et introibit in terram gloriosam, & multi corruent: hæc autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon. Et mittet manum suam in terras: & terra-Ægypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti: per Libyam quoque, & Æthiopiam transibit. Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum A- padno inter maria, super montem incli- rum & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

IN tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gētes esse cœperūt vsq; ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobrium vt videant semper. Qui au-

tem



Sap. 3. b. 7.  
Mat. 13. f. 48

tem docti fuerint, <sup>¶</sup>fulgebunt quasi splendor firmamēti: & qui ad iustitiā erudiūt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. <sup>¶</sup>Tu autē Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. <sup>¶</sup>Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. <sup>¶</sup>Et dixi' viro qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis, vsquequo finis horum mirabilium? <sup>¶</sup>Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, <sup>¶</sup>cū cleuasset dexteram & sinistram suam in cælum, & iurasset per viuentem in æternū, quia in tempus ad tempora, & dimidiū temporis. Et cū completa fuerit dispersio manū populi sancti, cōplebuntur vniuersa hæc. <sup>¶</sup>Et ego audiui, & nō intellexi. <sup>¶</sup>Et dixi, Dñe mi, quid erit post hæc? <sup>¶</sup>Et ait: Vade Daniel: quia clausi sunt, signati que sermones vsq; ad præfinitum tempus. <sup>¶</sup>Eligētur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impiè agent impij, neq; intelligēt omnes impij, porro docti intelligent. <sup>¶</sup>Et à tempore cū ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem; dies mille, ducenti nonaginta. <sup>¶</sup>Beatus qui expectat & peruenit vsq; ad dies mille trecentos triginta quinque. <sup>¶</sup>Tu autem vade ad præfinitum: & requiesces, & stabis in sorte tua in finem dierum.

<sup>1</sup> multiplicabit

<sup>¶</sup> dixit

Apoc. 10. b. 3

<sup>7</sup> tres añicū di  
midio. 5. 4.  
Et. 7. Apoc  
11. 12. 17

dixit

purificabūt

<sup>x</sup> vsq; quo finia  
tur.

Non. hic. beato qui interfecto a Hucusque tichro dies. 5  
meru præfinitu. 45. prestolatur. quib; est saluato  
sua maiestate vebur. Quare autē post interfe  
one atix. 45 dieru silētū sit. diuine sciētię  
nisi forte dicam. dilatio regni 5 dō 3. pñictię  
improbatio est.



Hucusque Daniele in Hebræo  
volumine legimus.

Quæ sequuntur vsque ad finem Libri, de Theodo-  
tionis æditione translata sunt.

## CAP. XIII.

**E**T erat vir habitās in Babylone, & no-  
men eius Ioacim: & accepit vxorē no-  
mine Susannam filiā Helciæ, pulchram  
nimis, & timentem Deum. parentes e-  
nim illius cū essent iusti, etudierunt fi-  
liam suā secundū Legē Moyfi. Erat au-  
tem Ioacim diues valde, & erat ei poma-  
rium vicinū domui suæ: & ad ipsum cō-  
fluebant Iudæi, eo quōd esset honorabi-  
lior omnium. Et constituti sunt duo se-  
nes iudices in illo anno, de quibus loquu-  
tus est Dñs, Quia egressa est iniquitas de  
Babylone à senioribus iudicibus qui vide-  
bantur regere populum. Isti frequenta-  
bant domū Ioacim, & veniebant ad eos  
omnes qui habebant iudicia. Cū autē  
populus reuertisset per meridiem, ingre-  
diebatur Susanna, & deambulabat in po-  
mario viti sui. Et videbant eā senes quo-  
tidie ingredientem & deambulantem: &  
exarserunt in concupiscentiam eius: &  
enerterunt sensum suū, & declinauerunt  
oculos suos vt non viderent cælum, ne-  
que recordarētur iudiciorum iustorum.  
Erant ergo ambo vulnerati amore eius,  
nec indicauerunt sibi vicissim dolorē su-  
um: erubescabant enim indicare sibi cō-  
cupiscentiam suam, volentes concūbere  
cum ea. & obseruabant quotidie sollici-  
tiūs videre eam. Dixitq; alter ad alterū,  
Eamus

iere. 29.

2. reg. 11.



13 ¶ Eamus domū , quia hora prandij est. Et  
 14 egressi recesserunt à se. ¶ Cumq; reuertif-  
 sent, venerunt in vnum: & sciscitantes ab-  
 inuicē causam confessi sunt concupiscen-  
 tiam suā: & tunc in communi statuerunt  
 tempus, quando eam possent inuenire so-  
 15 lam. ¶ Factū est autem, cū obseruarent  
 diem aptū, ingressa est aliquando sicut he-  
 ri & nudiuertis, cū duab⁹ solis puellis,  
 voluitq; lauari in pomario. estus quippe  
 16 erat. & nō erat ibi quisquā pręter duos se-  
 17 nes absconditos & contēplantes eā. ¶ Dixit  
 ergo puellis, Afferte mihi oleum & smi-  
 gmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer:  
 18 ¶ Et fecerūt sicut pręceperat: clausēruntq;  
 ostia pomarij, & egressæ sunt per posticū  
 vt afferrent quæ iusserat. nesciebantq; se-  
 19 nes intus esse absconditos. ¶ Cū autē e-  
 gressæ essent puellæ, surrexerunt duo se-  
 C nes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt,  
 20 ¶ Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo  
 nos videt, & nos in concupiscētia tui su-  
 mus: quam ob rem assentire nobis, & cō-  
 21 miscere nobiscū. ¶ quod si nolueris, dice-  
 mus contra te testimonium, quod fuerit  
 tecum iuuenis, & ob hanc causam emise-  
 22 ris puellas à te. ¶ Ingemuit Susanna, &  
 ait: Angustia sunt mihi vndiq;. si enim  
 hoc egero, mors mihi est: si autem non  
 23 egero, non effugiam manus vestras. ¶ Sed  
 melius est mihi absque opere incidere in  
 manus vestras, quàm peccare in conspe-  
 24 ctu Dñi. ¶ Et exclamauit voce magna Su-  
 fanna: exclamauerunt autē & senes aduer-

1. par. 21.

hoiūq.



Seruū.

sus eam. <sup>15</sup> Et cucurrit vnus ad ostia poma-  
 rij, & aperuit. <sup>16</sup> Cū ergo audissent clamo-  
 rem famuli domus in pomario, irruerūt  
 per posticum, vt viderent quidnam esset.  
<sup>17</sup> Postquam autem senes locuti sunt, eru-  
 buerunt serui vehemēter: quia nunquam  
 dictus fuerat sermo huiuscemodi de Su-  
 fanna. Et facta est dies crastina. <sup>18</sup> Cumque  
 venisset populus ad Ioacim virū eius, ve-  
 nerunt & duo presbyteri pleni iniqua co-  
 gitatione aduersus Susannam, vt interfi-  
 cerent eā. <sup>19</sup> Et dixerunt corā populo, Mit-  
 tite ad Susannam filiam Helciae vxorem  
 Ioacim. Et statim miserunt. <sup>20</sup> Et venit cū  
 parentibus, & filiis, & vniuersis cognatis  
 suis. <sup>21</sup> Porro Susanna erat delicata nimis,  
 & pulchra specie. <sup>22</sup> At iniqui illi iusserunt  
 vt discooperiretur (erat enim cooperta)  
 vt vel sic fatiarentur decōre eius. <sup>23</sup> Flebāt  
 igitur sui, & omnes qui nouerant eam.  
<sup>24</sup> Cōsurgentes autē duo presbyteri in me-  
 dio populi, posuerunt mānus suas super  
 caput eius. <sup>25</sup> Quæ flens suspexit ad cælū,  
 erat enim cor eius fiduciā habēs in Dño.  
<sup>26</sup> Et dixerunt presbyteri: Cū deambula-  
 remus in pomario soli, ingressa est hæc  
 cum duabus puellis, & clausit ostia poma-  
 rij: & dimisit à se puellas. <sup>27</sup> Venitq; ad eā  
 adolescens qui erat absconditus, & con-  
 cubuit cum ea. <sup>28</sup> Porro nos cū essemus  
 in angulo pomarij, videntes iniquitatem,  
 cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter  
 commiseri. <sup>29</sup> Et illum quidē non quiui-  
 mus comprehendere, quia fortior nobis  
 erat

Leu. 24.

12. 13.

12. 13.



40 erat, & apertis ostiis exiliuit: hanc autem *apertis ostiis.*  
 cum apprehendissemus, interrogauimus  
 quis nã esset adolescens, & noluit indica-  
 41 re nobis. huius rei testes sumus. Credidit  
 eis multitudo quasi senibus & iudici-  
 bus populi, & condẽnauerunt eã ad mor-  
 42 tem. Exclamauit autem voce magna Su-  
 fanna, & dixit: Deus æterne, qui abscondi-  
 torum es cognitor, qui nosti omnia ante-  
 43 quã hiant, tu scis quoniã falsum testimo-  
 niũ tulerunt cõtra me: & ecce morior, cũ  
 nihil horũ fecerim quæ isti malitiosè cõ-  
 44 posuerunt aduersum me. Exaudiuit autẽ  
 45 Dominus vocem eius. Cumque duce-  
 retur ad mortẽ, suscitauit Dñs spiritũ san-  
 ctũ pueri iunioris, cuius nomen Daniel:  
 46 Et exclamauit voce magna: Mundus ego  
 47 sum à sanguine huius. Et conuersus om-  
 nis populus ad eũ dixit: Quis est iste ser-  
 48 mo quẽ tu locutus es? Qui cũm staret in  
 medio eorũ, ait: Sic fatui filij Israël, non  
 iudicantes, neq; quod verũ est cognoscen-  
 49 tes, condemnastis filiã Israël? Reuertimini  
 ad iudiciũ, quia falsum testimoniũ lo-  
 50 cuti sunt aduersus eam. Reuersus est er-  
 go populus cũ festinatione, & dixerunt ei  
 fenes, Veni, & sede in medio nostrũ, & in-  
 dica nobis: quia tibi Deus dedit honorẽ se- *Job. 42.*  
 51 nectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate  
 illos ab inuicẽ procul, & diiudicabo eos.  
 52 Cũ ergo diuisi essent alter ab altero, vo-  
 cavit vnum de eis, & dixit ad eum: inue-  
 terate dierũ malorũ, nunc venerunt pec-  
 53 cata tua quæ operabaris prius: iudicans  
 iudicia



17. iudicia iniusta, innocentes opprimens, &  
 Exo. 23. d. 7. dimittens noxios, & dicente Dño, Innocen-  
 tem & iustū non interficies. ¶ Nunc ergo 54  
 si vidisti eam, dic sub qua arbore videris  
 eos colloquentes sibi. Qui ait: sub iehino.  
 ¶ Dixit autem Daniel, Recte mentitus es 55  
 in caput tuū: Ecce enim angelus Dei acce-  
 pta sententia ab eo, scindet te mediū. ¶ Et 56  
 amoto eo iussit venire aliū, & dixit ei:  
 Semen Chanáan, & non Iuda, species  
 decepit te, & concupiscentia subuertit cor  
 tuū: ¶ sic faciebatis filiabus Israel, & illæ 57  
 timentes loquebantur vobis: sed non filia  
 Iuda sustinuit iniquitatem vestrā. ¶ Nunc 58  
 ergo dic mihi sub qua arbore cōprehen-  
 deris eos loquentes sibi. Qui ait: Sub pri-  
 no. ¶ Dixit autem ei Daniel: Recte menti- 59  
 tus es & tu in caput tuum: manet enim  
 angelus Domini gladium habēs, vt secet  
 te medium, & interficiat vos. ¶ Exclama- 60  
 uit itaque omnis cœtus voce magna, &  
 benedixerunt Deum qui saluat sperantes  
 in se. ¶ Et consurrexerunt aduersus duos 61  
 presbyteros (conuicerat enim eos Daniel  
 ex ore suo falsum dixisse testimonium) fe-  
 ceruntque eis sicut malè egerant aduer-  
 sus proximum, ¶ vt facerent sicut secundum le- 62  
 gem Moyfi: & interfecerunt eos, & salua-  
 tus est sanguis innoxius in die illa. ¶ Hel- 63  
 cias autem & vxor eius laudauerunt Deū  
 pro filia sua Susanna cum Ioachim marito  
 eius, & cognatis omnibus: quia non esset  
 inuenta in ea res turpis. ¶ Daniel autem 64  
 factus est magnus in conspectu populi à  
 die

alterum.

vobiscū cōsuesce-  
bant.Deut. 19. d. 19.  
proximum.



65 die illa, & deinceps. <sup>1</sup> Et rex Astyages appo-  
 positus est ad patres suos, & suscepit Cy-  
 rus Perses regnum eius.

## CAP. XIII.

**E**Rat autem Daniel conuiua regis, &  
 A honoratus super omnes amicos eius.

<sup>2</sup> Erat quoq; idolum apud Babylonios no-  
 mine Bel: & impendebatur in eo per dies  
 singulos, similia artabæ duodecim, &  
 oues quadraginta, viniq; amphoræ sex.

<sup>3</sup> Rex quoq; colebat eum, & ibat per singu-  
 los dies adorare eum: porro Daniel ado-  
 rabat Deum suum. Dixitq; ei rex, Qua-

<sup>4</sup> re non adoras Bel? <sup>1</sup> Qui respondes, ait ei:  
 Quia non colo idola manufacta, sed vi-  
 uentem Deum qui creauit cælum & ter-  
 ram, & habet potestatem omnis carnis.

<sup>5</sup> Et dixit rex ad eum: Non videtur tibi esse  
 Bel viuens Deus? An non vides quanta co-  
 medat & bibat quotidie? <sup>1</sup> Et ait Daniel

**B** arridens, Ne erres rex, iste est enim intrin-  
 secus luteus & forinsecus areus, neq; co-  
 medit aliquando. <sup>1</sup> Et iratus rex vocauit

sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis  
 mihi, quis est qui comedat impensas has,  
 moriemini. <sup>1</sup> Si autem ostēderitis quoniã

Bel comedat hæc, morietur Daniel quia  
 blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi,  
<sup>9</sup> Fiat iuxta verbum tuum. <sup>1</sup> Erant autē sa-  
 cerdotes Bel septuaginta, exceptis vxori-

<sup>10</sup> bus & paruulis & filiis. Et venit rex cum  
 Daniele in templum Belis. <sup>1</sup> Et dixerunt  
 sacerdotes Belis, Ecce nos egredimur fo-

ras: & tu rex pone escas, & vinum miscé,  
 &

*egrediemur.*

*qu. 9.*



& claude ostium, & signa annulo tuo: <sup>17</sup> &  
 cum ingressus fueris manè, nisi inueneris C  
 omnia comesta à Bel, morte moriemur,  
 vel Daniel qui mentitus est aduersum  
 nos. <sup>18</sup> Contemnebant autem, quia fece-  
 rant sub mensa absconditum introitum,  
 & per illum ingrediebatur semper, & de-  
 uorabant ea. <sup>19</sup> Factum est igitur postquã  
 egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante  
 Bel, præcepit Daniel pueris suis, & attule-  
 runt cinerem, & cribrauit per totum tẽ-  
 plum coram rege: & egressi clauerunt o-  
 stium: & signantes annulo regis, abierunt.  
<sup>20</sup> Sacerdotes autem ingressi sunt nocte, iu-  
 xta consuetudinem suam, & vxores & fi-  
 lij eorum: & comederunt omnia & bibe-  
 runt. <sup>21</sup> Surrexit autem rex primo dilucu-  
 lo, & Daniel cum eo. <sup>22</sup> Et ait rex: Saluãne  
 sunt signacula Daniel? Qui respondit: Sal-  
 ua, rex. <sup>23</sup> Statimque cum aperuisset ostiũ,  
 intuitus rex mēsam, exclamauit voce ma-  
 gna: Magnus es Bel, & nõ est apud te do-  
 lus quisquam. <sup>24</sup> Et risit Daniel: & tenuit  
 regem, ne ingrederetur intrò: & dixit, Ec-  
 ce pauimentum, animaduerte cuius ve-  
 stigia sint hæc. <sup>25</sup> Et dixit rex, Video vesti-  
 gia virorum & mulierum, & infantium.  
 Et iratus est rex. <sup>26</sup> Tunc apprehendit sacer-  
 dotes: & vxores, & filios eorum: & osten-  
 derunt ei abscondita ostiola per quã in-  
 grediebantur, & consumeabant quę erant  
 super mensam. <sup>27</sup> Occidit ergo illos rex, &  
 tradidit Bel in potestatem Danielis: qui  
 subuertit eum, & templum eius. <sup>28</sup> Et erat  
 draco

criados. 1. reg.  
 25. / genes.  
 24. / Esth. 1.

2. reg.



draco magnus in loco illo , & colebant  
 23 eum Babylonij. Et dixit rex Danieli, Ec-  
 ce nunc non potes dicere quia iste nō sit  
 24 Deus viuens: adora ergo eum. Dixitque  
 E Daniel , Dominum Deum meum adoro:  
 25 quia ipse est Deus viuēs: Tu autem rex  
 da mihi potestatem, & interficiam draco-  
 nem absq; gladio & fuste. Et ait rex, Do-  
 26 tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipē,  
 & pilos, & coxit pariter: fecitque massas,  
 & dedit in os draconis , & diruptus est  
 draco . Et dixit \* : Ecce quem colebatis.  
 27 Quod cum audissent Babylonij, indig-  
 nati sunt vehementer : & congregati ad-  
 uersum regem, dixerunt, Iudæus factus  
 est rex: Bel destruxit , draconē interfecit,  
 28 & sacerdotes occidit. Et dixerunt cum  
 venissent ad regē , Trade nobis Danielē,  
 alioquin interficiemus te & domum tu-  
 29 am. Vidit ergo rex quod irruerent in eū  
 F vehementer: & necessitate compulsus tra-  
 30 didit eis Danielelem. Qui miserunt eum  
 in lacum leonum, & erat ibi diebus sex.  
 31 Porro in lacu erant leones septem, & da-  
 bantur eis duo corpora quotidie, & duæ  
 32 oues: & tunc non data sunt eis, vt deu-  
 rant Danielē . Erat autem Haba-  
 cuc propheta in Iudæa , & ipse coxerat  
 pulmētum , & intriuerat panes in alueo-  
 33 lo: & ibat in campum, vt ferret messori-  
 bus . Dixitq; angelus Domini ad Haba-  
 34 cuc, Fer prandiū quod habes, in Babylo-  
 nem Danieli, qui est in lacu leonū. Et di-  
 xit Habacuc, Domine, Babylonem nō vi-  
 di,

*\*iste autem  
 nō est Deus  
 viuens.*

*\*Daniel*

*hoiuz obcri  
 mina. mort  
 i adiudicat  
 orū. hiero.  
 dionisig car  
 thusiang. h  
 ugo cardin  
 alig hic.*



di, & lacum nescio. <sup>¶</sup> Et apprehedit eum 35  
 angelus Dñi in vertice ei⁹, & portauit eū  
 capillo capitis sui, posuitque eum in Ba-  
 bylonem super lacum in impetu spiritus  
 sui. <sup>¶</sup> Et clamauit Habacuc, dicēs: Daniel⁹, 36  
 tolle prandium quod misit tibi Deus. <sup>¶</sup> Et 37  
 ait Daniel, Recordatus es enim mei De⁹, G  
 & non dereliquisti 'diligentes' te. <sup>¶</sup> Sur- 38  
 gensque Daniel comedit. Porro angelus  
 Domini restituit Habacuc confestim in  
 loco suo. <sup>¶</sup> Venit ergo rex die septimo, vt 39  
 lugeret Danielelem: & venit ad lacum, &  
 introspexit, & ecce Daniel sedens⁹. <sup>¶</sup> Et 40  
 exclamauit voce magna rex, dicens: Ma-  
 gnus es Domine Deus Danielis, Et extra-  
 xit eū. <sup>¶</sup> Porro illos qui perditionis eius 41  
 causa fuerant, intromisit in lacum, & de-  
 uorati sunt in momento coram eo.

Exe. 8. 4. 3.  
 11. 4. Et  
 actu. 8.

\* serue Dei.

c. syphtera. 27. 9.  
 S.

Quaerentes 1

\* in medio  
 leonum

\* de lacu  
 leonum  
 5. 6.

## HIERONYMI IN XII. PRO- PHETAS PRAEFATIO *tom. 3.*

**U**NON idem ordo est duodecim prophetarum  
 apud Hebræos, qui est apud nos. Vnde secundum id  
 quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. Osee cō-  
 maticus est, & quasi per sententias loquens. Ioël pla-  
 nus in principijs: in fine obscurior. Et vsque ad Ma-  
 lachiam, habent singuli proprietates suas, quem Es-  
 dram scribam, legisque doctorem Hebræi autu-  
 mant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere:  
 hoc tantum vos o Paula & Eustochium admonitas  
 volo, vnum librum esse duodecim prophetarum: Et  
 Osee synchronum Isaia: Malachiam verò Aggai &  
 Zachariae fuisse temporibus. In quibus autem tem-  
 pus non praefertur in titulo: sub illis eos regibus pro-  
 phetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titu-  
 los prophetauerunt.

ALIVS



## ALIVS PROLOGVS.

**T**REGVLAE sunt hæc sub quibus significatio-  
 nibus nominum, ad quas tribus per prophetas sermo  
 Domini dirigatur. Quotiescunque ad decem tribus  
 renditur prophetia, sub his nominibus designantur,  
 id est, Ephraim, Samaria, Israel, Ioseph, Iezrahel,  
 Beth-el, Beth-auë, & interdum Iacob. Quando autè  
 ad duas loquitur tribus, sub his nominibus sermo  
 profertur: id est, Iuda, Ierusalem, Ben-iamin, Domus  
 David: & interdum Iacob. Aliquoties Israel ad to-  
 tas duodecim tribus refertur. Duplex est apud He-  
 bræos sententia de his quatuor veribus, qui in ca-  
 pite sunt prænotati. Plerique enim dicunt quòd ab  
 Esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titula-  
 tum: vt præscripto vniuscuiusque nomine prophetia  
 cuius sit sequens, noscatur. Ipse est autem Esdras qui  
 vltimus Prophetarum Malachtæ nomine scribitur.  
 Alij verò dicunt quòd ab ipsis prophetis, per spiritum  
 sanctum, vt cætera, sunt conscripta.

## PRÆFATIO IN OSEE

## PROPHETAM. Tom. 6.

**T**EMPORIBVS Ozie, & Ioatham, Achaz,  
 & Ezechie regum Iuda, & Ieroboam filij Ioas regis  
 Israel: Osee filius Beer, ad prophetiam dicendam, spi-  
 ritu sancto repletus est. De memorato itaque nume-  
 ro regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Israel Do-  
 minum derelinquentes, vt historie Regum & Paral-  
 ipoménon indicant: etiam Israel idololatriæ crimen  
 imperio ac potestate sua admittere coegerunt. Pro-  
 pter quod Deus ad Osee hæc loquutus est, dicens:  
 Accipe tibi vxorem fornicariam siue fornicationum:  
 & fac tibi filios fornicationis. Fornicariam itaque,  
 non elocati corporis meretricem, sed gentilem Deum  
 ignorantem appellat: quæ Dei creatoris sui amore  
 cõtempo, simulachrorum se subiecit desyderijs. Sed  
 cum Dei præcepto propheta in hac re paruisset, con-  
 ceptum ex ea filium Iezrahel præcepit nominare: Deo  
 pollicente, post breue tempus sanguinem Iezrahel in  
 domo Iehu vindicare, cuius promissionis hæc causa  
 est: Iehu per Eliseum in regem inuasto ad defenden-  
 dum



dum sanguinem Naboth ciuis Iezrahel (quæ tunc tēporis metropolis erat) quem Iezabel Achab regis Israël vxor interemerat, sicut Regum historia exponit is cum grauitè iuxta diuinum præceptum vindicandi sanguinis causa, in omnem memorati domum deſcuiſſet, hoc peccato Dominū dereliquiſſe inuenitur, cuius pronepote Ieroboam (qui lectione comprehenſus eſt) originis ſuæ facta imitante, ac contra Dei præcepta & religionem cum populo Israël agente: ſanguis Naboth, qui in loco certè Iezrahel fuerat profuſus, in domo Iehu patris memorati Ieroboam pro peccato redundaturus ſignificatur. Hinc factum eſt vt ira Dei in populo Israël per denuntiationem prophetæ, proceſſura diceretur. Domui autem Iudæ miſericordia lectione comprehenſa, ob hoc promiſſa eſt, quia Ezechias rex Iuda filius Achaz ſublatis idolis quæ tam pater eius quàm cæteri reges conſecrauerant, templum Dei purgaſſe & purificaſſe monſtratur.

## LIBER OSEE PROPHETÆ.

vel hac ſ<sup>a</sup>ma vice locutus eſt dñs ad  
domini.

## CAP. I.



nō elocati corporis  
meretricæ. ſed qñ  
ſe appellat. hie 10.

v. 6.

4. reg. 10.

VERBVM Domini quod  
factū eſt ad Oſee filium  
Beerī in diebus Ozīæ,  
Ioathā, Achaz, Ezechīæ  
regū Iuda, & in diebus  
Ieroboam filij Ioas regis  
Iſrahel. Principium loquēdi Dñō in Oſee:  
& dixit Dñs ad Oſee, Vade, ſume tibi vxo  
rē fornicationum, & fac' filios fornicatio  
nū: quia fornicās fornicabitur terra à Do  
mino. Et abiit, & accepit Gomer filiā De  
belaim: & cōcepit, & peperit ei filiū. Et  
dixit Dñs ad eū, Voca nomē ei⁹ Iezrahel:  
quoniā adhuc modicum, & viſitabo ſan  
guinē Iezrahel ſuper domū Iehu, & qui  
eſcere faciam regnum domus Iſrahel. Et  
in



in illa die conterā arcū Israël in valle Iezrahel. <sup>6</sup> Et concepit adhuc, & peperit filiā. Et dixit ei, Voca nomen eius Absque-misericordia: quia nō addā vltra misereri domui Israël, sed obliuione obliuiscat eorum. <sup>7</sup> Et domui Iuda miserebor & saluabo eos in Dño Deo suo: & nō saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus. <sup>8</sup> Et ablauctauit eā quę erat Absque-misericordia. Et cōcepit, & peperit filium. <sup>9</sup> Et dixit: Voca nomen eius, Non populus-meus, quia vos non populus meus, & ego non ero vester. <sup>10</sup> Et erit numerus filiorum Israël quasi arena maris quę sine mensura est, & nō numerabitur. ¶ Et erit: in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis. <sup>11</sup> Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israël pariter: & ponent sibi met caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrahel.

## CAP. II.

**A** D ICI te fratribus vestris, Populus meus: & sorori vestrę, Misericordiam consecuta. <sup>1</sup> Iudicāte matrem vestram, iudicāte: quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio huberum suorum: <sup>2</sup> Ne fortè expoliēcam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suę: & ponam eam quasi solitudinē, & statuam eā velut terram inuiam, & interficiam eā siti. <sup>3</sup> Et filiorū illius nō miserebor: quoniā filij fornicationum

**iesus.**

\* Deus

Rom. 9. f. 26

**iesus. ioā.**

10. / etc. 37.

34. / zacharia

14.

corripite.

corripite.



1. adimō tibi facultate peccandi. c. va  
sa ire. 27. 9. 4.  
Ezech. 20.

tionū sunt, quia fornicata est mater eorū, cōfusa est quæ cōcepit eos. quia dixit: Vadā post amatores meos qui dāt panes mihi & aquas meas, lanam meā & linum meum, oleū meum & potū meū. Propter hoc ecce ego sepia viam tuā spinis, & sepia eam maceria, & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicet: Vadā, & reuertar ad vitū meum priorē: quia bene mihi erat tunc magis quān nunc. Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleū, & argentum multiplicauī ei, & aurum quæ fecerunt Baal. Idcirco conuertar, & sumā frumentum meū in tēpore suo, & vinū meū in tēpore suo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominia eius. Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius: & vir nō eruet eam de manu mea: & cessare faciā omne gaudiū eius, solennitatē eius, neomeniā eius, sabbathū eius, & omnia festa tempora eius. Et cor rumpā vineā eius, & ficū eius de quibus dixit, Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei. & ponā eam in saltum, & comedet eam bestia agri. Et visitabo super eā dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur in aure sua, & molili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscabatur, dicit Dominus. Propter hoc, ecce ego lactabo eam, et ducam eam in solitudinem: & loquar

ad

2. par. 12

c  
auferam.

quisquā

iere. 44



35 ad cor eius. <sup>9</sup> Et dabo ei vinitores eius ex  
 eodem loco, & Vallem-Achor ad aperi-  
endam spem: & canet ibi iuxta dies iuue-  
 16 tutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de  
 terra-Ægypti. <sup>9</sup> Et erit in die illa, ait Do-  
 17 minus: vocabit me Vir-meus, & non vo-  
 cabit me ultrà Baálim. <sup>9</sup> Et auferam nomi-  
 18 na Baálim de ore eius, & non recordabi-  
 tur ultrà nominis eorum. <sup>9</sup> Et percutiam  
 D cum eis fœdus in die illa cum bestia agri,  
 & cum volucre cæli, & cum reptili terræ,  
 & arcum & gladiū, & bellum conteram  
 de terra: & dormire eos faciã fiducialiter.  
 19 <sup>9</sup> Et sponsabo te mihi in sempiternum: &  
 sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, &  
 20 in misericordia & in miserationibus. <sup>9</sup> Et  
 sponsabo te mihi in fide: & scies quia  
 21 ego Dominus. <sup>9</sup> Et erit in die illa, exau-  
 diam, dicit Dominus, exaudiam cælos,  
 22 & illi exaudient terram. <sup>9</sup> Et terra exau-  
 diet triticum, & vinum, & oleum: & hæc  
 23 exaudient Iezrahel. <sup>9</sup> Et seminabo eã mihi  
 in terrã, & miserebor eius quæ fuit Absq;  
 24 misericordia. <sup>9</sup> Et dicã non populo meo,  
 Populus meus es tu: & ipse dicet: Deus  
 meus es tu.

## CAP. III.

1 **E**T dixit Dominus ad me, Adhuc va-  
 A **E**de, <sup>\*</sup> dilige mulierẽ dilectam amico &  
 adulteram sicut diligit Dominus filios Is-  
 raël, & ipsi respiciunt ad deos alienos, &  
 2 diligunt vinacia vuarũ. <sup>9</sup> Et fodi eam mihi  
 quindecim argenteis, & coro hordei, &  
 3 dimidio coro hordei. <sup>9</sup> Et dixi ad eam,  
 B Dies multos expectabis me: non fornica-  
beris.

.i. blande isai. 40. ut  
 2. par. 32.

iosue. 7. / isai. 63.  
 ubi vide adamũ

isai. 11. a. d. 10.

.f. hac itaq; 35. 9.

Rom. 9. f. 29. **IESU**

2. Pet. 1. b. 20

c. penul. et ult.

2. Reg. 9. 1.

respiciunt.

dolia. i. lagenas  
 plenas vini.

copulauit.

expecta me, ne  
 forniceris, et no-  
 sis viri alterig



Et si ego ad te.

vide. in die. 7.  
Et d. hier. tom. 7.  
ngino. 70.  
paral. 19.

Exp. 34. r. 23  
**iesus. eze**  
**34. 37.**

destruxerat.  
succidetur

uno cu bastijs a  
si. et volueribus  
egli. et pisces ma  
ris morientur  
nemo alterum.

cote aut cu sacer  
dote.

sicut corruit. qd  
nocte. et succidetur

succisus est.

c. oes. 38. d. 10.  
nulli. 2. 9. 1.

1. sacrificia qd  
populus offert p  
patis comedit  
et no curat eo  
uersione popu  
li.

beris, & non eris viro: sed & ego expecta-  
bo te. <sup>1</sup> quia dies multos sedebunt filij Is-  
raël sine rege, & sine principe, & sine sa-  
cificio, & sine altari, & sine ephod, & si-  
ne theraphim, <sup>2</sup> & post hæc reuertetur filij  
Israël, & querent Dñm Deum suum, & Da-  
uid Regem suum: & pauebunt ad Dñm, &  
ad bonum eius nouissimo dierum.

## CAP. IIII.

**A**udite verbum Dñi filij Israël, quia in  
Adicium Domino cum habitatoribus  
terre: non est enim veritas, & non est mi-  
sericordia, & nõ est scientia Dei in terra.  
<sup>1</sup> Maledictum & mendacium & homici-  
dium & furtum & adulterium inun-  
dauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.  
<sup>2</sup> Propter hoc lugebit terra, & infirmabi-  
tur omnis qui habitat in ea, in bestia agri,  
& in volucre cæli: sed & pisces maris con-  
gregabuntur. <sup>3</sup> Veruntamen vnusquisque  
non iudicet: & nõ arguatur vir: populus  
enim tuus sicut hi qui contradicunt sa-  
cerdoti. <sup>4</sup> Et corrues hodie, & corruet etiã  
propheta tecum: nocte tacere feci matrẽ  
tuã. <sup>5</sup> Conticuit populus meus, eo quod  
non habuerit scientiam: quia tu scientiã  
repulisti, repellam te, ne sacerdotio fun-  
garis mihi: & oblita es legis Dei tui, obli-  
uiscar filiorum tuorum & ego. <sup>6</sup> Secundũ  
multitudinẽ eorum sic peccauerunt mi-  
hi: gloriã eorum in ignominiã commu-  
tabo. <sup>7</sup> Peccata populi mei comedent, &  
ad iniquitatem eorum subleuabunt ani-  
mas eorum. <sup>8</sup> Et erit sicut populus, sic sa-  
cerdos:



- cerdos: & visitabo super eū vias eius, &  
 10 cogitationes eius reddā ei. ¶ Et comedent  
 & non saturabuntur: fornicati sunt, &  
 C non cessauerunt: quoniā Dñm derelique-  
 11 runt in nō custodiēdo. ¶ Fornicatio & vi-  
 12 nū, & ebrietas auferūt cor. ¶ Populus me<sup>9</sup>  
 in ligno suo interrogauit, & baculus eius  
 annūtiavit ei: spiritus enim fornicationū  
 decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo.  
 13 ¶ Super capita montiū sacrificabant, & su-  
 per colles accendebant thymiama: subtus  
 quercum & populū & terebinthū, quia  
 bona erat vmbra eius: ideo fornicabuntur  
 filiæ vestræ & spōsæ vestre adulterę erūt.  
 14 ¶ Nō visitabo super filias vestras cū fuerit  
 D fornicatæ, & super spōsas vestras cū adul-  
 terauerint: quoniā ipsi cum meretricibus  
 conuersabātur, & cū effœminatis sacrifica-  
 bant, & populus nō intelligēs vapulabit.  
 15 ¶ Si fornicaris tu Israēl, nō delinquat saltē  
 Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne  
 ascenderitis in Beth-auen, neq; iuraueri-  
 16 tis, Viuit Dñs. ¶ Quoniā sicut vacca lasciu-  
 uens declinauit Israēl: nunc pascet eos  
 17 Dñs, quasi agnū in latitudine. ¶ Particeps  
 18 idolorū Ephraim, dimitte eū. ¶ Separatum  
 est conuiuū eorū, fornicatione fornicati  
 sunt: dilexerūt afferre ignominia prote-  
 19 ctores eius. ¶ Ligauit eum spiritus in alis  
 suis, & confundentur à sacrificiis suis.

## CAP. V.

1 A Vdite hoc sacerdotes, & attendite do-  
 2 A mus Israēl, & domus regis: ausculta-  
 te: quia vobis iudiciū est, quoniā laqueus

h a

facti

Len. 26. d. 28

Mich. 6. c. 14

Aggei. 1. b. 60

fructificauerunt.

omiserunt respectu habere ad dñm

grāde ira de di

os. isa. 1. rom.

1. ps. 80. etc

16.

corrupt.

rebellis

fctuit vinū

afferte subnudi dicte ignomi-  
nia est plectori-  
bus sig



ipsi in syha.  
 declinatē ipsi au-  
 xerūt numerū sa-  
 crificatiū i dolis.  
 //  
 corzeitor.

separauit se.

jubilata.  
 certitudine  
 tūq; transferetes.

vim  
 4  
 preceptū subaudi  
 iacobonm.

ipsi.  
 2  
 plagam suam.  
 iareb.

Sanctē

facti estis speculationi, & rete expansum  
 super Thabor. <sup>1</sup> Et victimas declinastis in  
profundum: & ego erūditor omnium eo-  
 rum. <sup>2</sup> Ego scio Ephraim, & Israel non est  
 abscōditus à me quia nūc fornicatus est  
 Ephraim, contaminatus est Israel. <sup>3</sup> Non  
 dabunt cogitationes suas vt reuertantur  
 ad Deū suum: quia spiritus fornicationū  
 in medio eorum, & Dominum non cog-  
 nouerunt. <sup>4</sup> Et respondebit arrogancia Is-  
 raël in facie eius: & Israel & Ephraim ru-  
 ent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cū  
 eis. <sup>5</sup> In gregibus suis & in armentis suis  
 vadent ad quarendū Dominum, & non  
 inuenient: ablatus est ab eis. <sup>6</sup> In Dominū  
 prauaricati sunt, quia filios alienos ge-  
 nuerunt: nunc deuorabit eos mensis cum  
 partibus suis. <sup>7</sup> Clāgite buccina in Gabaa,  
 tuba in Rama: vlulate in Beth-auen, post  
 tergum tuū Ben-iamin. <sup>8</sup> Ephraim in de-  
 solatione erit in die correptionis in tribu-  
 bus Israel ostendi fidē. <sup>9</sup> Facti sunt princi-  
 pes Iuda quasi assumētes terminū: super  
 eos effundā quasi aquā irā meā. <sup>10</sup> Calum-  
niā patiens est Ephraim, fractus iudicio:  
 qm̄ cœpit abire post sordes. <sup>11</sup> Et ego quasi  
 tinea Ephraim: & quasi putredo domui  
 Iuda. <sup>12</sup> Et vidit Ephraim languorē suum,  
 & Iudas vinculū suum: & abiit Ephraim  
 ad Assur, & misit ad regem Ultorem: &  
 ipse non poterit sanare vos, nec soluere  
 poterit à vobis vinculū. <sup>13</sup> Quoniam ego  
 quasi leæna Ephraim, & quasi catulus  
 leonis domui Iuda, ego ego capiā & va-  
dam:



15 dā: tollam, & non est qui eruat. ¶ Vādēns  
reuertar ad locum meum: donec deficiatis,  
& quæratis faciem meam.

## CAP. VI.

1 **I**N tribulatione sua manē confurgēt ad  
A me, Venite, & reuertamur ad Dñm:

2 ¶ quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet,

3 & curabit nos. ¶ Viuificabit nos post

duos dies: in die tertia suscitabit nos, &

B viuemus in conspectu eius. Sciemus, se-

quemurq; , vt cognoscamus Dñm: quasi

diluculū pręparatus est egressus eius, &

veniet quasi imber nobis tēporaneus &

4 serotinus terre. ¶ Quid faciā tibi Ephraim,

quid faciā tibi Iuda? misericordia vestra

quasi nubes matutina, & quasi ros manē

5 pertransiens. ¶ Propter hoc dolui in pro-

C phetis, & occidi eos in verbis oris mei: & iu-

6 dicia tua quasi lux egrediētur. ¶ Quia mi-

sericordiam volui, & non sacrificiū: || &

7 scientiam Dei plus quā holocausta. ¶ Ip-

si autē sicut Adā transgressi sunt pactū, ibi

8 pręuaricati sunt in me. ¶ Galaad ciuitas

9 operantiū idōlū, supplātata sanguine. ¶ Et

D quasi fauces virorum latronū, particeps

sacerdotū, in via interficientiū pergentes

10 de Sichē: quia scelus operati sunt. ¶ In do-

mo Israël vidi horrendum: ibi fornicatio-

11 nes Ephraim: cōtaminatus est Israël. ¶ Sed

& Iuda pone messem tibi, cū conuer-

tereto captiuitatem populi mei.

## CAP. VII.

1 **C**Um sanare vellem Israël, reuelata est  
A iniquitas Ephraim & malitia Sama-

1  
rapuit.

1. Cor. 15. 28

3. 4. 4. **IESUS.**

locutus sū sepe  
p. prophetas.

c. pōderet. 30. d.

4  
fōdata.

\* 6

1 Re. 15. e. 22

Mat. 9. b. 13

12. a. 7.

Eccl. 4. d. 17

4  
Sicut lioner q.  
Expedat aliquē  
sic cōteonfio sa  
cedōtū in via  
interficiēbāt cō  
sensu vno:

5  
posuit plātariū  
tibi subaudi.  
a bral. cū vellē  
te ducere.



nō cogitauerūt  
opn sua.

a vigilando ab eo  
tempore quo mis-  
cuit massā donec  
fermentaretur.  
Egrotare.

Diei.  
ad illusores.

calesfactū est cor  
eorū ab insidijs.

istor eoz

castigabo eos quē  
admodum nu-  
diuit.

s. filijs de pnia  
dist. 4

rię quia operati sunt mendaciū: & fur in-  
gressus est spolians, latrunculus foris. Et  
ne fortē dicāt in cordibus suis omnē ma-  
litiam eorū me recordatū: nunc circun-  
dederunt eos adinventiones suæ, corā fa-  
cie mea factæ sunt. In malitia sua letifica-  
uerūt regē: & in mēdacijs suis principes.  
Omnes adulterantes, quasi clibanus suc-  
census à coquēte: quieuit paululū ciuitas  
à cōmitione fermēti, donec fermentare-  
tur totū. Dies regis nostri, cœperūt prin-  
cipes furere à vino: extendit manū suam  
cū illusoribus. Quia applicauerūt quasi  
clibanū cor suū, cū insidiaretur eis: tota  
nocte dormiuit coquēs eos, manē ipse suc-  
census quasi ignis flāmæ. Omnes calefa-  
cti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt  
iudices suos: omnes reges eorū ceciderūt:  
nō est qui clamet in eis ad me. Ephraim  
in populis ipse commiscebatur: Ephraim  
factus est subcineritius panis, qui non re-  
uerfatur. Comederūt alieni robur eius, &  
ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo,  
& ipse ignorauit. Et humiliabitur super-  
bia Israël in facie eius: nec reuersi sunt ad  
Dñm Deū suū, & non quæsierunt eum in  
omnibus his. Et fact⁹ est Ephraim quasi  
columba seducta, non habēs cor: Ægyptū  
inuocabant, ad Assyrios abierūt. Et cū  
profecti fuerint, expandam super eos rete  
meū: quasi volucrem cæli detraham eos,  
cædam eos secundum auditionem cœtus  
eorū. Væ eis, quoniam recesserunt à me:  
vastabuntur, quia preuaticati sunt in me:  
&



& ego redemi eos, & ipsi locuti sunt con-  
 14 tra me mendacia. Et non clamauerunt ad  
 15 me in corde suo, sed ululabant in cubili-  
 bus suis: super triticum & vinum rumi-  
 16 nabant, recesserunt à me. Et ego erudiui  
 eos, & confortavi brachia eorum: & in  
 me cogitauerunt malitiã. Reuersi sunt, vt  
 essent absque iugo: facti sunt quasi arcus  
 dolosus: cadent in gladio principes eorũ,  
 à furore linguæ suæ. Ista subsannatio eo-  
 rum in terra Aegypti.

## CAP. VIII.

1 **I**N gutture tuo sit tuba quasi aquila su-  
 A per domũ Dñi: pro eo quòd transgressi  
 sunt fœdus meũ, & legẽ meã prauaricati  
 2 sunt. Me inuocabũt Deus meus, cogno-  
 3 uimus te Israël. Projecit Israël bonũ, ini-  
 4 micus persequetur eum. Ipsi regnauerunt,  
 & non ex me: principes extiterunt, & non  
 cognoui: argentum suũ, & aurum suum  
 5 fecerunt sibi idõla, vt interiret: proiectus  
 B est vitulus tuus Samaria, iratus est furor  
 meus in eos. vsquequò nõ poterunt emun-  
 6 dari? Quia ex Israël & ipse est: artifex fe-  
 cit illũ, & non est Deus: quoniam in ara-  
 7 nearum telas erit vitulus Samariæ. Quia  
 ventũ seminabunt, & turbinem metent:  
 culmus stans non est in eo, germen non  
 faciet farinã: quod & si fecerit, alieni co-  
 medent eã. Deuoratus est Israël: nũc fa-  
 ctus est in nationibus quasi vas immun-  
 8 dum. Quia ipsi ascenderunt ad Assur,ona-  
 C ger solitarius sibi: Ephraim munerã de-  
 9 derunt amatoribus: Sed & cum mercede  
 10 condu-

collagerunt se.

no ad excelsum  
IESUS. ioh. 11.1. pp lingua for  
minatrice.1. Annũtia hoste  
imminere ad mreges constituerunt  
constitueruntinuocao  
bant 5.  
c. nudat. 8. q. 1in mœcã subno  
si custodite.

singula

in quo nihil expe  
tendavt  
conduxit sibi am  
atores.

h 4

condu-



dolebunt

per omnes

scripsi ei honorabilia legis mee, sicut aliena reputata sunt ab eo.

oblationum mearum

c. scribam de presumpti.

contra indignos sacrificantes. iere. ii. / i. cor. xi. /

plus quam.

1. destituentur vino.

2. g. i. c. sigs

inguit.

datus est. et est sesus. Sues gula et sues

quidam volu ptati. hiero.

hic.

hic.

conduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quiescet paulisper ab onere regis & principum. Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: facta sunt ei aræ in delictum, Scribam ei multiplices leges meas quæ velut alienæ computatæ sunt. Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum, ipsi in Ægyptum conuertentur. Et oblitus est Israël factoris sui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

## CAP. IX.

Noli lætari Israël, noli exultare sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici, Area & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra Domini: reuersus est Ephraim in Ægyptum, & in Assyriis pollutum comedit. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei sacrificia eorum quasi panis lugentium omnes qui comedent eum, contaminabuntur: quia panis eorum animarum ipsorum, non intrabit in domum Domini. Quid facietis in die solenni, in die festiuitatis Domini? Ecce enim profecti sunt à vastitate: Ægyptus congregabit eos, Memphis sepelet eos: desiderabile argentum eorum vertica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies visitationis, venerunt

dies



dies retributionis: scitote Israël stultum  
 prophetā, insanum virum spiritualē pro-  
 pter multitudinē iniquitatis tuæ & mul-  
 titudo amētiæ. Speculator Ephraim cum  
 Deo meo: propheta laqueus ruinae factus  
 est super omnes vias eius, insania in do-  
 mo Dei eius. Profundè peccauerunt, sicut  
 in diebus Gabaa: recordabitur ini-  
 quitatis eorum, & visitabit peccata eo-  
 rū. Quasi vvas in deserto inueni Israël:  
 C quasi prima poma ficulneæ in cacumine  
 eius vidi patres eorū: ipsi autem intraue-  
 runt ad Beel-phegor, & abalienati sunt  
 in confusionē, & facti sunt abominabiles  
 sicut ea quæ dilexerūt. Ephraim quasi auis  
 auolauit, gloria eorū à partu & ab utero,  
 & à cōceptu. Quòd & si enutrierint filios  
 suos, absque liberis eos faciā in homini-  
 bus: sed & vā eis, cum recessero ab eis. E-  
 D phraim (vt vidi) Tyrus erat fundata in pul-  
 chritudine: & Ephraim educet ad interfe-  
 ctorē filios suos. Da eis Dñe. Quid dabis  
 eis? Da eis vuluā sine liberis, & hubera a-  
 rentia. Omnes nequitia eorū in Galgal,  
 quia ibi exosos habui eos: propter malitiā  
 adinventionū eorū de domo mea eiiciam  
 eos: non addā vt diligam eos, omnes prin-  
 cipes eorum recedentes. Percussus est E-  
 phraim, radix eorū exiccata est, fructū ne-  
 quaquā facient: Quòd & si genuerint, in-  
 terficiam amantissima vteri eorum. Abi-  
 ciet eos Deus meus, quia non audierunt  
 eum: & erunt vagi in nationibus.

*Spiritus. i. v. etofu**multitudi-**nem. c**speculatore ipse  
ephrain subau-  
di posuit.**Iudi. 19. f. 28**1. Reg. 8.**4. Reg. 9.**4.  
pphetā h. loquus  
ad quem impi-  
ngerat.**odium.**7  
vros.**2  
vt nō p veniat  
ad virileq sta-  
tem.**4  
vt vidit.**1. regū. 3. ibi  
petierat regē**70. cap. mea ex eis. CAP. X.**hebraica. incarnatio h  
mea ex eis. lyra. in libro de differētis  
in hoc loco. et in postilla. et hiero. hic.*



1 vncun. lu. 12.  
vel metietur.

1 *mare. 11*  
Vitis frondosa Israël, fructus adæquatus 1  
est ei: secundum multitudinē fructus A

locuti sunt ver  
ba iurando m  
dacier, feriedo  
fedus:

sui multiplicauit altaria, iuxta hubertatē  
terre suæ exuberauit simulachris. 2 Diui-

7 cicutā  
timebūt sibi.  
Sacerdotes.

3 tum est cor eorū, nūc interibunt: ipse con-  
fringet simulachra eorū, depopulabitur

v  
ob.

4 aras eorū. 3 Quia nūc dicēt, Nō est rex no-  
bis: non enim timemus Dominū: & rex

2 in 26.

5 quid faciet nobis? 4 Loquimini verba visio-  
nis inutilis, & ferietis fœdus: & germina-

5 pp consiliū suū  
succidit.

6 bitatores Samariæ: quia luxit super eum B  
populus eius, & æditui eius super eū exul-

4 auen.  
10 peccasti.

7 tauerunt in gloria eius, quia migravit ab  
eo. 5 Siquidē & ipse in Assur delatus est, 6

Isai. 2. d. 19.

Apo. 6. b. 16.

9. b. 6.

Luc. 23. d. 30

Indi. 10. b. 6.

19. f. 23.

8 Transire fecit Samaria regem suum 7  
quasi spumam super faciem aquæ. 8 Et di-

9 sperdentur excelsa idōli peccatum Israël:  
Iappa & tribulus ascendet super aras eo-

10 rum: 9 & dicent montibus, Operite nos: &  
collibus, Cadite super nos. 10 Ex diebus Ga

11 baa peccauit Israël, ibi steterunt: non com  
prehēdet eos in Gabaa ptælium super fi-

12 lios iniquitatis. 11 Iuxta desyderium meum 10  
corripiam eos: congregabuntur super eos

12 populi, cūm corripientur propter duas  
iniquitates suas. 12 Ephraim vitula docta 11

11 vel tū quoq; ge  
cebāt: Et nōn  
pōtarāt vince  
re prelio auda  
ces filias in ga  
baa.

Iere. 4. d. 3.

Vin veritate

12 iustitiā 14.

12 equitate faciam.

glebas.

&



S<sup>1</sup>ignificam.

donec veniat

c. 1. de x<sup>o</sup> signif.

IESUS.

vastavit salma  
nassar ipsa sa  
maritan.

Indic. 8. c. 11.

Indicatus

in victoria exced  
endo exercitum

IESUS.

Math. 2. c. 33

ambulare feci sup  
pedes ipsu.

SANAZEM.

hominu.

sicut gausus iu  
gu a cetrice.pabulu. nutri  
ui eum.

cadet.

sarculos.

pp<sup>o</sup> consilia fig.

dubitatur an se ve

lit convertere ad

ma: et ad altissi

mu vocauerunt

Gen. 19. c. 24. eu pp

hete. Et ne unus

quide exaltat

subaudi caput

mea. 1. nullo curat.

tradam.

10

incensa.

& metite in ore misericordiarum, innouate vobis nouale: tempus autem requirendi Dominum, cum venerit qui docebit vos iustitiam. ¶ Arastris impietate, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacii: quia confisus es in viis tuis, \*in multitudine fortium tuorum. ¶ Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tue vastabuntur sicut vastatus est Salmana a domo eius qui vindicauit Baal in die prelij, matre super filios allisa. ¶ Sic fecit vobis Bethel, a facie malitiarum nequitarum vestrarum.

## CAP. XI.

Sicut mane transit, pertransit rex Israel. ¶ Quia puer Israel, & dilexi eum: & lex Aegypti vocaui filium meum. ¶ Vocauerunt eos, sic abierunt a facie eorum: Baalim immolabant & simulachris sacrificabant. ¶ Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & nescierunt quod curarem eos. ¶ In funiculis adu traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum ut vesceretur. ¶ Non reuertetur in terram Aegypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. ¶ Coepit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. ¶ Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. ¶ Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? quomodo dabo te sicut Adama, ponam te ut Seboim? Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est poenitudo

Euch  
nisi

mea. 1. nullo curat.

tradam.

10

incensa.



ab occidente.  
vel formidabunt.

c. sed et continuo  
de pnia dist. i.  
mendatijs.

negotia-  
tionc.

adhuc cognat vel  
potens est.

X  
luzum.

tenuit plāta fr  
atris sui.  
preualuit  
preualuit.

Gen. 25. c. 25  
Gen. 32. f. 28

conuertere

Dominum  
vel mercatoris.  
oppnere.

diuitias, robur.  
in omnib; labo-  
ribus meis.

neq; peccatuz.

mea. Non faciam furorē iræ meæ: non  
conuertat vt disperdā Ephraim: quoniam  
Deus ego, & non homo: in medio tui san-  
ctus, & non ingrediar ciuitatē. Post Do-  
minum ambulabūt, quasi leo rugiet: quia  
ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Et  
auolabunt quasi auis ex Ægypto, & quasi  
columba de terra Assyriorum: & colloca-  
bo eos in domibus suis, dicit Dominus.  
Circūdedit me in negatione Ephraim, &  
in dolo domus Israël: Iudas autē testis de-  
scendit cum Deo & cum sanctis, fidelis.

CAP. XII.

Ephraim pascit ventū, & sequitur aestū:  
tota die mēdaciū & vastitatem multi-  
plicat: & fœdus cū Assyriis iniit, & oleū  
in Ægyptum ferebat. Iudiciū ergo Domi-  
ni cum Iuda, & visitatio super Iacob: iux-  
ta vias eius, & iuxta adinventiones eius  
reddet ei. In vtero supplantauit fratrem  
suum: & in fortitudine sua directus est  
cum angelo. Et inualuit ad angelum &  
confortatus est: fleuit, & rogauit eum: in  
Beth-el inuenit eum, & ibi locutus est no-  
biscum. Et Dominus Deus exercituum,  
Dominus memoriale eius. Et tu ad Deū  
tuum conuertēris: misericordiam & iudi-  
cium custodi, & spera in Deo tuo semper.  
Chanaan in manu eius statera dolosa, ca-  
lumniam dilexit. Et dixit Ephraim, Ve-  
runtamen diues effectus sum, inueni idō-  
lū mihi: omnes labores mei non inueniēt  
mihi iniquitatē quā peccaui. Et ego Do-  
minus Deus tuus ex terra Ægypti, adhuc  
scdere



sedere te faciam in tabernaculis, sicut in  
10 diebus festiuitatis. <sup>9</sup> Et locutus super pro-  
phetas, & ego visionem multiplicavi, &

D in manu prophetarum assimilatus sum.

11 <sup>9</sup> Si in Galaad idolum, <sup>10</sup> tame' frustra erant  
in Galgal bobus immolantes: nam & al-  
taria eorū quasi acerui super sulcos agri.

12 <sup>9</sup> Fugit iacob in regionem Syriæ, & serui-  
uit Israël in uxorem, & in uxorem <sup>10</sup> serui-  
uit. <sup>9</sup> In propheta autē eduxit Dominus

13 Israël de Ægypto: & in propheta seruatus

14 est. <sup>9</sup> Ad iracūdiā me prouocauit Ephraim  
in amaritudinibus suis, & sanguis eius su-  
per eum veniet, & opprobrium eius testi-  
tuet ei Dominus suus.

## CAP. XIII.

1 **L**oquente Ephraim, horror inuasit Is-  
A rael: & deliquit in Baal, & mortuus

2 est. <sup>9</sup> Et nunc addiderunt ad peccandum:  
feceruntque sibi conflatile de argento suo  
quasi similitudinē idolorum, factura arti-  
ficum totum est. his ipsi dicunt, Immola-

3 te homines vitulos adorātes. <sup>9</sup> Idcirco erūt  
quasi nubes matutina, & sicut ros matuti-

B nus præteriēs, sicut puluis turbine raptus  
4 ex area, & sicut fumus de fumario. <sup>9</sup> Ego

autem Dominus Deus tuus ex terra Æ-  
gypti: & Deum absque me nescies, & sal-  
uator nō est præter me. <sup>9</sup> Ego cognoui te

6 in deserto, in terra solitudinis. <sup>9</sup> Iuxta pa-  
scua sua adimpleti sunt, & saturati sunt:  
eleuauerunt cor suum, & obliui sunt mei:

7 <sup>9</sup> Et ego ero eis quasi leena, sicut pardus in  
8 via Assyriorū. <sup>9</sup> Occurrā eis quasi vrsa

raptis

*pposui similitu-  
dines. nōne gala-  
ad cōcepit iniqui-  
tatem. verūta-  
men*

*ergo 8. c  
p uxore custodi-  
uit. subaudi pe-  
cora. p propheta  
Gen. 28. a. 5. am.*

*seruauit 7.  
Exo. 14. c. 28  
22.*

*1. hie iacob ad ier-  
t de ephraim.*

*tremor subaudi-  
fuit audienti d-  
a vitulis. Eleua-  
uit ipse subaudi-  
caput. 1. factus est  
dñs in israel.*

*ad  
imolates sacrifi-  
cia hoig vitulos  
osculantur.*

*Isa. 43. b. 20*

*fenestra.*

*iesus. ad.  
4.*



*perdidisti te.*

*Aedi.*

*2. Reg. 8. v. 5.*

*92 hora nō stare  
in cōfractiōe  
filiorū . i. eū mu-  
lier Enititur.*

*Excisio.*

*crescet.*

*siccabit*

*2. cor. 15. g. 54*

*Heb. 2. d. 14.*

**iesus.**

*Exe. 19. d. 12.*

*desolabitur  
rebellauit in  
elidentur.*

*diffundentur.*

*vel appredite  
ba ista ad vos.*

*Isa. 2. c. 12.*

*Zach. 1. b. 4.*

*ad hebr. 17.*

*psal. 50. he  
bre. 17.*

raptis catulis, & dirumpā interiora ieco-  
ris eorū, & consumā eos ibi quasi leo, be-  
stia agri scindet eos. <sup>9</sup> Perditio tua Israël: <sup>9</sup>  
tantummodo in me auxilium tuum. <sup>10</sup> V-  
bi est rex tuus: maximè nunc saluet te in C  
omnibus vrbibus tuis: & iudices tui, Ide  
quibus dixisti, Da mihi reges & princi-  
pes. <sup>11</sup> Dabo tibi regem in furore meo, & <sup>11</sup>  
auferam in indignatione mea. <sup>12</sup> Colligata <sup>12</sup>  
est iniquitas Ephraim, absconditum pec-  
catum eius. <sup>13</sup> Dolores parturientis venient <sup>13</sup>  
ei, ipse filius non sapiens. nunc enim non  
stabit in contritione filiorum. <sup>14</sup> De manu <sup>14</sup>  
mortis liberabo eos, de morte redimam D  
eos: Iero mors tua o mors, morsus tuus  
ero inferne, consolatio abscondita est ab  
oculis meis. <sup>15</sup> Quia ipse inter fratres diui- <sup>15</sup>  
det: & adducet vrentē ventum Dominus  
de deserto ascendentem: & siccabit venas  
eius, & desolabit fontē eius, & ipse diri-  
piet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

## CAP. XIII.

<sup>2</sup> Pereat Samaria, quoniam ad amaritu- <sup>2</sup>  
dinem concitauit Deum suum: in gla <sup>2</sup>  
dio pereat paruuli eorum, elidantur, & <sup>3</sup>  
foetæ eius discindantur. <sup>3</sup> Conuertere Is- <sup>3</sup>  
raël ad Dominum Deū tuū: quoniam cor-  
ruisti in iniquitate tua. <sup>4</sup> Tollite vobiscum <sup>4</sup>  
verba, & conuertimini ad Dñm, & dicit-  
te ei, Omnē aufer iniquitatē, & accipe bo-  
num: & reddemus vitulos labiorum no-  
strorū. <sup>5</sup> Assur nō saluabit nos, super equū <sup>5</sup>  
non ascendemus: nec dicemus ultra, Dij <sup>6</sup>  
nostri opera manuum nostrarū: quia eius <sup>6</sup>  
qui



1 qui in te est, misereberis pupilli. 2 Sanabo  
 3 contritiones eorum, diligam eos sponta-  
 4 nee: quia auersus est furor meus ab eis. 5 E-  
 6 ro quasi ros 7 Israel, germinabit sicut liliū,  
 7 & erumpet radix eius vt Libani. 8 Ibunt  
 9 rami eius, & erit quasi oliua gloria eius:  
 10 & odor eius vt Libani. 11 Cōuertētur seden-  
 12 tes in vmbra eius: viuent tritico, & germi-  
 13 nabūt quasi vinea: memoriale eius sicut  
 14 vinum Libani. 15 Ephraim quid mihi vltra  
 16 didōla? ego exaudiam, & dirigam eum ego  
 17 vt abietem virentem: ex me fructus tuus  
 18 inuentus est. 19 Quis sapiens, & intelliget  
 20 ista? intelligens, & sciet hęc? quia recte vię  
 21 Domini, & iusti ambulabunt in eis: p̄qua-  
 22 ricatorēs verò corruent in eis.

PROLOGVS IN IOEL PRO-  
 PHETIAM.

Ex principio commentariorum  
 Hieronymi in Ioel. tom. 6.

**SANCTVS** Ioel apud Hebræos post Osee poni-  
 tur. Et sicut ibi sub nomine Ephraim, ad decem tri-  
 bus confertur vaticinium, quæ vel Samaria, vel Is-  
 raël septem memorantur: sic in hoc propheta omne  
 quod dicitur, ad tribum Iuda & ad Ierusalem perti-  
 nere credendum est: & nullam omnino Israëlis, id est  
 decem tribuū, in hoc fieri mentionem. Tēpora quo-  
 que quibus prophetauit, eadem debemus accipere  
 quæ in Osee legimus, In diebus Ozia, Ioatham, &  
 Achat, & Ezechia regū Iuda, & in diebus Ieroboam  
 filij Baas regis Israël. Porro factum esse sermonem  
 Domini, ad meritum eius refertur cui fit, non ad  
 conditionem illius qui feridicitur, vt alibi legimus,  
 Dominus factus est mihi in salutem. Auditus autem  
 in scripturis sanctis, non est iste qui ad aures sonat,  
 sed qui in corde percipitur: iuxta illud quod Domi-

aus

in te minz coseq  
 tur pupillus.

**IESUS.**

Et Israēl  
 germina-  
 bit 9.

putiet radices  
 suas sicut liba-  
 nus.

Subaudi dicit.

diligam.

abies virens.

Sacrificiū missę.

psal. no. 71.  
 zach. 9.



nus loquitur in Euangelio, Qui habet aures audien-  
di, audiat. Quod autē dicitur Hebraicē H A A Z I-  
N V, Græcē, ἠκούσατε. Latinē sonat, auribus per-  
cipite: propriē non aure, sed corde percipitur. Qui se-  
nes sunt & cælestes, audiunt spiritualiter: qui autem  
habitant in terra, appellanturque terreni, auribus per-  
cipiunt. Vbiunque autem hæc duo verba iuncta po-  
nuntur: non ad simplicem tātum verborum sonum,  
sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam  
pertinere intelligendum est. In Genesi Lamech lo-  
quitur ad vxores suas Ada & Sella, Audite verbæ  
mea vxores Lamech, auribus percipite sermones  
meos: quia virum occidi in vulnus meū, & iuuenem  
in liuorem meum: Et Isaias, Audite cæli, & auribus  
percipite terra.

*Hæc tria* PROPHEZIA IOEL.  
*capita.*

CAP. I.

VERBVM Domini quod  
factū est ad Ioël filium A  
Phathuel. Audite hoc  
senes, & auribus percipi-  
te omnes habitatores ter-  
ra: si factum est istud in

diebus vestris, aut in diebus patrū vestro-  
rum? Super hoc filiis vestris narrate, &  
filij vestri filiis suis, & filij eorū generatio-  
ni alteræ. Residuum erucæ comedit lo-  
custa, & residuum locustæ comedit bruchus,  
& residuū bruchi comedit rubigo.  
Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate  
omnes qui bibitis vinū in dulcedine: quon-  
iam perit ab ore vestro. Cæs enim ascen-  
dit super terram meā, fortis & innumera-  
bilis: dentes eius vt dētes leonis: & mola-  
res ei⁹ vt catuli leonis. Posuit vineā meā  
in desertū, & ficū meā decorticauit: nu-  
dans

*hæc. est genus  
locustæ.*

*pp̄ vinū nouū  
ascendet.*



8 dās spoliauit eā & proiecit, albi facti sunt  
 9 rami eius. <sup>1</sup>Plāge quasi virgo accincta fac-  
 10 co super virū pubertatis suæ. <sup>2</sup>Periit sacri-  
 11 ficiū & libatio de domo Dñi: luxerūt sa-  
 12 cerdotes ministri Domini. <sup>3</sup>Depopulata  
 13 est regio, luxit humus: quoniā deuastatū  
 14 est triticum, confusum est vinū, elanguit  
 15 oleum. <sup>4</sup>Cōfusi sunt agricolæ, vlulauerūt  
 16 vinitores super frumēto, & hordeo, quia  
 17 periit messis agri. <sup>5</sup>Vinea confusa est, & fi-  
 18 cus elanguit: malogranatum, & palma, &  
 19 malū, & omnia ligna agri aruerunt: quia  
 20 cōfusum est gaudium à filiis hominum.  
 21 <sup>6</sup>Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlu-  
 22 late ministri altaris: ingredimini, cubate  
 23 in sacco ministri Dei mei: quoniā interiit  
 24 de domo Dei vestri sacrificiū & libatio.  
 25 <sup>7</sup>Sanctificate ieiuniū, vocate cœtū, cōgre-  
 26 gate senes, omnes habitatores terræ in do-  
 27 mum\* Dei vestri: & clamate ad Dominū,  
 28 <sup>8</sup>A, a, a, diei; quia prope est dies Domini,  
 29 & quasi vastitas à potente veniet. <sup>9</sup>Nun-  
 30 quid non coram oculis vestris alimenta  
 31 perierunt de domo Dei nostri, lætitia &  
 32 exultatio? <sup>10</sup>Computruerunt iumenta in  
 33 stercore suo, demolita sunt horrea, dissipa-  
 34 tæ sunt apothecæ: quoniam confusum  
 35 est triticum. <sup>11</sup>Quid ingemuit animal, mu-  
 36 gierūt greges armēti? Quia non est pascua  
 37 eis: sed & greges pecorū disperierunt. <sup>12</sup>Ad  
 38 te Domine clamabo: quia ignis comedit  
 39 speciosa deserti, & flāma succēdit omnia  
 40 ligna regionis. <sup>13</sup>Sed & bestia agri quasi  
 41 area sitiens imbrem, suspexerūt ad te: quo-  
 42 niam

desolata est.

aruit.

vino,

aruit.

succissa est.

prohibitū est n

Infr. 2. d. 15.

\* Dominus

ab

ab oipotente.

4  
grana sub glo-  
bis suis.

aruit

3  
confusi sunt.

clamabūt.



*pasca.**tormenta.*

niam exiccati sunt fontes aquarū, & ignis deuorauit speciosa deserti.

## CAP. III.

*tenebrositatis**Eden**7  
nigrescent ut  
olla.**8  
Suy gladiū de  
iciēt se, Et nō  
sedantur.**9  
p orbem ince  
dent.*

**C**Anite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo, cōturbentur omnes habitatores terræ: Quia venit dies Domini, quia prope est <sup>9</sup> dies tenebrarū & caliginis, dies nubis & tūrbinis: quasi mane expansum super montes populus multus & fortis: similis ei non fuit à principio, & post eū non erit vsq; in annos generationis & generationis. <sup>9</sup> Ante faciē eius ignis vorans, & post eū exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neq; est qui effugiat eū. <sup>9</sup> Quasi aspectus equorū, aspectus eorum: & quasi equites sic current. <sup>9</sup> Sicut sonitus quadrigarū super capita mōtium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulā, velut populus fortis præparatus ad præliū. <sup>9</sup> A facie eius cruciabūtur populi: omnes vultus redigētur in ollam. <sup>9</sup> Sicut fortes currēt: quasi viri bellatores ascendent murū: viri in viis suis gradiētur, & non declinabunt à semitis suis. <sup>9</sup> Vnusquisque fratrem suum non coartabit, singuli in calle suo ambulabūt: sed & per fenestras cadent, & nō demolientur. <sup>9</sup> Vibē ingredientur: in muro current, domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur. <sup>9</sup> A facie ei<sup>9</sup> cōtremuit terra, moti sunt cæli: Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerūt splendorem suum. <sup>9</sup> Et Dominus dedit vocem suā ante faciē exercitus

*10  
Esa. 13. b. 10.**11  
Ezec. 32. b. 7**12  
Infr. 3. c. 15.**13  
Mat. 24. c. 29*

tus



tus sui: quia multa sunt nimis castra eius, Mar. 13. c. 24  
 quia fortia & facientia verbū eius. || mag- Luc. 21. c. 25  
 nus enim dies Dñi, & terribilis valde: & Isai. 13. a. 6.  
 12 quis sustinebit eū? <sup>4</sup> Nunc ergo dicit Dñs, b. 9.  
 Conuertimini ad me in toto corde ve- Iere. 30. a. 7.  
 stro, in ieiunio, & in fletu & in planctu. Amos 5. c. 18  
 13 <sup>5</sup> Et scindite corda vestra, & nō vestimen- Soph. 1. d. 15.  
 ta vestra, & conuertimini ad Dominum c. scindite. de pñ  
 Deū vestrū: ¶ quia benignus & misericors d. 1. miserator.  
 est, patiens & multæ misericordiæ, & pre- Psa. 85. a. 9.  
 14 stabilis super malitia. ¶ Quis scit si cōuer- Ion. 4. a. 2.  
 tatur, & ignoscat\*, & relinquat post se be- Ion. 3. d. 9.  
 nedictionem, sacrificium & libamē Do- \*Dicitur n  
 15 mino Deo nostro? ¶ Canite tuba in Sion, pñtebit eū ma  
 16 sanctificate ieiunium, vocate cœtū, ¶ Con- si  
 dregate populum, ¶ sanctificate ecclesiam, vestro 4.  
 coadunate senes: congregate paruulos, & Supr. 1. c. 14.  
 fugentes hubera: egrediatur sponsus de ca- p̄parate cōmū  
 17 bili suo, & sponsa de thalamo suo. ¶ Inter nitatem.  
 vestibulum & altare plorabunt sacerdo- plorant.  
 tes ministri Domini, & dicent, Parce Do- dicunt.  
 mine, parce populo tuo: & ne des hēredi-  
 tatem tuam in opprobrium, vt dominan-  
 tur eis nationes. quare dicunt in populis,  
 18 Vbi est deus eorum? ¶ Zelatus est Dñs ter-  
 19 rā suā, & pepercit populo suo. ¶ Et respon-  
 dit Dominus, & dixit populo suo, Ecce e-  
 go mittam vobis frumentū, & vinum, &  
 20 oleum, & replebimini<sup>6</sup> eis: & non dabo vco 12.  
 vos vltra opprobriū in Gentibus. ¶ Et eum  
 qui ab Aquilone est, procul faciam à vo-  
 bis: & expellam eum in terram inuiam &  
 desertam, faciem eius contra mare orien-  
 tale, & extremum eius ad mare nouissi-  
 mum:



mum: & ascendet foetor eius, & ascendet  
 putredo eius, quia superbè egit. <sup>21</sup> Noli ti-  
 mere terra, exulta & letare: quoniam ma-  
 gnificauit Dñs vt faceret. <sup>22</sup> Nolite time-  
 re animalia regionis: quia germinauerunt  
 speciosa deserti, quia lignum attulit fru-  
 ctum suum, ficus & vinea dederunt virtu-  
 tem suam. <sup>23</sup> Et filij Sion exultate, & læta-  
 mini in Domino Deo vestro: quia dedit  
 vobis doctorem iustitiæ, & descendere fa-  
 ciet ad vos imbrem matutinū & seroti-  
 nū sicut in principio. <sup>24</sup> Et implebuntur arce  
 frumēto, & redūdabunt torcularia vino  
 & oleo. <sup>25</sup> Et reddā vobis annos quos come-  
 dit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca:  
 fortitudo mea magna, quam misi in vos.  
<sup>26</sup> Et comedetis vescentes, & saturabimini:  
 & laudabitis nomē Dñi Dei vestri qui fe-  
 cit mirabilia vobiscum, & non cōfunde-  
 tur populus meus in sempiternū. <sup>27</sup> Et scie-  
 tis quia in medio Israël ego sum: & ego  
 Dñs Deus vester, & nō est ampli⁹: & non  
 confundetur populus meus in æternum.  
<sup>28</sup> Et erit post hæc: effundā spiritū meum  
 super omnē carnē: & prophetabūt filij ve-  
 stri & filiæ vestre: senes vestri somnia som-  
 niabūt, & iuuenes vestri visiones videbūt.  
<sup>29</sup> Sed & super seruos meos & ancillas in  
 dieb⁹ illis effundā spiritū meū. <sup>30</sup> Et dabo  
 prodigia in cælo, & in terra, sanguinem,  
 & ignē, & vaporem fumi. <sup>31</sup> Sol conuerte-  
 tur in tenebras, & luna in sanguinē: ante-  
 quam veniat dies Dñi magnus & horri-  
 bilis. <sup>32</sup> Et erit: omnis qui inuocauerit ho-  
 men

filij

iesus.hasit locustę ge-  
nus.trinitasioa.  
7. Isa. 44. c. 3.  
Act. 2. c. 17.

colūnas.

Inf. 2. b. 10.  
 Inf. 3. c. 15.  
 Mat. 24. c. 29  
 Luc. 21. c. 25.  
 Es. 10. c. 13.

c. adhuc instat. de pnia. dist. 3.

men



Eccin.

mē Dñi, saluus erit: quia in mōte Sion, & in Ierusalem erit saluatio, sicut dixit Dñs, & in residuis quos Dominus vocauerit.

## CAP. III.

**Q**uia ecce in diebus illis & in tempore illo cū conuertero captiuitatē Iuda & Ierusalem: Congregabo omnes gentes, & deducam eas in uallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israël, quos disperferūt in nationibus, & terrā meam diuiserunt.

Et super populū meum miserūt sortem: & posuerunt puerū in prostibulum, & puellam vendiderūt pro uino ut biberēt.

Verūm quid mihi & uobis Tytus & Sidon, & omnis terminus Palæstinarum? nunquid ultionē uos reddetis mihi? & si uiscimini uos contra me, cito uelociter reddam uicissitudinem uobis super caput

uestrum. Argentum enim meum & aurum tulistis: & desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra uestra. Et filios Iuda, & filios Ierusalē uendidistis filiis Græcorū, ut lōgè faceretis eos de finibus suis.

Ecce ego suscitabo eos de loco in quo uendidistis eos: & cōuertā retributionē uestrā in caput uestrū. Et uendam filios uestros & filias uestras in manibus filiorum Iuda, & uenundabūt eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus locutus est.

Clamate hoc in Gētibus, sanctificāte bellū, suscite robustos: accedant, ascendant omnes uiri bellatores. Cōcidite aratra uestra in gladios, & ligones uestros in

iesus. ma  
th. 24, 29

4. ribo. 111  
4. isaie. 2.  
2. mac. 4.  
4. reg. 23.  
retributionem

retributionē  
mei causam facitis.

retributionē.  
optima.

1. reg. 25.  
die. 1.

hec  
ppriate.  
4  
bidentes.

9. isa. 2. mi  
che. 4.



*congregante vos.**hebraismy va  
let multi popu  
li.**Apo. 14. d. 15**Supr. 2. b. 10**E. 31.**Ier. 25. f. 30.**Amos 1. d. 2.***IESUS.***mustum.**Amos 9. d. 13**z Eccia  
quos**cum*

lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego  
 sum. <sup>12</sup> Eruimpite, & venite omnes gētes de  
 circuitu, & congregamini: ibi occumbere  
 faciet Dominus robustos tuos. <sup>12</sup> Consur-  
gant, & ascendāt Gētes in vallē Iosaphat:  
 quia ibi sedebo, vt iudicē omnes gentes in  
 circuitu. <sup>13</sup> Mittite falces, quoniā matura-  
 uit messis: venite, & descēdite, quia plenū  
 est torcular, exhuberant torcularia: quia  
 multiplicata est mālitia eorū. <sup>14</sup> Populi po-  
puli in valle concisionis: quia iuxta est  
 dies Domini in valle concisionis. <sup>15</sup> Sol &  
luna obtenebrati sunt: & stellæ retraxe-  
 runt splendorem suum. <sup>16</sup> Et Dominus de  
Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem  
 suam: & mouebuntur cæli & terra, & Do-  
 minus spes populi sui & fortitudo filiorū  
 Israël. <sup>17</sup> Et scietis quia ego Dñs Deus vester  
habitans in Sion in monte sancto meo: & D-  
 erit Ierusalem sancta, & alieni non trāsi-  
 bunt per eā amplius. <sup>18</sup> Et erit in die illa:  
stillabūt mōtes dulcedinē, & colles fluēt  
 lacte: & per omnes riuos Iuda ibūt aquæ:  
 & fons de domo Dñi egredietur, & irriga-  
 bit torrentē spinarū. <sup>19</sup> Ægyptus in desola-  
tionē erit, & Idumæa in desertū perditio-  
 nis: pro eo quòd iniquè egerint in filios Iu-  
 da, & effuderint sanguinē innocētē in ter-  
 ra sua. <sup>20</sup> Et Iudæa in eternū habitabitur, &  
Ierusalē in generationē & generationē. <sup>21</sup> Et  
mūdabo sanguinē eorū, quē non munda-  
ueram: & Dñs commorabitur in Sion. *mat.*

*z B. in fine + z ec. 48. in fine.*

P. R. E.



PRÆFATIO IN AMOS  
PROPHETIAM. tom. 6.

**U**OZIAS Rex cùm Dei religionẽ sollicitè æmularetur: nimio religionis amore prouocatus, contra præceptũ legis Moyſi arrepto thuribulo (vt in historia libri ſecundi Paralipoménon ostenditur) ſacerdotale officiũ præſumere conatus eſt. Ob eam rem terræmotũ in tẽplo Dei exortũ conſtat, cuius etiam Zachãrias propheta meminit. Ante hunc itaque terræmotum Amos propheta tẽporibus prædicti regis, & tẽporibus Ieroboã filij Ioas regis Iſraël: in eas gẽtes quæ lectione cõprehenſæ ſunt, iram Dei ob eas cauſas quas memorauit, affuturã denuntiat. Et quia idẽ propheta in ſequentibus ait, Super tribus impietatibus & ſuper quatuor non conuertã eum, tertio peccatorum indulgentiam Deum dare poſſe ſignificat: quem quarto eadem peccata admittentibus, nec poenitentiam, nec indulgentiam daturum annuntiat. Nam per ignis ſimilitudinẽ, quem in prædictas gẽtes immittendũ prædixit: grauẽ atque irreuocabilem Dei iram ad euerſionem earundem ciuitatum proceſſuram voluit demonſtrare.

ALIA PRÆFATIO.

Ex principio commentariorum  
Hieronymi in Amos. tom. 6.

**H**IC Amos propheta & paſtor qui ſequitur Ioẽlem, & eſt tertius duodecim prophetarũ, non fuit pater Iſaiæ prophætæ: quanquam & ille, propheta extiterit. Nam aliis literis ille, aliis iſte apud Hebræos ſcribitur: quæ differentia literarũ apud Latinos non habetur: & ille fortis vel robuſtus, hic verò populus auulſus interpretatur, quia loquitur contra decem tribus, quæ per idololatriam à cultu Dei, & à regno Dauid erant auulſæ. Fuit autem cognatio eius ex oppido Thecũe, quod ſex milliaribus diſtat à Bethleem: curam gerens pecorũ in latitudine camporum qui ſunt proximi oppido Thecũe, in quibus humo arida atque arenofa nihil omnino frugum gignitur, ſed huberrimis paſcuibus abundant: & ideo cuncta ſunt plena paſtoribus, & ſterilitas terræ compensatur pe-



corum multitudine. Ex hoc numero pastorum fuit Amos, imperitus sermone, sed non scientia. Prophe-  
tauit autem eisdem temporibus quibus Ioël, Nahû,  
Jonas, Osee, Isaias. Sed aliquantulum exorsus est  
prophetare antequam Isaias. Maxime autem contra  
decem tribus locutus est: pauca de duabus interse-  
rens. Hunc ablatum de numero pastorum misit Do-  
minus, vt in Samaria prophetaret: quem Amasias sa-  
cerdos frequenter plagis afflixit: tandem filius eius  
Ozias veste per tempora transfixit. Post hæc semiui-  
uus in terrâ suâ euectus, post aliquot dies dolore vul-  
neris expirauit: sepultusque est cum patribus suis.

## PROPHEZIA AMOS.

## CAP. I.

ERBA Amos, qui fuit  
in<sup>1</sup> pastoralibus Thecue: A  
quæ vidit super Israël in  
diebus Oziaë regis Iuda,  
& in diebus Ieroboam  
filij Ioas regis Israël, ante  
duos annos terræmotus. <sup>2</sup> Et dixit, ¶ Do-  
minus de Sion rugiet, & de Ierusalem da-  
bit vocem suam: & luxerunt speciosa pa-  
storum, & exiccatus est vertex Carneli.  
<sup>3</sup> Hæc dicit Dominus, Super tribus scele-  
ribus Damasci, & super quatuor nō con-  
uertam eum: eo quòd triturerint in  
plaustris ferreis Galaad. <sup>4</sup> Et mittā ignem  
in domum Azaël, & deuorabit domos B  
Ben-adad. <sup>5</sup> Et cōteram vestem Damasci:  
& disperdam habitatorem de campō idó-  
li, & tenentem sceptrum de domo volu-  
ptatis: & transferetur populus Syriæ Cy-  
renen, dicit Dominus. <sup>6</sup> Hæc dicit Domi-  
nus: Super tribus sceleribus Gazæ, & super  
quatuor

1  
vel erat vng  
Ex.

H3.9.  
capita.

pastori-  
bus 4.

disperdentur pascua.

V

Zach. 14. b. 5

Iere. 25. f. 30

Ioël 3. c. 16.

parcam ei fl. j.

valle auen.  
betheden.



- quatuor non conuertam<sup>1</sup> eum<sup>2</sup>: eo quòd  
 transfulerint captiuitatē perfectā, vt con-  
 cluderent eam in Idumæa. <sup>1. vniuersale et</sup> <sup>3</sup> Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius. <sup>4</sup> Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertam manum meam super Accaron, & peribunt reliqui Philistinorum, dicit Dominus Deus. <sup>5</sup> Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non cōuertam<sup>6</sup> eum<sup>7</sup>: eo quòd concluderint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. <sup>6</sup> Et mittam ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. <sup>7</sup> Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit miserericordiam eius, & tenuerit vltrà furorē suum, & indignationem suam seruauerit vsq; in finem. <sup>8</sup> Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ. <sup>9</sup> Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandū terminū suum. <sup>10</sup> Et succēdam ignem in muro Rābba: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. <sup>11</sup> Et ibit Melchom in captiuitatē ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

1. vniuersale et

c. sup tribus de  
pna dist. 1.

1. vniuersale et

mittam.

mias suis.

in seculū vel se

in ppetuum.

2  
montes.

Rabbath.

4  
Hieron. hic. q. se  
plus est impnia  
qz ipsa est in ca  
usa q. dñs nō cō  
uertent.



1 CAP. II.  
parca ti & j.  
in calcem.

c  
gitarre. n. fecerunt.

in pignus accep-  
tis.

deoz suoz.

Nu. 21. e. 24.

Deut. 2. e. 24

f. 31.

desertum.

Exo. 24. e. 22

Deut. 8. a. 2.

Hæc dicit Dñs, Super tribus sceleri-  
bus Moab, & super quatuor nō con- A  
uertā eum: eo quòd incenderit ossa regis  
Idumææ vsq; ad cinerem. Et mittā ignē  
in Moab, & deuorabit ædes Carioth: &  
morietur in sonitu Moab, in clāgore tu-  
bæ: & disperdā iudicem de medio eius,  
& omnes principes eius interficiam cum  
eo, dicit Dominus. Hæc dicit Dñs, Super  
tribus sceleribus Iuda, & super quatuor  
non conuertā eum: eo quòd abiecerit le-  
gem Domini, & mandata eius nō custo-  
dierit. deceperūt enim eos idóla sua, post  
quæ abierāt patres eorū. Et mittam ignē  
in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalem. B  
Hæc dicit Dominus, Super tribus scele- 6  
ribus Israēl, & super quatuor non con-  
uertam eum: pro eo quòd vendiderit pro  
argento iustū, & pauperē pro calceamen-  
tis. Qui conterunt super puluerē terræ 7  
capita pauperū, & viam humiliū decli-  
nant: & filius ac pater eius ierūt ad puel-  
lam, vt violarent nomen sanctū meum.  
Et super vestimentis pignoratis accubue- 8  
runt iuxta omne altare: & vinū damna- C  
torum bibebant in domo dei sui. || Ego  
autē exterminauī Amorrhæū à facie eo-  
rum: cuius altitudo cedrorum, altitudo  
eius, & fortis ipse quasi quercus: & con-  
triui fructum eius desuper, & radices eius  
subter. || Ego sum qui ascendere vos feci 10  
de terra Ægypti: || & duxi vos in deserto  
quadraginta annis, vt possideretis terram  
Amorrhæi. Et suscitaui de filiis vestris in 11  
prophe-



D prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaraeos. nunquid non ita est filij Israël, dicit Dñs? <sup>12</sup> Et propinabatis Nazaræis vinū & prophetis mā dabatis, dicentes, Ne prophetetis. <sup>13</sup> Ecce ego stridebo subter vos, <sup>14</sup> sicut stridet plaustrum onustū fœno. <sup>15</sup> Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam: <sup>16</sup> & tenens arcū non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animā suam: <sup>17</sup> & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

## CAP. III.

<sup>1</sup> **A** Vidite verbū quod locutus est Dominus super vos, filij Israël: super omnē cognationem quā eduxi de terra-Ægypti, dicens, <sup>2</sup> Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. <sup>3</sup> Nunquid ambulabūt duo pariter, nisi conuenerit eis? <sup>4</sup> Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? <sup>5</sup> nunquid cadet auis in laqueum terræ, absq; aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra, antequā quid ceperit? <sup>6</sup> Si clanget tuba in ciuitate, & populus nō expauescet? si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? <sup>7</sup> Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretū suum ad seruos suos prophetas. <sup>8</sup> Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis

*visitabo vos in loco vtro, sicut arcatur plaustrum manipulis onustū.*

*super vos*

*laqueo.*



<sup>1</sup> *audite facite id  
c  
contritiones*

<sup>a</sup>  
*medio.*

<sup>o</sup>  
*angulo  
angulo grabati  
in Damaf-  
co grabati 9.*

<sup>7</sup>  
*basan*

<sup>4</sup>  
*tollat vos sub au-  
di inimicos in spi-  
ritu: et postertim  
tem vna hamis  
piscatoris.*

quis non prophetabit? <sup>1</sup> Auditum facite in  
aediibus Azoti, & in aediibus terræ-Aegy-  
pti, & dicite, Congregamini super mōtes  
Samarix, & videte insanias multas in me-  
dio eius, & calumniam patientes in pēne-  
tralibus eius. <sup>2</sup> Et nescierunt facere rectum, <sup>10</sup>  
dicit Dñs, thesaurizantes iniquitatē, & ra- C  
pinas in aediibus suis. <sup>3</sup> Propterea hæc di- 11  
cit Dñs Deus, Tribulabitur & circuietur  
terra: & detrahetur ex te fortitudo tua,  
& diripientur aedes tuæ. <sup>4</sup> Hæc dicit Dñs, 12  
Quomodo si eruat pastor de ore leonis  
duo crura, aut extremum auriculæ: sic erue-  
tur filij Israël qui habitant in Samaria, in  
plaga lectuli, & in Damasci grabato. <sup>5</sup> Au 13  
dite & cōtestamini in domo Iacob, dicit  
Dominus Deus exercituum: <sup>6</sup> quia in die 14  
cū visitare cōperero præuaricationes Is- D  
raël, super eum visitabo & super altaria  
Beth-el: & amputabuntur cornua altaris,  
& cadent in terram. <sup>7</sup> Et percutiam domum 15  
hycmalē cum domo æstiuā: & peribunt  
domus eburneæ, & dissipabuntur aedes  
multæ, dicit Dominus.

<sup>7</sup>  
A Udite verbū hoc vaccæ pingues, quæ  
estis in monte Samarix: quæ calum- A  
niam facitis egenis, & confringitis pau-  
peres: quæ dicitis dominis vestris: Affer-  
te, & bibemus. <sup>2</sup> Iuravit Dominus Deus  
in sancto suo, quia ecce dies veniēt super  
vos, & leuabūt vos in contis, & reliquias  
vestras in ollis feruentibus. <sup>3</sup> Et per aper- 3  
turas exhibitis altera contra alterā, & pro-  
iiciemini



- 4 iiciemini in Armon, dicit Dñs. Venite ad Beth-el, & impiè agite: ad Galgalá, & multiplicare præuaricationē: & offerte manē victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. Et sacrificare de fermentato laudem: & vocate voluntarias oblationes, & annuntiate: sic enim voluistis filij Israël, dicit Dominus Deus. Vnde & ego dedi vobis stuporem dentiū in cūctis vrbibus vestris, & indigētiā panū in omnib⁹ locis vestris: & non estis reuerſi ad me, dicit Dñs. Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cū adhuc tres menses superessent vsq; ad messem: & plui super vnā ciuitatem, & super alterā ciuitatē nō plui: pars vna compluta est, & pars super quā non plui, aruit. Et venerūt duæ & tres ciuitates ad vnā ciuitatē vt biberent aquā, & non sunt satiatae: & nō redistis ad me, dicit Dñs. Percussi vos in vento vrente & in aurugine, multitudinē hortorū vestrorū, & vinearum vestrarū, oliueta vestra & ficeta vestra comedit eruca: & nō redistis ad me, dicit Dñs. Misi in vos mōrtē in via Ægypti, percussi in gladio iuvenes vestros, vsq; ad captiuitatē equorū vestrorū: & ascendere feci putredinem castrorū vestrorū in nares vestras: & non redistis ad me, dicit Dñs. Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomā & Gomorram, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & nō redistis ad me, dicit Dñs. Quapropter hæc faciā tibi Israël: postquā autē hæc fecero tibi, præparare in occursum

subaudi ad solē  
nitalem.

spote oblata cō  
regare facite.

mūditiam.

c. grat hic. st. c. p.  
sunt dñs de p.  
dist. 7.

Agg 2. c. 18

pestilentiaz.

10  
fftozem.

Gen. 19. c. 24



opus.

quiora et tenebrae

**iesus.**

sum Dei tui Israël. <sup>1</sup> Quia ecce formans <sup>2</sup> mōtes, & creans ventū, & annuntiās homini eloquium suum faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terrę: Dominus Deus exercituum nomen eius.

## CAP. V.

c. si paulo. 32. 9. 5.

70. annuntias.

in hōie christi sui.

nihilum.

7  
Subaudi inquiri te post dñm qui fr2  
tenebre scere facit:3  
robora vastatorem.4  
diem nocte mutantem5  
vastator sup munitionem vaniet.6  
Ufr. 9. b. 6.**iesus. i. cor. 1.**9  
cibum electu.

Seph. 1. c. 13.

**A**udite verbum istud quod ego leuo <sup>1</sup> super vos planctum. Domus Israël <sup>2</sup> cecidit, & nō adiciet vt resurgat. Virgo <sup>3</sup> Israël proiecta est in terrā suā, non est qui suscitet eam. <sup>4</sup> Quia hæc dicit Dñs Deus, <sup>5</sup> Vrbs de qua egrediebātur mille, relinquetur in ea centū: & de qua egrediebantur centū, relinquentur in ea decē in domo <sup>6</sup> Israël. <sup>7</sup> Quia hæc dicit Dñs domui Israël, <sup>8</sup>

<sup>9</sup> Quærite me, & viuetis. <sup>10</sup> Et nolite querere Beth-el, & in Galgalā nolite intrare, & in Ber-sabee non trāsibitis: quia Galgala ca- <sup>11</sup>ptiua ducetur, & Beth-el erit inutilis.

<sup>12</sup> Querite Dñm, & viuite: ne fortē cōbu- <sup>13</sup> ratur vt ignis domus Ioseph, & deuora- <sup>14</sup> bit, & nō erit qui extinguat Beth-el. <sup>15</sup> Qui <sup>16</sup> conuertitis in absynthiū iudiciū, & iusti- <sup>17</sup> tiam in terra relinquitis. <sup>18</sup> Facientem Ar- <sup>19</sup> cturum, & Orionē, & cōuertentē in ma- <sup>20</sup> ne tenebras, & diem in noctē mutantem:

<sup>21</sup> il qui vocat aquas maris, & effundit eas <sup>22</sup> super faciem terrę: Dñs nomen est eius.

<sup>23</sup> Qui subridet vastitatē super robustum, <sup>24</sup> & depopulationē super potentem affert.

<sup>25</sup> Odio habuerunt corripientē in porta: & <sup>26</sup> loquentem perfectē abominati sunt. <sup>27</sup> Id- <sup>28</sup> circo, pro eo quod diripiebatis pauperē: <sup>29</sup> & prædam electā tollebatis ab eo: idomos

quadro



- quadro lapide ædificabitis, & nõ habita-  
 bitis in eis: vineas plātabitis amātissimas,  
 12 & non bibetis vinū earum. ¶ Quia cogno-  
 ui multa scelera vestra, & fortia peccata  
 vestra: hostes iusti accipientes munus, &  
 13 pauperes deprimētes in porta. ¶ Ideo pru-  
 D dens in tempore illo tacebit, quia tempus  
 14 malum est. ¶ Quærite bonū, & non ma-  
 lum, vt viuatis: & erit Dñs Deus exerci-  
 15 tuum vobiscum, sicut dixistis. ¶ Odite Rom. 12. b. 9.  
 malum, & diligite bonū, & constituite P sal. 96. d. 10  
 in porta iudiciū: si fortè misereatur Dñs 33. c. 15. 36. 60  
 16 Deus exercituū reliquiis Ioseph. ¶ Propte- 27.  
 rea hæc dicit Dominus Deus exercituum  
 dominator, in omnibus platéis planctus:  
 & in cunctis quæ foris sunt, dicetur væ  
 væ: & vocabunt agricolā ad luctum: &  
 17 ad planctum eos qui sciunt plangere. ¶ Et  
 E in omnibus vineis erit planctus: quia  
 18 pertransibo in medio tui, dicit Dñs. ¶ Væ  
 desiderātibus diem Domini: ad quid eā  
 vobis: dies Domini ista, tenebræ, & non  
 19 lux. ¶ Quomodo si fugiat vir à facie leo-  
 nis, & occurrat ei versus: & ingrediatur  
 domum, & innitatur manu sua super pā-  
 20 rietem, & mordeat eū coluber. ¶ Nūquid  
 F non tenebræ dies Domini, & non lux: &  
 21 caligo, & non splendor in ea? ¶ Odi, &  
 proieci festiuitates vestras: & nõ capiam  
 22 odorē cœtuū vestrorū. ¶ Quòd si obtule-  
 ritis mihi holocausta, & munera ve-  
 23 strorum non respiciā. ¶ Aufer à me tumul  
tum carminū tuorum: & cātica lyræ tuæ  
 non

médicorū iudiciū  
 puerentes.

Rom. 12. b. 9.  
 P sal. 96. d. 10  
 33. c. 15. 36. 60  
 27.

¶ vs. 16.

Esa. 13. a. 6.

b. 9.

Iere. 30. b. 7.

1 cœl. 2. c. 11.

Soph. 1. d. 13.

c. odi. 24. 9. P.

¶ vs. 1. c. 10.

d. 14.

Iere. 6. e. 20.

Mala. 2. c. 13.

Sacrificia pacifi-  
 corū.

¶ vs. 2. multitudinē



voluet se.

PROP H.

CAP. VI.

Sicuti nomē idoli  
regem vrum  
placētā  
v. Ar. 7. r. 42.  
tempnā figurat  
quas fecistis vobis  
adorare sas. 70.  
Et cōphus Deo  
tensit.

non audiā. Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. Nunquid hostias & sacrificiū obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israël? Et portastis tabernaculū Moloch vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sydus Dei vestri, quę fecistis vobis. Et migrate vos faciam trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercituū nomen eius.

CAP. VI.

aug. li. 4. de doct. chrs. c. 7.

quieti Luc. 6. d. 24.  
nominati a pnci  
pio gentiū. Et veng  
ad eos domus  
israel.  
nūquid meliores  
sūt regnis istis.  
lōgiquam putant  
ppinquā cogi  
tant sedem.  
extenditis vos.  
Saginatij.  
vel scientiā mu  
sicorū instrumēto  
rum.  
nō condolebant  
appropinqua bit  
lultus exten dē  
tiū sē in lectis.

Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samarię: optimates capita populorum, ingredientiē pompatrice domū Israël. Tranſite in Chalāne, & videte, & ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palestinorū, & ad optima quęque regna horū: si latior terminus eorū termino vestro est? Qui separati estis in diē malū: & appropinquatis folio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio amenti. Qui canitis ad vocē psalterij: sicut David putauerunt se habere vasa cantici. Bibentes vinū in phialis & optimo vnguēto delibuti: & nihil patiebatur super cōtritione Ioseph. Quapropter nunc migrabūt in capite transmigratium: & auferetur factio lasciuientū. Iuravit Dñs Deus in anima sua, dicit Dñs Deus exercituū, Detestor ego superbiā Iacob, & domos eius odi, & tradā ciuitatē cum habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint

Iero. 51. b. 14



<sup>i</sup> pntinus eig et a  
uuncul9 eig

1 fuerint decē viri in domo vna: & ipsi morientur. <sup>2</sup> Et tollet eū propinquus suus, & cōburet eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est,  
 11 Nunquid adhuc est penes te? <sup>3</sup> Et respondet, Finis est. Et dicet ei, Tace, & nō recorderis nominis Dñi. <sup>4</sup> Quia ecce Dñs mandauit, & percutiet domū maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus.  
 13 <sup>5</sup> Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis, qm̄ conuertitis in amaritudinē iudiciū, & fructum iustitiæ in absynthiū? <sup>6</sup> Qui lætamini in nihili: qui dicitis, Nunquid nō in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?  
 15 <sup>7</sup> Ecce enim suscitabo super vos domus Israël, dicit Dominus Deus exercituum, gentem: & cōterent vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem deserti.

<sup>c</sup> q2 nō subaudi su  
ing assuati cōme  
motate nomen

<sup>oo</sup> **IESUS. I. C.**

<sup>a</sup> / . 5 . 5 .  
venenū nuf fel

<sup>o</sup> q germinabat ha  
rba serotina. Et  
ecce herba sero  
na ascendit  
ost tōnsiones  
arbat quā Exc  
derat rex.

## CAP. VII.

1 **H**Æc ostendit mihi Dñs Deus: & ecce  
 A <sup>1</sup> **H**ictor locustæ in principio germinatiū serotini imbris, & ecce serotinus post  
 2 <sup>2</sup> **"tonforē gregis"**. <sup>3</sup> Et factū est: cū consummasset comedere herbam terræ, dixi, Dñe Deus propitius esto obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? <sup>4</sup> Misertus est Dñs super hoc: Nō erit, dicit Dñs. <sup>5</sup> Hęc ostendit mihi Dñs Deus: & ecce vocabat iudiciū ad <sup>6</sup> ignē Dñs Deus, & deuorauit abyssum multā, & comedit simul partē.  
 5 <sup>7</sup> Et dixi, Domine Deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est?  
 6 <sup>8</sup> **Misertus est Dñs super hoc:** Sed & istud

<sup>7</sup> parce

<sup>4</sup> tōnsionem  
regis 2.

<sup>4</sup> pmituit dñs it. j.

<sup>5</sup> ad iuditiū cū igna

k

non



- . 4.  
pendiculum  
neum. Et. j.  
ut ptra seam  
sanctuarium  
coniuravit  
ppendiculum Et. j.

palatium.

v. greg. 2. mor  
c. 41.

x  
vel colligens sil  
uestres ficus.

non erit, dicit Dñs Deus. <sup>7</sup> Hæc ostendit  
mihi - Dñs<sup>8</sup>: & ecce Dñs stans super mu-  
rum litū, & in manu eius trulla cæmen-  
tarij. <sup>8</sup> Et dixit Dñs ad me, Quid tu vides  
Amos? Et dixi, Trullā cæmentarij. Et dixit  
Dñs, Ecce ego ponā trullam in medio po-  
puli mei Israël: non adiiciā vltra superin-  
ducere eum. <sup>9</sup> Et demolientur excelsa idó-  
li, & sanctificationes Israël desolabuntur: C  
& confurgā super domū Ieroboā in gla-  
dio. <sup>10</sup> Et misit Amasias sacerdos Beth-el  
ad Ieroboā regē Israël, dicens, Rebellauit  
contra te Amos in medio domus Israël:  
non poterit terra sustinere vniuersos ser-  
mones eius. <sup>11</sup> Hæc enim dicit Amos, In  
gladio morietur Ieroboā, & Israël capti-  
uus migrabit de terra sua. <sup>12</sup> Et dixit Ama-  
sias ad Amos, Qui vides, gradere, fuge in  
terrā Iuda: & comede ibi panem, & pro-  
phetabis ibi. <sup>13</sup> Et in Beth-el non adicies  
vltra vt prophetes: quia sanctificatio re-  
gis est, & domus regni est. <sup>14</sup> Responditq;  
Amos, & dixit ad Amasiā, Non sum pro-  
pheta, & non sum filius prophetæ: sed ar-  
mentarius ego sum vellicans sycomoros.  
<sup>15</sup> Et tulit me Dñs cū sequerer gregē, &  
dixit Dñs ad me, Vade, propheta ad po-  
pulū meū Israël. <sup>16</sup> Et nunc audi verbum  
Domini, Tu dicis, Nō prophetabis super  
Israël, & non stillabis super domū idóli.  
<sup>17</sup> Propter hoc hæc dicit Dñs, Vxor tua in  
ciuitate fornicabitur, & filij tui & filia  
tua in gladio cadēt, & hum⁹ tua funicu-  
lo metietur: & tu in terra polluta morie-

ris,



ris, & Israël captiu<sup>9</sup> migrabit de terra sua.

## CAP. VIII.

- 1 **H**Æc ostendit mihi Dñs Deus: & ecce *in ululatu vertetur cantica.*
- 2 **V**ncinus pomorū. Et dixit, Quid tu *absorbetis*
- A vides Amos? Et dixi, Vncinū pomorum. *rogitatis succi  
dere.*
- Et dixit Dominus ad me, Venit finis super *mensis 3*
- populū meum Israël: nō adiciā ultra vt *7  
Ephra*
- 3 pertranscā eū. Et stridebunt cardines tem- *proverb. 11.  
vendamg*
- pli in die illa, dicit Dominus Deus: multi *superbiam*
- 4 morientur: in omni loco proicietur si- *4  
p consuetudine sua  
Est in iacob.*
- 5 lentium. Audite hoc qui contēritis pau- *5  
vel absorbitur*
- perem, & deficere facitis egenos terræ, *Dent 2.  
Iere. 15. b. 9.*
- 6 dicentes, Quando transibit 'messis', & *Tob. 2. b. 6.  
1. Ma. 1. c. 44.*
- B vanundabimus merces: & sabbathum, & *1*
- aperiemus frumentum: vt imminua- *2*
- mus mensuram, & augeamus siclum, & *3*
- 6 supponamus statēras dolosas, Et possi- *4*
- deamus in argento egenos & pauperes, *5*
- 7 pro calceamētis, & quisquillas frumenti *6*
- 7 vendamus? Iuravit Dominus in 'super- *7*
- bia', Iacob, Si oblitus fuero vsq; ad finem *8*
- 8 omnia opera eorū. Nunquid super isto *9*
- non cōmouebitur terra, & lugebit omnis *10*
- habitor eius: & ascendet quasi fluuius *11*
- uniuersus, & eiicietur, & defluet quasi ri- *12*
- 9 uus Ægypti? Et erit in die illa, dicit Dñs *13*
- C occidet sol in meridie, & tenebrescere fa- *14*
- 10 ciam terrā in die luminis. Et conuertā *15*
- festiuitates vestras in luctū, & omnia can- *16*
- 11 tica vestra in planctum: & inducā super *17*
- omne dorsum vestrum saccum, & super *18*
- omne caput caluitiū: & ponam eā quasi *19*
- 12 luctū vnigeniti, & nouissima eius quasi *20*
- 13 diem amarum. Ecce, dies veniunt, dicit *21*
- 14 *22*
- Domi-

k a

Domi-



c. si paulg. 32. g. 1. Dominus, & emittā famem in terrā: non  
 famē panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi  
 verbum Dñi. <sup>1</sup> Et cōmouebuntur à Mari <sup>12</sup>  
 vsq; ad mare, & ab Aquilone vsq; ad Oriē <sup>D</sup>  
 tem: circuibunt quærentes verbum Dñi,  
 & non inuenient. <sup>2</sup> In die illa deficient <sup>13</sup>  
 virgines pulchræ, & adolescentes in siti.  
<sup>3</sup> Qui iurant in delicto Samariæ, & dicūt, <sup>14</sup>  
 Viuit Deus tuus Dan: & viuit via Ber-  
 bee. & cadent & non resurgent vltra.

<sup>1</sup>  
 Supl. *supl. in*  
*liminare.*

*postes: Et in frustra*  
*coicidā for in capite*  
*oes ipso.*

*eis qui fu-*  
*gient 3.*  
*Psal. 138. v. 8*

*tabescit*

*a* *Her. 44. c. 11*  
*demergetur*

*iesus. hic*  
*ro. hic,*  
*5. c. 8.*

## CAP. IX.

Vidi Dominum stantem super altare: <sup>1</sup>  
 & dixit, Percute cardinem, & com- <sup>A</sup>  
 moueantur superliminaria: avaritia enim  
 in capite omniū, & nouissimū eorum in  
 gladio interficiam: non erit fuga <sup>2</sup> eis: fu-  
 gient, & non saluabitur ex eis qui fuge-  
 rit. <sup>3</sup> Si descenderint vsq; ad infernū, inde  
 manus mea educet eos: & si ascēderint vs-  
 q; in cælū, inde detrahā eos. <sup>4</sup> Et si abscon-  
 di fuerint in vertice Carmeli, inde scru-  
 tās auferā eos: & si celauerint se ab oculis  
 meis in profundo maris, ibi mandabo ser-  
 penti & mordebit eos. <sup>5</sup> Et si abierint in  
 captiuitatem coram inimicis suis, ibi mā-  
 dabo gladio, & occidet eos: <sup>6</sup> & ponam o-  
 culos meos super eos in malum, & non  
 in bonū. <sup>7</sup> Et Dñs Deus exercituum qui  
 tangit terrā, & tabescet: & lugebunt om- <sup>B</sup>  
 nes habitantes in ea: & ascendet sicut ri-  
 uus omnis, & defluet sicut fluuius Ægy-  
 pti. <sup>8</sup> Qui ædificat in cælo ascensionem <sup>6</sup>  
 suam, & fasciculum suum super terram  
 fundauit: <sup>9</sup> qui vocat aquas maris, & ef-  
 fundit



fundit eas super faciem terrę, Dñs nomen  
 7 eius. ¶ Nunquid non vt filij Æthiopũ vos  
 estis mihi, filij Israël, ait Dñs? nunquid nõ  
 Israël ascendere feci de terra-Ægypti: &  
 Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de  
 8 Cyrene? ¶ Ecce oculi Domini Dei super  
 C regnum peccans, & conteram illud à fa-  
 cie terræ: veruntamen conterens nõ con-  
 9 teram domũ Iacob, dicit Dñs. ¶ Ecce enim *comouete faciã*  
 mandabo ego, & concutiam in omnibus  
 gentibus domum Israël, sicut concutitur  
 in cribro: & non cadet lapillus super ter-  
 10 ram. ¶ In gladio morientur omnes pecca-  
 tores populi mei: qui dicunt, Non appro-  
 pinquabit, & non veniet super nos ma-  
 11 lum. ¶ In die illa ¶ suscitabo tabernaculum. *As. 15. c. 15. tibi*  
 David, quod cecidit: & reædificabo aper- *iesus. 13.*  
 turas murorum eius, & ea quæ corruerāt  
 instaurabo: & reædificabo eum sicut in  
 12 diebus antiquis. ¶ Vt possideant reliquias  
 Idumææ, & omnes nationes, eo quòd in- *Sup gans in uoca-*  
 uocatum sit nomen meum super eos: di- *tum est nomen*  
 13 cit Dominus faciens hæc. ¶ Ecce dies ve- *accedet arator*  
 niunt, dicit Dominus: & comprehendet *cũ messor: Et cal-*  
 arator mesforem, & calcator vugę mitten- *cator vugę cum*  
 14 tem semẽ: ¶ & stillabunt montes dulcedi- *portate.*  
 nem, & omnes colles culti erunt. ¶ Et con *Ioel 3. d. 18.*  
 uertam captiuitatem populi mei Israël: & *mũstum*  
 ædificabunt ciuitates desertas, & inhabi- *fluẽnt*  
 tabunt, & plantabunt vineas, & bibent  
 vinũ earũ: & facient hortos, & comedẽt  
 15 fructus eorũ. ¶ Et plantabo eos super hu-  
 mum suã: & non euellã eos vltra de terra  
 sua quam dedi eis, dicit Dñs Deus tuus.



PROLOGVS IN ABDIÆ  
PROPHETIAM. tom. 6.

**I**ACOB patriarcha habuit fratrem Esau : qui ob coctionem rufam, propter quam vendidit primogenita, Edom Hebræa lingua appellatus est, quod Latine rufus dicitur. Is memoratum fratrem suum, qui Israël nomen accepit, graui odio commotus interire conatus est. Qua de causa omnes qui populū Israël: id est, filios patriarchæ Iacob, prædicti Esau odiū imitati, persequuti sunt, Esau & Edom appellati sunt : & quia populus Israel de captiuitate Chaldæorū per Cyrum regem Persarum nutu Dei reuocatus in Ierusalē ab alio regno grauiter afflictus atque oppressus est, ideo hoc regnum, quod more Esau, prædictum populū persequutum est, per denuntiationem Abdiæ prophætæ increpatur, quod non Dei indignatione sed sua virtute populū superatū gloriabatur, de quo regno olim per Dauid in psalmo centesimo trigesimo sexto dictum est, Memorare Domine filiorum Edom in die Ierusalem. Nam reliqua lectione comprehensa, futurū in Gentes iudicium ob causas lectione comprehensas: regnumque Dei in populo Israël significatur. Hebræi hunc dicunt esse, qui sub rege Samariæ Achab, & impiissima Iezabel, pauit centum prophetas in specubus, qui non curuauerūt genu ante Baal: & de septē millibus erat, quos Elias arguitur ignorasse. Sepulchrum quoque eius vsq; hodie cum mansolæo Elisei prophætæ & Baptistæ Iohannis, in Sebaste venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Iudææ, Antipatri filius, in honorem Augusti Caesaris Græco nomine vocauit Augustam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem: & de duce exercitus, fit dux Ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat: nunc in toto orbe Christi pascit ecclesias. & *Φερώνυμος* sicut in Actis Apostolorum Stéphanus martyrio coronatus: ita & hic, seruus appellatus est Domini.

PRO-



PROPHETIA ABDIÆ. caput vnicuz.



1 I s i o Abdiæ. Hæc dicit  
 A Dominus Deus ad Edō,  
 2 || Auditum audiuimus à  
 Dño, & legatū ad Gen-  
 tes misit, Surgite, & con-  
surgamus aduersus eum

Iere. 49. c. 14

**trinitas.**

2 in prælium. ¶ Ecce paruulum dedi te in  
 Gentibus: contemptibilis tu es valde.

gen. 1. / mic  
 hee. 5. / isa  
 ie. 26. / hier  
 on. hic.

3 ¶ Superbia cordis tui extulit te, habitan-  
 tem in scissuris petrarum, exaltantem so-  
 lium tuum: qui "dicis in corde tuo, Quis

¶ dicit in  
 corde suo 14.

4 detrahet me in terram? ¶ Si exaltatus fue-  
 ris vt aquila, & si inter sydera posueris ni-  
 dum tuum: inde detrahã te, dicit Domi-

Iere. 49. c. 16

5 nus. ¶ Si fures introissent ad te, si latrones

B per noctem: quomodo conticuisses? nõn-  
 ne furati essent sufficientia sibi? si vinde-  
 miatores introissent ad te, nõquid saltem

6 racemũ reliquissent tibi? ¶ Quomodo ser-  
 uati sunt Esau: inuestigauerũt abscondita

7 eius? ¶ Vsq̃ue ad terminũ emiserũt te om-  
 C nes viri fœderis tui: illuserunt tibi: inua-

8 luerunt aduersum te viri pacis tuę: qui co-  
 medũt tecũ, ponent insidias subter te: nõ

Isa. 29. e. 14.

9 est prudentia in eo. ¶ Nũquid non in die  
 illa, dicit Dñs, perdam sapientes de Idu-  
 mæa, & prudentiã de monte Esau? ¶ Et ti-

10 mebunt fortes tui à Meridie, vt intereat  
 D vir de mōte Esau. ¶ Propter interfectionẽ,  
 & ¶ propter iniquitatẽ in fratrem tuũ Iacob,

Ge. 27. g. 43

11 ¶ In die cũm stares aduersus-eum, quãdo  
 capiebant alieni exercitũ eius, & extranei

- . 4.

k 4

ingre-



ingrediebantur portas eius, & super Ieru-  
 salem mittebant sortem: tu quoque eras  
 quasi vnus ex eis. <sup>12</sup> Et non despicias in die  
 fratris tui, in die peregrinationis eius: & <sup>13</sup>  
 non lætaberis super filios Iuda, in die per-  
 ditionis eorum: & non magnificabis os  
 tuum in die angustia. <sup>13</sup> Neque ingredieris  
 portam populi mei in die ruinae eorū: ne-  
 que despicias & tu in malis eius in die va-  
 stitatis illius: & non emitteris aduersus  
 exercitū eius in die vastitatis illius. <sup>14</sup> Ne-  
 que stabis in exitibus, vt interficias eos  
 qui fugerint: & non concludes reliquos  
 eius in die tribulationis. <sup>15</sup> Quoniā iuxta  
 est dies Dñi super omnes gentes: sicut fe-  
 cisti, fiet tibi: retributionē tuā cōuertet in  
 caput tuum. <sup>16</sup> Quomodo enim <sup>16</sup> "bibistis"  
 super montē sanctū meū, bibent omnes  
 Gētes iugiter: & bibent & absorbebunt,  
 & erunt quasi nō sint: <sup>17</sup> Et in monte Sion  
 erit saluatio, & erit sanctus: & possidebit  
 domus Iacob eos qui se possederant. <sup>18</sup> Et  
 erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph  
 flamma, & domus Esau stipula, & succen-  
dentur in eis, & deuorabunt eos: & non  
 erunt reliquiae domus Esau, quia Dñs lo-  
 cutus est. <sup>19</sup> Et hæreditabunt hi qui ad Au-  
 strum sunt, montem Esau, & qui in cam-  
 pestribus Philisthiim: & possidebunt re-  
 gionē Ephraim & regionem Samariae: &  
 Ben-iamin possidebit Galaad. <sup>20</sup> Et trans-  
migratio exercitus huius filiorum Israël,  
 omnia Chananeorū vsq; ad Sareptā: &  
transmigratio Ierusalē, quæ in Bōsphoro  
 est,

conuertam.

Abibisti

**iesus.**  
succendent.

ij expulsī sūt de.

Hispania. chal  
dagca.  
vlace



est, possidebit ciuitates Austri. Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit Domino regnum.

*Apostoli. z.  
Esd. 9.  
Eccia. iudic  
3. ge  
n. 51.  
Et dñs dī apo  
stolus. heb. 3.*

PROLOGVS IN PRO-  
PHETIAM IONAE.

Ex proœmio commentariorum Hie-  
ronymi in Ionam.

**I**ONAM sanctum Hebræi affirmant filium fuisse mulieris viduæ Sareptanæ, quem Elias propheta mortuum suscitauit: matre postea dicente ad eum, Nunc cognoui quia vir Dei es tu: & verbum Dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiam causam ipsum puerum sic vocauit Amathi. Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat. Et ex eo quod verum Elias locutus est: ille qui suscitatus est filius esse dicitur veritatis. Ideo de veritate colūba nascitur: quia Ionas columbam sonat. In condemnationem autem Israël Ionas ad gētem mittitur: quod Ninive agente poenitentiam, illi in malitia perseuerant. Temporibus quippe Ieroboā filij Ioas regis Israël, qui Deo derelicto, cum populo suo in Samaria idolis sacrificabat, Ionam prophetā fuisse quartus liber Regum indicat. Is cum prophetia illumināte peccatores ciuitatis Ninive Dei misericordiam cōsecuturos videret: ne falsa prædicare videretur, ad denuntiandū interitum eiusdem ciuitatis ire volebat. Nam sicut Deus ad Abrahā de impietate Sodomorum & Gomorrhæorum locutus est, Clamor Sodomorū & Gomorrhæorum peruenit ad me: Ita & de Ninive dicitur, Eò quòd ascenderit clamor malitiæ eius ad Deum. Et quia sententia Dei de Sodomis facta, minime reuocata est: ita & Ionas aduersum Niniuem prolatam sententiam reuocari volebat: diuinæ dispensationis ignarus qui salutem hominū ad se conuertentium magis vult, quàm interitum. Hoc illi acciderat, quod & sancto Elisæo, qui filium Sunamidis mulieris, mortuum ignorauit. Ideo à conspectu Dei fugere se Ionas putabat, humanum aliquid passus, dicente Dauid, Quò ibo à spiritu tuo: & à facie tua quò fugiam?

k s

IONÆ



H. 4. ca  
pita.

CAP. I.

c. nō exemplo etc.  
non Ientim. 26. q.  
2.

T factū est verbū Domini  
ni ad Ionā filiū Amathi,  
dicens, Surge, & vade in  
Niniuen ciuitatē grandē,  
& prædica in ea: quia as-  
cendit malitia eius corā  
me. Et surtexit Ionas, vt fugeret in Thai-  
sis à facie Dñi, & descendit in Ioppen, &  
inuenit nauē euntem in Tharsis: & de-  
dit naulū eius, & descendit in eam, vt iret  
cū eis in Tharsis à facie Domini. Dñs au-  
tem misit ventū magnū in mare: & facta  
est tēpestas magna in mari, & nauis peri-  
clitābatur conteri. Et timuerūt nauē, &  
clamauerunt viri ad Deū suū: & miserūt  
vasa quæ erāt in nauī in mare, vt alleuia-  
retur ab eis: & Ionas descēdit ad interio-  
ra nauis, & dormiebat sopore graui. Et  
accessit ad eum gubernator, & dixit ei,  
Quid tu sopore deprimeris? surge inuoca  
Deū tuū, si fortē recogitet Deus de nobis,  
& non pereamus. Et dixit vir ad collegā  
suū, Venite, & mittam⁹ sortes, & sciamus  
quare hoc malū sit nobis. Et miserunt sor-  
tes: & cecidit fors super Ionā. Et dixerūt  
ad eum, Indica nobis: cuius causa malum  
istud sit nobis, quod est opus tuum? quæ  
terra tua? & quo vadis? velex quo po-  
pulo es tu? Et dixit ad eos, Hebræus  
ego sum, & Dominum Deum cæli ego  
timeo, qui fecit mare & aridam. Et ti-  
muerunt

proiecit

perstabatur

soporante.

vel placetur deo

vnusquisq; ad proxi-  
mū

et unde venis?



C muerunt viri timore magno, & dixerunt ad eū, Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum, Quid faciem⁹ tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumescebat\*. Et <sup>\*super eos.</sup> dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grādis <sup>\*super vos.</sup> Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridā, & non valebāt: quia mare ibat, & intumescebat super eos. Et clamauerūt ad Dñm, & dixerūt, Quæsumus Dñe, ne peream⁹ in anima viri istius, & ne des super nos sanguinē innocentē: quia tu Dñe, sicut voluisti fecisti. Et tulerunt Ionā, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno Dñm, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

## CAP. III.

ET præparauit Dominus piscem grandem vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dñm Deum suum de ventre piscis. Et dixit, Clamaui de tribulatione mea ad Dominū: & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Et proiecisti me in profundū in corde maris, & flumē circundedit me: oēs gurgites tui, & fluctus tui super me trāsierūt. Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculotū tuorum: veruntamen rursus videbo

Mat. 12. c. 40

16. a. 4.

Luc. 11. d. 30.

1. Cor. 15. a. 4.

Psal. 3. a. 5.

17. a. 7. 117. a. 2.

5. 119. a. 10.

**IESUS**



aspiciam ad

Psal. 68. 2. 1.

vel alga alligata  
est capiti meo

debo templum sanctum tuum.

¶ Circundederunt me aque vsq; ad ani-  
mam, abyssus vallauit me, pelagus ope-  
ruit caput meum.¶ Ad extrema montium descendi, terræ  
vectes concluderunt me in æternum: &  
subleuabis de corruptione vitam meam,  
Domine Deus meus.¶ Cum angustiaretur in me anima mea,  
Domini recordatus sum: vt veniat ad te  
oratio mea ad templum sanctum tuum.¶ Qui custodiunt vanitates frustra, mi-  
sericordiam suam derelinquunt.¶ Ego autem in voce laudis immolabo  
tibi: quæcunque voui reddam pro salute  
Domino.¶ Et dixit Dominus pisci: & euomuit  
Ionam in aridam.

CAP. III.

ET factum est verbū Dñi ad Ionam se-  
cundò, dicens, ¶ Surge, & vade in Ni-  
niuen ciuitatem magnā: & prædica in ea  
prædicationem quam ego loquor ad te.¶ Et surrexit Ionas & abiit in Niuiue iux-  
ta verbū Domini: & Niniue erat ciuitas  
magna itinere trium dierum.¶ Et cœpit  
Ionas introire ciuitatē itinere diei vnus:  
& clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta  
dies, & Niniue subuertetur.¶ Et credide-  
runt viri Niniuitæ in Deū: & prædicaue-  
runt ieiuniū, & vestiti sunt sacco à ma-  
iore vsq; ad minorem.¶ Et peruēnit verbū  
ad regē Niniue: & surrexit de solio suo, &  
abiecit vestimentū suū à se, & indutus est  
sacco, & sedit in cinere.¶ Et clamauit, &  
dixit, ¶ Et clamauit, & dixit  
dixit¶ Vtū quod voue-  
rat in fine pmi  
capitis4  
in dominū:

Mat. 12. d. 41

Luc. 11. e. 32

70. tres dies  
trāstulerūt

deo. hñt nri

qua exēpla

ria. hñt hic. Et 70. et hebraica. in

diuo hieronymo. tom. 6. deo. vel. dei.



dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boves, & pecora nō gustent quicquam nec pascantur, & aquā non bibant. Et operiantur faccis homines & iumenta, & clament ad Dñm in fortitudine: & conuertatur vir à via sua mala & ab iniquitate quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum quia cōuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

## CAP. IIII.

ET afflicto est Ionas afflictione magna, & iratus est: & orauit ad Dñm, & dixit, Obsecro Dñe, nunquid non hoc est verbū meum, cū adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupauit vt fugerē in Tharsis. scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia.

Et nunc Dñe tolle quæso animā meā à me quia melior est mihi mors quàm vita. Et dixit Dñs, Putasne bene irasceris tu? Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientē ciuitatis: & fecit sibi met vmbraclum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit Dñs Deus hederā, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eū, laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hederā, lætitia magna. Et parauit Deus

vermem

dorm

Iere. 2. b. 11

vnusquisqz

Ioel 2. c. 14

m pñteat deū

Ierem. 19. 20.

26. 30.

pñtuit deum

7

displicuit ione di

splicetia.

5

nōne vehemēs ira

Est tibi?

2

cucurbitam.

3

vt trueret suā ama

lo eius: o

Hieronimo Augu

stino. Epist. 11. in

lomo. 7. opuz au

gustini. ait se trā

tulisse hederā

cū vox hebraeā

qz hederā neqz

uucurbitā signif

icet sed aliud ge

nus herbe. qd dici

tur kikhon. la

ta hñs folia in

modū pāpini

cicniō pūnic

aliqua este

Iheroa.

na.  
afflictio  
me. is  
11. 40.  
mat.  
11.

1  
2  
A

4  
B

6  
C

7

7



ascendente auro

vermem ascensu diluculi in crastinu : & C  
 percussit hederam & exaruit. Et cum ortus  
 fuisset sol, precepit Dominus vento ca- 8  
 lido & vrenti : & percussit sol super ca-  
 put Ionae, & aestuabat. & petiuit animae  
 suae vt moreretur, & dixit, Melius est mi-  
 hi mori quam viuere. Et dixit Dñs ad 9  
 Ionam, Putasne bene irasceris tu super he-  
 deram? Et dixit, Bene irascor ego vsq; ad 10  
 mortem. Et dixit Dominus, Tu doles su- D  
per hederam, in qua non laborasti, neque  
 fecisti vt cresceret, quae sub vna nocte na-  
 ta est, & sub vna nocte periit. Et ego no 11  
 parcam Niniue ciuitati magnae, in qua  
 sunt plusquam centum viginti millia ho-  
 minum, qui nesciunt quid sit inter dexte-  
 ram & sinistram suam, & iumenta multa?

deus

cucurbitae. 70. Et greci

c. nau. c. sicut  
ait. de pnia.  
dist. 3.

Deut. 1. que  
12. Exo. 23.

hieron. hic. vel p. inno centiam et simplici-  
tate vt lacte

tert. etate et  
relinquati  
ntell. et ui.

quid sit nu-  
merus etatis

alberig. cu t  
atq; sit parue

loze. vel qz  
ate alia pni-

tetia io noza  
bat quid est

et inter bo-  
nu. et malu-  
multi loze

PROLOGVS IN MICHAË  
PROPHETIAM. tom. 6.

**TEMPORIBVS** Ioatham & Achaz & Eze-  
 chiae regum Iuda, Michaeam prophetam ad hanc pro-  
 phetiam Spiritu sancto repletum fuisse, lectio ipsa  
 demonstrat. Sed de suprascripto numero regum, Ioa-  
 tham & Ezechiam Deo ob religionem placuisse, hi-  
 storia libri quarti Regum, & secundi Paralipome-  
 non indicat. Achaz vero relicto Deo, idola Samarie,  
 quibus etiam filios suos in sacrificium igni concre-  
 mandos obtulerat, coluisse constat. Quam ob rem,  
 Deus Samariam, quae reges Israël & Iuda memora-  
 torum simulachrorum superstitione scellerat, in-  
 crepans, indignationem suam in eam processuram  
 comminatus est. Populo etiam Israël prauaricatori,  
 & principibus eius, qui eundem populum fallaci  
 suasione ad colenda idola impulerant, verbis inse-  
 quentibus, captiuitatem & interitum affuturum de-  
 nuntiat.

MI.



## MICHÆÆ PROPHEZIA.

H3. 7. ca  
pita.

CAP. I.



VERBUM Domini quod factum est ad Michæam Morasthitē, in dieb<sup>9</sup> Iotham, Achaz & Ezechia regū Iuda: quod vidit super Samariā & Ierusalē.

1 ¶ Audite populi oēs: & attendat terra & plenitudo eius: & sit Dñs Deus vobis in

2 restē, Dñs de templo sancto suo. ¶ Quia

3 ecce Dñs egredietur de loco suo: & de-

4 scendet, & calcabit super excelsa terrę. ¶ Et

5 consumentur montes subtus eum: & val-

6 les scindētur sicut cera à facie ignis, sicut

7 aquæ quæ decurrūt in præceps. ¶ In scelere

8 Iacob omne istud, & in peccatis domus

9 Israël. quod scelus Iacob? nōne Samaria?

10 & quæ excelsa Iudæ? nōne Ierusalem? &

11 ponā Samariā quasi aceruum lapidum in

12 agro cū plātat<sup>ur</sup> vinea: & detrahā in val-

13 lem lapides eius, & fundamenta eius re-

14 uelabo. ¶ Et omnia sculptilia eius conci-

15 dentur, & oēs mercedes eius cōburentur

16 igne, & omnia idōla eius ponam in perdi-

17 tionem: quia de mercedibus meretricis

18 cōgregata sunt, & vsq; ad mercedem mo-

19 reticis reuertentur. ¶ Super hoc plangā,

20 & vlulabo: vadam spoliatus & nudus:

21 faciam planctū velut draconum, & luctū

22 quasi struthionum: ¶ Quia desperata est

23 plaga eius, quia venit vsq; ad Iudā, tetigit

24 portā populi mei vsque ad Ierusalem. ¶ In

Geth

Egreditur.

liquefcent. v

Deut. 32. a. 3. ierem

Isa. 1. a. 2. 29. iob

Esa. 26. d. 21. 16. ma

a. 13.

pp preuaricationem

vel quis fuit cau

sa preuaricationem

is

in

4. reg. 27. 24  
25.



pp domos ipsiq

in phra / n

transi habitatio

Saphit cu demuda

is puden dij.

Saanā ad plāctum

bet haesel: vnicui

qz vruq auferet

mā si vne suā.

pp bonū habita

trix maroth:

lign quādrions

ad equos v̄toci

ssimos o habita

trix. S

domn ipsi more

lōh.

domus nichib et

unt.

iniquitatem.

est facultas in mani

bus

dominum.

opprimebant

lamentebut lame

tū: in lamēto dice

tuz.

ironia

idcirco. prohibet lex. diuina. Exo. 20. deut. 5. mus:

ne cōcupisens. etc.

Geth nolite annūtiare, lachrymis ne plo-

retis: in domo Pulueris puluere vos con-

spergite. Et transite vobis habitatio Pul-

chra, confusa ignominia, non est egressa

quæ habitat In-exitu: planctum Domus-

vicinæ accipiet ex vobis, quæ stetit sibi-

met. Quia infirmata est in bonum quæ

habitat In-amaritudinibus: quia descen-

dit malū a Domino in portā Ierusalem.

Tumultus quadrigæ stuporis habitanti

Lachis: principium peccati est filia Sion,

quia in te inuēta sunt scelera Israël. Pro-

pterea dabit emissarios super hæreditatē

Geth: domos Mendacij in deceptionem

regibus Israël. Adhuc hæredē adducam

tibi quæ habitas in Maresa: vsq; ad Odol-

lam veniet gloria Israël. Decaluare, &

tondēre super filios deliciarum tuarum:

dilata caluitium tuum sicut aquila: quo-

niam captiui ducti sunt ex te.

## CAP. III.

Væ qui cogitatis inutile & operamini

malū in cubilibus vestris: in luce ma-

rutina faciunt illud, quoniā contra Deū

est manus eorū. Et concupierunt agros,

& violēter tulerunt, & rapuerūt domos:

& calūniabantur virū & domū eius, virū

& hæreditatē eius. Idcirco hæc dicit Dñs,

Ecce ego cogito super familiā istā malū:

vnde non auferetis colla vestra, & non

ambulabitis superbi, quoniā tempus pes-

simum est. In die illa fumetur super vos

parabola, & cantabitur canticū cum sua-

uitate dicētū, Depopulatione vastati su-

mus:



remouebit a nobis: q̄s  
 sperabam nobis de  
 265 stitui diuisit sibi  
 agros nostros.

mus: pars populi mei cōmutata est: quo-  
 modo recedet à me, quum reuertatur, qui  
 5 regiones nostras diuidat? Propter hoc nō  
 erit tibi mittens funiculum sortis in cœ-  
 6 tu Domini. <sup>b</sup> Ne loquamini loquentes,  
Non stillabit super istos, non compreen-  
 7 det confusio. Dicit domus Iacob, Nun-  
 quid abbreviatus est spiritus Domini, aut  
 tales sunt cogitationes eius? Nōne verba  
 mea bona sunt cū eo qui recte graditur?  
 8 Et econtrario populus meus in aduersa-  
 9 rium confurrexit: de super tunicā palliū  
sustulistis: & eos qui transibant simplici-  
 9 ter, conuertistis in bellum. Mulieres po-  
 puli mei eiecistis de domo deliciarū sua-  
 rum: à paruulis earū tulistis laudē meā  
 10 in perpetuum. Surgite, & ite, quia non  
 habetis hīc requiem: propter immundi-  
 tiam eius corrūpetur putredine pessima.  
 11 Vtinam non essem vir habens spiritum,  
& mendacium potius loquerer: stillabo  
tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit su-  
 12 per quē stillatur populus iste. Congre-  
 D gatione congregabo Iacob totum te: in  
 vnum conducam reliquias Israel, pariter  
 ponam illum quasi gregem in ouili, quasi  
 pecus in medio caularum, tumultuabun-  
 13 tur à multitudine hominum. Ascendet  
 enim pandens iter ante eos: diuident, &  
 transibunt portam, & ingredientur per  
 14 eam: & transibit rex eorū coram eis, &  
 15 Dñs in capite eorum. CAP. III.

ne stillate. i. p̄phe-  
 tate p̄p̄ca nōn sti-  
 llabunt sup̄ eos ne  
 cōprehēdāt eos. i.  
 \*d̄ Isaiā nōm̄ina  
 o dilta.

talīs sūt opa.

bñfaciunt ei.

1. vt inimici gal-  
 er in alterū stab-  
 nt. 7

Et cōtra eos q̄ cōfi-  
 det et transibant  
 exuistis tunica  
 et pallio, ac si eff-  
 ugissent ex p̄tel-

10. gloriā.

4  
 corruptione.

c. eūc̄ p̄ncipes.

35. d. x

si fuerit quis piā  
 q̄ ambulat p̄ sinz  
 vti. i. inania. a  
 nnutiet, et mē-  
 datū mētus  
 fuerit dicēdo st-  
 llabo. i. p̄phetā  
 bo tibi de vino  
 et ebrietate: ta-  
 lis erit cōueni-  
 ns populo isti.

destruitor.

diuidet.

13  
 esus

10. 14  
 15. 67

4  
 B

1 ET dixi, Audite principes Iacob, & du-  
 A Eces domus Israel, nunquid non vestrū



est scire iudicium, <sup>1</sup> qui odio habetis bo-  
 num, & diligitis malū: qui violenter tol-  
 litis pelles eorum deſuper eis, & carnem  
 eorum deſuper offibus eorum? <sup>2</sup> Qui co-  
 mederunt carnem populi mei, & pellem  
 eorū deſuper excoriauerunt: & oſſa eorū  
 confregerunt & cōciderūt ſicut in lebete,  
 & quali carnē in medio ollæ. <sup>3</sup> Tunc cla-  
 mabunt ad Dominum, & non exaudiet <sup>B</sup>  
 eos: & abſcondet faciem ſuam ab eis in  
 tempore illo, ſicut nequiter egerunt in  
 adinventionibus ſuis. <sup>4</sup> Hæc dicit Domi-  
 nus ſuper prophetas qui ſeducunt popu-  
 lum meum: qui mordent dentibus ſuis:  
 & prædicant pacem: & ſiquis non dede-  
 rit in ore eorum quippiam, ſanctificant  
 ſuper eum prælium. <sup>5</sup> Propterea nox vo-  
 bis pro viſione erit, & tenebrę vobis pro <sup>C</sup>  
 diuinatione: & occumbet ſol ſuper pro-  
 phetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies.  
<sup>6</sup> Et confundentur qui vident viſiones, & <sup>7</sup>  
confundentur diuini: & operient omnes  
 vultus ſuos, quia non eſt reſponſum Dei.  
<sup>8</sup> Veruntamen ego repletus ſum fortitu-  
 dine ſpiritus Domini, iudicio & virtute:  
 vt annuntiem Iacob ſcelus ſuum, & Iſ-  
 raël peccatum ſuum. <sup>9</sup> Audite hoc princi-  
 pes domus Iacob, & iudices dom<sup>9</sup> Iſraël: <sup>D</sup>  
 qui abominamini iudicium, & omnia  
 recta peruertitis. <sup>10</sup> Qui ædificatis Sion in  
 ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate.  
<sup>11</sup> Principes eius in muneribus iudicabāt,  
 & ſacerdotes eius in mercede docebant,  
 & prophetæ eius in pecunia diuinabant:  
 &

vel opibus.

preparant

erubescunt.  
 amos. 8. iere  
 mic. 5.  
 vel verbum.

Eze. 22. f. 27

Sopho. 3. a. 3.



& super Dominum requiescebant, dicentes: nunquid non Dominus in medio nostrum? non venient super nos mala.

12 <sup>1</sup>Propter hoc, causa vestri, <sup>2</sup>Siō quasi ager arabitur, & Ierusalē quasi aceruus lapidū erit, & mons templi in excelsa sylvarum. <sup>3</sup>Iere. 26. f. 18  
<sup>4</sup>vel altior erit colibus.

## CAP. IIII.

1 **E**T <sup>2</sup>erit, in nouissimo dierū erit mons <sup>3</sup>domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles: & <sup>4</sup>fluent ad eum populi. <sup>5</sup>Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, ascenda-  
mus ad montem Domini & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de viis suis, & <sup>6</sup>ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ierusalem. <sup>7</sup>Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gētes fortes vsque in longinquum: & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentem gladiū, & non <sup>8</sup>discent vltra belligerare. <sup>9</sup>Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum est. <sup>10</sup>Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & vltra. <sup>11</sup>In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eā quam eieceram, colligam, & quam afflixeram\*. <sup>12</sup>Et ponam claudicantem in reliquias: & eam quę laborauerat in gētem robustā. <sup>13</sup>& regnabit Dominus super eos

Isaia 2. 2. 2a

Iesus.

Eccia.

vnusquisqz.

fiesta fuerat.

\* consolabor

Soph. 3. d. 19o

Luc. 1. c. 35o

Dan. 7. d. 24o



vel dnuiz pmu.

in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum. Et tu turris gregis, nebulosa filie Sion vsq; ad te veniet: & veniet potestas prima regnum filie Ierusalé. Nunc quare mœrore contraheris? nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perit, quia cõprehedit te dolor sicut parturientem? Dole, & fatage filia Sion quasi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ quæ dicunt, Lapidetur: & aspiciat in Siõ oculus noster. Ipsi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos quasi foenũ aree. Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuũ ponam ferreum, & vngulas tuas ponam areas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitueris eorum Domino vniuersæ terræ.

1  
Oglia  
vociferabis voci  
feratione.  
ingemisce.

2  
peccauit.  
aspiciat. i. iucud  
u spectaculu vi  
debim in sion.

11  
manipulu ad  
aram.

desyderium

4  
cõiuges te exer  
citus filia exer  
citus. i. veniet ad  
uer su te exercitu

CAP. V.

Nunc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos, in virga percipient maxillam iudicis Israël. Et TUBETH-LEHEM Ephrata, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël: & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: reliquiæ fratrum eius cõuertentur ad filios Israël. Et

Matt. 2. 4. 6.  
Io. 11. 7. f. 42  
**iesus.**

10.  
manebunt.



4<sup>o</sup> Et stabit, & pascet in fortitudine Domi-  
 B ni in sublimitate nominis Domini Dei *vel mittemq.*  
 sui: & conuertentur, quia nunc magnifi-  
 5 cabitur vsque ad terminos terræ. <sup>o</sup> Et erit  
 iste <sup>o</sup> pax: Assyrius<sup>o</sup> quum venerit in ter- <sup>o</sup> *pax Assyr-*  
 ram nostram, & quādo calcauerit in do- <sup>o</sup> *ria 5.*  
 mibus nostris: & fuscitabimus super eum *confrigent.*  
 septem <sup>o</sup> pastores, & octo primates homi-  
 6 nes. <sup>o</sup> Et pascēt terram Assur in gladio, & *gladijs suis*  
 terram Nemrod in lanceis eius: & libera-  
 bit ab Assur, quum venerit in terram no- *trinitas.*  
 stram, & quum calcauerit in finibus no-  
 7 stris. <sup>o</sup> Et erunt reliquiæ Jacob in medio *gen. 1. isaię.*  
 C populorum multorum quasi ros à Do- *26. abdi. 1.*  
 mino, & quasi stillæ super herbam quæ *7*  
 8 non expectat virum, & non præstolatur *princeps & p-*  
 filios hominum. <sup>o</sup> Et erunt reliquiæ Jacob *phete. hiero.*  
 in Gentibus in medio populorum mul- *8*  
 torum, quasi leo in iumentis sylvarum, & *uniuersi ab a-*  
 quasi catulus leonis in gregibus pecorum: *postolis vsqz a*  
 qui cūm transierit, & conculcauerit, & *hanc statet &*  
 9 ceperit, non est qui eruat. <sup>o</sup> Exaltabitur *cele doctores.*  
 D manus tua super hostes tuos, & omnes *o hiero.*  
 10 inimici tui interibunt. <sup>o</sup> Et erit in die illa, *succidere faciã*  
 dicit Dominus: auferã equos tuos de me-  
 11 dio tui, & disperdam quadrigas tuas. <sup>o</sup> Et  
 perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam  
 12 omnes munitiones tuas, <sup>o</sup> & auferam ma-  
 leficia de manu tua, & diuinationes non  
 13 erunt in te. <sup>o</sup> Et perire faciam sculptilia  
 tua, & statuas tuas de medio tui: & non  
 adorabis vltra opera manuum tuarum.  
 14 <sup>o</sup> Et euellam lucos tuos de medio tui: &  
 15 conteram ciuitates tuas. <sup>o</sup> Et faciã in furo-  
 re



vult disputare. re & in indignatione ultionē in omnibus gentibus quæ non audierunt.

queso.

CAP. VI.

**A**udite quæ Dominus loquitur, Sur-  
 Age, contende iudicio aduersum mon-  
 tes, & audiant colles vocem tuā. Audiāt  
 montes iudicium Domini, & fortia fun-  
 damenta terræ: quia iudiciū Domini cum  
 populo suo, & cum Israël diiudicabitur.  
 ¶ Popule meo quid feci tibi, aut quid mo-  
 lestus fui tibi? respōde mihi. ¶ Quia edu-  
 xite te de terra Ægypti, & de domo ser-  
 uientium liberaui te: & misi ante faciem  
 tuam Moysen, & Aaron, & Mariam? Po-  
 pule meus memento quæ solū quid cogita-  
 uerit Balach rex Moab: & quid responde-  
 rit ei Balaam filius Beor, de Setim vsque  
 ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Do-  
 mini. ¶ Quid dignū offeram Domino, cur-  
 uabo genu Deo excelso? nūquid offeram  
 ei holocaustomata & vitulos anniculos?  
 ¶ Nunquid placari potest Dominus in mil-  
 libus arietum, aut in multis millibus hir-  
corum pinguium? nunquid dabo primo-  
 genitum meum pro scelere meo, fructum  
 ventris mei pro peccato animæ meæ? In-  
 dicabo tibi o homo quid sit bonum, &  
 quid Dominus requirat à te, Vtique  
 facere iudicium, & diligere misericor-  
 diam, & solicitem ambulare cum Deo  
 tuo. ¶ Vox Domini ad ciuitatem clamat, &  
salus erit timentibus nomen tuū: audite  
 tribus, & quis approbabit illud? ¶ Adhuc  
 ignis in domo impij thesauri iniquitatis,  
 &

per. 2. a. 4.

Exo. 14. c. 22

Num. 22. 23.

24. 25

delectabitur.

torretiu olei.

humiliare se  
 bulando.

vir sapiens ti-  
 mebit.

sciamus vel  
 eius.

quisit viroa et ipso  
 stituet ea.

vel none adhuc.



spina paruuulit detestabile  
subaudi dno.

11 & mensura minor iræ plena. <sup>9</sup> Nunquid  
iustificabo stateram impiam & faccelli  
12 pondera dolosa? <sup>9</sup> In quibus diuites eius  
repleti sunt iniquitate, & habitates in ea  
loquebantur mendacium, & lingua eorū  
13 fraudulenta in ore eorum. <sup>9</sup> Et ego ergo  
coepi percutere te perditione super pecca-  
14 tis tuis. <sup>9</sup> Tu comedes, & non saturabe-  
ris: & humiliatio tua in medio tui: & ap-  
prehendes, & nō saluabis: & quos salua-  
15 ueris, in gladium dabo. <sup>9</sup> Tu seminabis,  
D & non metes: tu calcabis oliuam, & non  
vngēris oleo: & mustum, & non bibes  
16 vinum. <sup>9</sup> Et custodisti præcepta Amri, &  
omne opus domus Achab: & ambulasti  
in voluptatibus eorum, vt darem te in  
perditionē, & habitantes in ea in sibilum,  
& opprobrium populi mei portabitis.

egrotare feci te de  
solando.  
et tages subaudi  
vxore ad concepi  
onem: et nō pari  
et: et quē pepereri  
gladio dabo.  
Leu. 26. d. 28.

Deu. 28. d. 38  
Agg. 1. b. 6.

volunta-  
sibus  
fructus qui colligū  
tur in estate sicut  
racemi:

CAP. VII.

1 **V**AE mihi, quia factus sum sicut qui  
colligit in autumnno racemos vinde-  
2 miæ: non est botrus ad comedendum,  
præcoquas ficus desyderauit anima mea.  
3 <sup>9</sup> Periit sanctus de terra, & rectus in homi-  
nibus nō est: omnes in sanguine insidian-  
tur, vir fratrem suum ad mortem vena-  
4 tur. <sup>9</sup> Malum manuum suarū dicunt bo-  
num: princeps postulat, & iudex in red-  
dendo est: & magnus locutus est, desy-  
derium animæ suæ, & conturbauerunt  
5 eam. <sup>9</sup> Qui optimus in eis est, quasi paliu-  
rus: & qui rectus quasi spina de sepe. <sup>9</sup> Dies  
speculationis tuæ, visitatio tuā venit: nunc  
6 erit vastitas eorum. <sup>9</sup> Nolite credere ami-

ibus  
vel miseri-  
coris.  
cum reti  
reputantq bona  
si deberent fieri  
pp malitia man-  
uum suarū.  
iudicat pp retribu-  
tionē.  
cōtritionē nō sup  
et istud postea in-  
tincat.  
spina  
vel visitatio tu  
n veniet tibi in  
die qua specula-  
beris:



*dn̄z expectabo.**resurget.**Mat. 10. c. 21.**d. 35.**Mat. 10. d. 30**a  
muri**tributu.**de**occidentale.**x  
vt in silua egre  
possint quiesce  
re ac in medio  
aruarz vt ipsi p  
cantur.**diem.*

co: & nolite confidere in duce: ab ea que  
 dormit in sinu tuo custodi claustra oris  
 tui. ¶ Quia filius contumeliam facit pa- 6  
 tri, & filia confurgit aduersus matrem B  
 suam, nurus aduersus socrum suam: & 7  
 inimici hominis domestici eius. ¶ Ego au- 7  
 tem ad Dominum aspiciam, expectabo  
 Deum saluatore meum: audiet me Deus  
 meus. ¶ Ne leteteris inimica mea super me, 8  
 quia cecidi: confurgam quum sedero in  
 tenebris, Dominus lux mea est. ¶ Ira Do- 9  
 mini portabo, quoniam peccaui ei: donec  
 causam meam iudicet & faciat iudicium  
 meum: educet me in lucem, videbo iusti-  
 tiam eius. ¶ Et aspiciet inimica mea, & o- 10  
 perietur confusione, que dicit ad me, Vbi  
 est Dominus Deus tuus? Oculi mei vide- 11  
 bunt in eam: nunc erit in conculcatione,  
 vt lutum platearum. ¶ Dies vt ædificen- 12  
 tur macerie tuæ: in die illa longè fiet lex.  
 ¶ In die illa & vsque ad te veniet Affur, 13  
 & vsque ad ciuitates munitas: & à ciui-  
 tatibus munitis vsque ad flumen, & ad  
 mare de mari, & ad montem de monte.  
 ¶ Et terra erit in desolationem propter ha- 13  
 bitatores suos, & propter fructum cogita-  
 tionū eorum. ¶ Pasce populū tuum in vir- 14  
 ga tua gregem hereditatis tuæ, habitātes  
solos in saltu, in medio Carmeli: pascetur  
Balan & Galaad iuxta dies antiquos. ¶ Se- 15  
 cundum dies egressionis tuæ de terra Æ-  
 gypti ostendam ei mirabilia. ¶ Videbunt 16  
 gentes, & confundentur super omni for-  
 titudine sua: ponent manum super os, au-  
 res

res



17 res eorum surdæ erunt. <sup>?</sup> Lingent puluerē

D sicut <sup>?</sup>serpens, velut reptilia terræ protur-  
babuntur de ædibus suis: Dominum De-

<sup>Serpentes</sup>

formidabūt.

18 te. <sup>?</sup> Quis Deus similis tui, qui auferis ini-  
quitatem, & transis peccatum reliquiarū  
hæreditatis tuæ? non immitteret ultra furo-

Ier. 10. 2. 6.

A. 10. 8. 43.

Col. 2. 1. 33.

reseruat

reseruat

19 est. <sup>?</sup> Reuertetur, & miserebitur nostri, de-  
ponet iniquitates nostras: & proiciet in  
profundum maris omnia peccata nostra.

subiiciet.

20 <sup>?</sup> Dabis veritatem Jacob, misericordiam  
Abraham: quæ iurasti patribus nostris à  
diebus antiquis.

gen. 22. 15. 17.

21. 18. 22. 26.

28. 32.

PROLOGVS IN PROPHE-  
TIAM NAHV M.

Ex præmio commentariorum Hiero-  
nymi in Nahum.

**N**AHV M prophetam ante aduentū regis Assy-  
riorum, qui populum Israël captiuum in suam re-  
gionem transtulerat, fuisse, Hebræorum traditio cō-  
firmat. Siquidem in fine huius lectionis prædicti re-  
gis aduentum idem propheta annuntiare monstra-  
tur. Sed cum habitatores Niniue, Iona interitum cī  
uitatis prædicante ne diuina ira denuntiaturum inte-  
ritum sustinerent, peccatorum & impietatis pœni-  
tentiam egissent, accepta Dei misericordia, grauioribus se criminibus implicuerunt. Qua de causa  
memoratus propheta spiritu sancto plenus iudiciū  
Dei annuntians ita locutus est, Deus zelans & vlcif-  
cens Dominus est, &c. Iam enim decem tribus ab  
Assyriis deductæ fuerant in captiuitatem sub Eze-  
chia rege Iuda: sub quo etiam nunc in consolatio-  
nem populi transmigrati aduersum Niniuen visio  
cernitur. Nec erat parua consolatio, tam his qui iam

4. reg. 17.

tobię. 14.

4. reg. 17.



Assyriis seruebant; quàm reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Ben-iamin ab iisdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoque à Chaldæis esse capiendos: sicut in sequentibus libri huius demonstrabitur. Sciendum autem est quod Niniue in nostra lingua de Hebræo speciosam sonat. Speciosus autem, hic mundus dicitur. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit. Et quicquid nunc aduersum Niniuen dicitur: de mundo figuraliter predicari sentiamus. Quam ob causam & assumptio quam septuaginta interpretatur λιμνα, & Aquila ἄρμα interpretatus est, apud Hebræos נשוא ponitur, id est graue onus: eo quòd eam aduersus quam videtur, premat, nec sinat eleuare ceruicem. Simulque hoc attendendum, quòd hæc ipsa vel assumptio, vel onus, vel pondus prophetæ, visio sit. Non enim loquitur propheta in ἐκστάσει, vt Mōtanus & Prisca, Maximillaq; delirant, sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis vniuersa quæ loquitur: & pondus hostium facientis suo populo visionem. De summatione itaque mundi secundum ἀναγωγήν, ὁ Paula & Eustochium, in consolationem sancto-  
 niue. dicit tobirum propheta texitur: vt quæcunque in mundo vi-  
 as video. n. q. i dent, quasi prætereuntia & caduca contemnant, &  
 niquitas eorum si præparent se ad iudicij diem, vbi vltor aduersum ve-  
 ros Assyrios affuturus est Dominus.

tobie. 14. de mi-  
 niue. dicit tobirum  
 as video. n. q. i  
 niquitas eorum si  
 ne dabit ei.

Paula & Eustochium, in consolationem sancto-  
 niue. dicit tobirum propheta texitur: vt quæcunque in mundo vi-  
 as video. n. q. i dent, quasi prætereuntia & caduca contemnant, &  
 niquitas eorum si præparent se ad iudicij diem, vbi vltor aduersum ve-  
 ros Assyrios affuturus est Dominus.

D. 3. de pnia.  
 c. nau.

iram reseruans.

1. namini parit  
 vel punians ostē-  
 dit nemine esse  
 inno. cete:

PROPHETIA NAHVM.

Hætria  
 capita.

CAP. I. Gen. 10.

NVS Niniue. Liber vi-  
 sionis Nahum Elcesæi. A  
 Deus emulor, & vici-  
 scēs Dñs, vlciscēs Dñs &  
 habēs furorē, vlciscēs Do-  
 minus in hostes suos, &  
 irascēs ipse inimicis suis. Deus patiens, &  
 magn⁹ fortitudine & mūdās nō faciet in-  
 nocentē. Dñs in tēpestate & turbine viæ  
 eius, & nebula puluis pedum eius. Incre-  
 pans



desolatus

pans mare & exiccans illud: & omnia flu-  
 mina ad desertū deducens. Infirmatus est  
 Basan, & Carmel<sup>9</sup>: & flos Libani elāguir.  
<sup>5</sup> Montes cōmoti sunt ab eo, & colles de-  
<sup>6</sup> solati sunt: & contremuit terra à facie e-  
 ius, & orbis, & oēs habitātes in eo. <sup>7</sup> Ante  
 facie indignationis ei<sup>9</sup> quis stabit? & quis  
 resistet in ira furoris eius? indignatio eius  
 effusa est vt ignis: & petrae dissolutae sunt  
<sup>7</sup> ab eo. <sup>8</sup> Bonus Dñs, & confortās in die tri-  
<sup>8</sup> bulationis: & sciens sperantes in se. <sup>9</sup> & in  
 diluuiio prætereunte, consummationē fa-  
 ciet loci eius: & inimicos eius persequen-  
<sup>9</sup> tur tenebræ. <sup>10</sup> Quid cogitatis contra Do-  
<sup>10</sup> minū? consummationē ipse faciet: non cō-  
<sup>11</sup> surget duplex tribulatio. <sup>11</sup> Quia sicut spi-  
 nae se inuicē cōplectuntur: sic conuiuium  
<sup>12</sup> eorū pariter potantiū, consumētur quasi  
<sup>12</sup> stipula ariditate plena. <sup>13</sup> Ex te exhibit cogi-  
<sup>13</sup> tans contra Dñm malitiā: mente pertra-  
<sup>14</sup> ctans prauaricationē. <sup>14</sup> Hæc dicit Dñs, Si  
<sup>14</sup> perfecti fuerint: & ita plures, sic quoq; ar-  
<sup>15</sup> tondentur, & <sup>15</sup> pertransibit: affixi te, &  
<sup>15</sup> non affligā te vltra. <sup>16</sup> Et nunc contera vir-  
<sup>16</sup> gam eius de dorso tuo, & vincula tua dis-  
<sup>17</sup> rumpā. <sup>17</sup> Et præcipiet super te Dñs, non  
<sup>17</sup> seminabitur ex nomine tuo amplius: de  
<sup>18</sup> domo Dei tui interficiam sculptile & cō-  
<sup>18</sup> flatile, ponam sepulchrū tuum, quia in-  
<sup>19</sup> honoratus es. <sup>19</sup> Ecce super montes pedes  
<sup>19</sup> euangelizantis & annuntiantis pacem: ce-  
<sup>20</sup> lebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota  
<sup>20</sup> tua: quia non adiiciet vltra vt pertranscat  
<sup>21</sup> in te Belial, vniuersus interit.

stabit.

fortitudo

c. sūt plures. s. a  
uthoritas de pñ.  
d. 7.vsq; ad spinas cō-  
plexas veniet,  
et cū inebriatus  
fuerit ebrū  
nō erit in pace:  
et qnto plures fue-  
rint, tanto magis  
excidentur.

iugum

pertransi-  
bunt &

vocabitur semē

nihil reputat

Isa. 52. b. 7.  
Rom. 10. e. 13. **iesq;**

impus.

\* 70. nō punit deus bis in idipsum et CAP.

Ita legat. c. sūt plures. et. c. ignis. et. c. sceleratior et. c. qrat hic  
de pñ. dist. 3. et. c. presb. 71. d. / et. c. qsitū. 14. q. 4. / et. c. quid  
igitur. 23. q. 5.



coterit disspendo

rube factus  
1. fortes.

intecti coccino sig  
cut fasces ignis.

abietes pauefnib  
sul. 1. sagite ubi  
cone aut mag  
nates

conturbata  
sunt quadri  
ga. 1.

insani et ascenso  
res equoz. festi  
nantez abulab  
p. platen.

pimentum.

hussab nome re  
gine captiuadu  
ita est: iussa est  
ascendere curru.

putientes corda  
sun.

Isa. 2. b. 7.  
a diebus. 1. multo  
tempore

glia pre ois vase  
desiderabili.

1. sic euacuabz  
et deustabitur  
rg deficient.  
corda et genua  
collidendur et  
erit dolor, in  
et legna

## CAP. II.

Ascendit qui dispergat corā te, qui cu-  
1 Astodiat obsidionem: cōtemplare viā, A  
conforta lumbos, robora virtutē valde.

Quia reddidit Dñs superbiam Iacob, si-  
2 cut superbiam Israēl: quia vastatores dis-  
spauerunt eos, & propagines eorum cor-  
ruperunt. Clypeus fortium eius ignitus,  
3 viri exercitus, in coccineis: igneā habenā  
currus in die preparationis eius, & agita-  
tores cōsopiti sunt. In itineribus contur-  
4 bati sunt, quadriga collisā sunt in pla-  
teis: aspectus eorū quasi lampades, quasi  
fulgura discurrentia. Recordabitur for-  
5 tium suorum, ruent in itineribus suis: ve-  
6 lociter ascendent muros eius, & prepara-  
bitur vmbra culum. Portæ fluuiorum a-  
7 pertæ sunt, & templum ad solum diru-  
tum. Et miles captiuus abductus est: &  
8 ancillæ eius minabantur, gementes vt co-  
lumbæ, murmurantes in cordibus suis.

Et Niniue quasi piscina aquarum aqua  
9 eius: ipsi verò fugerunt: state state, & non  
est qui reuertatur. Diripite argentum, di-  
10 ripite aurum: & non est finis diuitiarum  
ex omnibus vasis desiderabilibus. Dissi-  
11 pata est, & scissa, & dilacerata: & cor ta-  
12 bescens, & dissolutio geniculorum, & de-  
fectio in cunctis renibus: & facies omniū  
13 eorū sicut nigredo ollæ. Vbi est habitacu-  
lū leonum, & pascua catulorum leonū:  
ad quā iuit leo, vt ingrederetur illuc: ca-  
14 tulus leonis, & nō est qui exterreat? Leo  
15 cepit sufficienter catulis suis, & necauit  
leanis



leānis suis: & impleuit præda speluncas  
 13 suas, & cubile suum rapina. <sup>9</sup>Ecce ego ad  
 D te, dicit Dominus exercituum: & suc-  
 cendam vsque ad funū quadrigas "tuas",  
 & leunculos tuos comedet gladius: & ex  
 terminabo de terra prædam tuam, &  
 non audietur vltra vox nuntiorum tuo-  
 rum.

## CAP. III.

1 **V**ellicuitas sanguinū, vniuersa médacij  
 A dilaceratione plena: non recedet à te  
 2 rapina. <sup>9</sup>Vox flagelli, & vox impetus ro-  
 te, & equi fremētis, & quadrigæ "feruētis,"  
 3 & equitis ascēdētis: <sup>9</sup>Et micātis gladij: &  
 fulgurātis hastæ, & multitudinis interfe-  
 ctæ, & grauis ruinae: nec est finis cadaue-  
 4 rū, & corruēt in corporibus suis. <sup>9</sup>Propter  
 multitudinē fornicationū meretricis spe-  
 ciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ  
 vendidit gentes in fornicationibus suis,  
 5 & familias in maleficiis suis: <sup>9</sup> || Ecce ego

B ad te, dicit Dominus exercituum: & reue-  
 labo pueritiam tua in facie tua, & ostendā  
 Gentibus nuditatem tuā, & regnis igno-  
 6 miniam tuam. <sup>9</sup>Et proiciam super te abo-  
 minationes, & contumeliis te afficiam, &  
 7 ponam te in exemplū. <sup>9</sup>Et erit, omnis qui  
 viderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est  
 Niniue: quis commouebit super te caput?  
 8 vnde quæram consolatorem tibi? <sup>9</sup>Nun-  
 quid melior es? Alexandria populorū, quæ  
 habitat in fluminibus? aquæ in circuitu  
 eius: cuius diuitie, mare: aquæ, muri eius.

9 <sup>9</sup>Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, &  
 C non est finis: Africa & Libyes fuerunt

*Meron. hic in hebreo nō h̄r caput, sed in  
 nos appo suing. vt Sensus manifestior fieret.*

*9 esse &*

*mendatio et impi-  
 nis.  
 a  
 saluantis*

*Eze. 24. b. 9.*

*Haba. 2. c. 13.*

*multitudinis interfe-  
 ctæ.*

*feruentes*

*& equites  
 ascendentis*

*Et micantes  
 gladij, &*

*fulgurantes  
 haste &*

*multitudi-  
 nes interfe-*

*ctæ, & gra-  
 ues ruinae.*

*Isa. 47. a. 13.*

*simbrins tuis.*

*turpitudinem.*

*tangquam sordes*

*condolebit ei*

*multos h̄z popu-  
 los.*

*4 ad*

*antemurale.*



*alligati.**abscondita.**a  
munitionē forte  
pp inimicū.**apicendo**fortifica**7  
robora fornacē.**vel grassatus.**x  
domini  
principes**n  
quiescēt fortes.**m  
dissus est**curata**4  
infirmata**5  
id didici de te cō  
ploserūt manus*

in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigra-  
 tionem ducta est in captiuitatē: paruuli  
 eius elisi sunt in capite omnium viarum,  
 & super inclytos eius miserunt sortem,  
 & omnes optimates eius confixi sunt in  
 compedibus. Et tu ergo inebriaberis, &  
 eris despecta: & tu quæres auxiliū ab ini-  
mico. Omnes munitiones tuæ sicut ficus  
 cum grossis suis: si concussæ fuerint, ca-  
 dent in os comedētis. Ecce populus tuus  
 mulieres in medio tui: inimicis tuis ad a-  
percionem pandētur portæ terræ tuæ, de-  
 uorabit ignis vinctes tuos. Aquam prop-  
 ter obsidionē hauri tibi, extrue munition-  
 es tuas: intra in lutum & calca, subigens  
tene laterē. Ibi comedet te ignis: peribis  
 gladio, deuorabit te vt bruchus: cōgrega-  
 te vt bruchus, multiplicare vt locusta. Plu-  
 res fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ  
 sint cæli: bruchus expansus est, & auola-  
 uit. Custodes tui quasi locustæ: & paruuli  
 tui quasi locustæ locustarum quæ con-  
 sidunt in sepibus in die frigoris: sol ortus  
 est, & auolauerūt, & non est cognitus lo-  
 cus earū vbi fuerint. Dormitauerunt pa-  
 stores tui rex Assur, sepelientur principes  
 tui: latitauit populus tuus in montibus,  
 & non est qui congreget. Non est obscu-  
ra contritio tua, peffima est plaga tua: om-  
 nes qui audierunt auditionē tuam, com-  
presserūt manū super te: quia super quem  
 non transit malitia tua semper?

P. R. O.



PROLOGVS IN PROPHE-  
TIAM HABACVC.

Ex proœmio commentariorum Hiero-  
nymi in Habacuc. *tom. 6.*

**LO** VATVOR Prophetę in duodecim prophe-  
tarum volumine continentur: è quibus tres in prin-  
cipio limma, id est pondus titulum habent, Nahum,  
Habacuc, & Malachias. Porrò Zacharias in medio  
& circa finē duos huiuscemodi ponit titulos: è qui-  
bus vnus est, Onus verbi Domini in terra Adrach  
& Damasci requiei eius. alter in fine, Onus ver-  
bi Domini super (sraël). De Nahum, orationibus  
tuis iam liber editus est: de Zacharia & Malachia, si  
vita comes fuerit, differetur. Nunc Habacuc habe-  
mus in manibus, qui vel ex eo quòd amabilis Do-  
mini est, vocatur amplexatio, vel quòd in certamen  
& luctam & (vt ita dicam) amplexum cum Deo con-  
greditur: amplexantis, id est luctantis, sortitus est  
nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est  
Deum ad disceptationem iustitię prouocare, & di-  
cere ei: Cur in rebus humanis, & in mundi istius po-  
litia tãta rerum versatur iniquitas: Vociferabor ad  
te vim patiens: & non saluabis? Quare ostendisti mi-  
hi iniquitatem, & laborem videre? Lacerata est lex,  
& non peruenit vsque ad finem iudicium: quia im-  
pius præualet aduersum iustum: ideo egreditur iu-  
dicium peruersum. Vides quòd temeraria vox sit, &  
quodammodo blasphemantis, creatorem suum ad  
iudicium prouocare: & vas fragile aduersum figulū,  
cur tale vel tale factum sit disputare? Necnon & hoc  
animaduertendum, quod assumptio vel pondus, quę  
grauia esse iam diximus, prophetę visio est: & aduer-  
sum Montani dogma peruersum, intelligit quod vi-  
det: nec vt amens loquitur: nec more insipientium  
fœminarum dat sine mente sonum. Vnde & Aposto-  
lus iubet vt si prophetantibus alijs, alij fuerit reuela-  
tum, taceant qui prius loquebantur. Et statim, Non  
est inquit dissensionis Deus, sed pacis. Ex quo intel-  
ligitur, cum quis voluntate reticet, & alteri locum  
dat ad loquēdū, posse & loqui & tacere cū velit. qui  
autē in ecstasi, id est inuitus loquitur, nec tacere nec  
loqui



loqui in sua potestate habet. Illud quoque discere (quia  
 semel à me violenter exigis, vt quasi quosdã gradus &  
 scalas ad altiora nitenti, historiã tibi interpreter) pro  
 phetiã esse contra Babylonem & Nabuchodonosor re  
 gem Chaldæorum, vt quomodo prior propheta Na  
 hum, quem Habacuc sequitur, vaticinium habuit  
 contra Niniuen & Assyrios, qui vastauerunt decem  
 tribus quæ vocantur Israël: ita Habacuc prophetiã  
 habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor: à  
 quibus Iuda & Ierusalem, templumque subuersa  
 sunt. Et vt scias eo tempore fuisse Habacuc, quo iã  
 duæ tribus quæ vocabantur Iudas, ductæ erant in  
 captiuitatem, Daniel docere te poterit: ad quem in  
 lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur:  
 quanquam apud Hebræos hæc ipsa non legatur hi  
 storia. Igitur siue quis recipiat scripturam illam,  
 siue non recipiat, vtrunque pro nobis est. Aut enim  
 recipit: & iam post factã rē, liber Habacuc texitur:  
 aut non recipit, & quasi propheta scribit quæ vêtura  
 cognoscit. Interim secundum literã causatur aduer  
 sum Deum propheta: cur Nabuchodonosor templū  
 Dei vastet & Iudam: cur Ierusalem quondam vrbs  
 Domini, destruat: quare clamet populus, & non  
 exaudiatur, vociferetur ad Dominum oppressus à  
 Chaldæis, & non saluetur. quare etiam ipse propheta  
 vel populus, ex cuius persona nunc loquitur, ad  
 hoc vixerit & hucusque perductus sit, vt iniquitatē  
 hostium & suū laborem videat: cur iniustitia præua  
 leat aduersum se. Et hoc dicit præ mentis angustia,  
 nesciens aurum in igne cōstari, & tres pueros de ca  
 mino ignis puriores exisse, quàm intrauerant. Sed &  
 hoc generaliter accipere possumus, quòd ex persona  
 humanæ impatientiæ loquatur: vt in querulam vo  
 cem & plenam doloris erumpat, dicens: Quare re  
 spicis contemptores, & taces conculcante impio iu  
 stio rem se? Hæc autem loquitur, nesciens iudicia  
 Dei inuestigabilia, & profundum diuitiarum sapi  
 entię & scientię eius, quòd non ita videat Deus, vt  
 videt homo. homo tantum præsentia respicit: Deus  
 futura & æterna cognoscit. Et quomodo si ægro  
 rus & astuans febribus aquam frigidam postulet, &  
 dicat ad medicum, Vim patior, crucior, vrer, exanimor,  
 vsquequo medice clamabo, & non exaudies?

Istud ex  
 principio  
 cōmentario  
 tum Hiero  
 nymi in Ha  
 bacuc.

Et



Et respondeat ei sapientissimus ac clementissimus  
 medicus, Scio quo tempore dare debeam quod  
 postulas: & non misereor modo, quia misericordia  
 ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita  
 & Deus noster sciens clementie suae pondera atque  
 mensuras, interdum non exaudit clamantem: ut eum  
 probet, & magis prouocet eum ad rogandum, & quasi  
 igne excoctum iustiozem & puriozem faciat. Quod  
 intelligens Apostolus secundum id quod misericor-  
 dia consecutus est a Domino, ait: Sed non deficimus  
 in tribulationibus. Et benedicit Dominum in omni  
 tempore: & scit quod qui perseverauerit usque in finem,  
 hic saluus erit: & gloriatur in labore & dolore. Et  
 cum Ieremia dicit, Tribulationem & miseriam in-  
 uocabo: ut quomodo alius inuocat Deum, sic san-  
 ctus vir & bellator inuictus ad exercendum se &  
 probandum, tribulationem & miseriam venire co-  
 siderat.

## PROPHETIA HABACUC.

### Habet tria capita.

#### CAP. I.

**N**us quod vidit Habacuc propheta. Usque  
 quo Domine clamabo, & non exaudies? vocife-  
 rabor ad te vim patiens, & non saluabis? Quare  
 ostendisti mihi iniquitatem & laborem, vi-  
 dere praedam & iniustitiam contra me? Quare  
 respicis contemptores, & taces concul-  
 cante impio iustiozem se? Et facies homi-  
 nes quasi pisces maris, & quasi reptilia non  
 habentia ducem? & factum est iudicium  
 & contradictio poterior? Propter hoc la-  
 cerata est lex, & non peruenit usque ad fi-  
 nem iudicium: quia impius praeualet ad-  
 uersus iustum, propterea egreditur iudi-

pp iniquitate  
 na  
 quersitate est p  
 ateris me vide  
 re vastatione  
 et iniquitate ex  
 a duerso mihi  
 et contentio et zi  
 xo in altu se to  
 llit.

debilitata.

Seculu. i. pfecti  
 onem.

zona cingit.

hoc totu non est in hebreo  
 nec in biblijs nostris aliquis. lxx.

cium



An. 13. f. 41. **ci**um peruersum. ¶ Aspicite in gentibus  
 & videte, & admiramini, & obstupescite:  
 quia opus factum est in diebus vestris,  
 quod nemo credet cū narrabitur. ¶ Quia  
 ecce ego suscitabo Chaldaeos, gentem a-  
 maram & velocem, ambulantem super  
 latitudinē terræ, vt possideat tabernacula  
 non sua. ¶ Horribilis & terribilis est: ex se-  
 metipsa iudicium & onus eius egredie-  
 tur. ¶ Leuiiores pardis equi eius, & velocio-  
 res lupis vespertinis, & diffundentur equi  
 tes eius: equites nanq; eius de longe veni-  
 ent, volabunt quasi aquila festinās ad co-  
 medendum. ¶ Omnes ad p̄radam veniēt,  
 facies eorum ventus vrens: & congrega-  
 bit quasi arenam, captiuitatem. ¶ Et ipse  
 de regibus triūphabit, & tyranni ridiculi  
 eius erūt: ipse super oēm munionē ride-  
 bit, & comportabit aggerē, & capiet eam.  
 ¶ Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit,  
 & corruet: hęc est fortitudo eius Dei sui.  
 ¶ Nunquid non tu à principio Domine  
 Deus meus, sancte meus, & non morie-  
 mur? Domine in iudicium posuisti eum:  
 & fortem vt corriperes, fundasti eum.  
 ¶ Mundi sunt oculi tui, ne videas malum,  
 & respicere ad iniquitatem non poteris. D  
 quare non respicis super iniqua agentes,  
 & taces deuorante impio iustio rem se? ¶ Et  
 facies homines quasi pisces maris, & qua-  
 si reptile non habens principem. ¶ Totum  
 in hamo subleuauit, traxit illud in sagena  
 sua, & congregauit in rete suam. Super  
 hoc letabitur & exultabit, ¶ propterea im-  
 molabit

1  
actiores.

rapinam.

ridebit, et p̄ci-  
pes

delinquet:



molabit fagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & <sup>17</sup> cibus eius electus. <sup>1</sup> Propter hoc ergo expandit fagenam suam, & semper interficere Gentes non "parcet".

## CAP. II.

<sup>1</sup> **S**uper custodiam meam stabo, & figam <sup>2</sup> gradum super munitionem: & contemplanbor, ut videam quid dicatur mihi, & quid <sup>3</sup> respondeam ad arguentem me. <sup>4</sup> Et respondit mihi Dominus, & dixit: Scribe visum, & explica eum super tabulas: ut percurrat qui legit eum. <sup>5</sup> Quia adhuc visus procul, & apparebit in fine, & non mentietur. si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. <sup>6</sup> Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: instus autem in fide sua vivet. <sup>7</sup> Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregavit ad se omnes gentes, & coaceruavit ad se omnes populos. <sup>8</sup> Nunquid non omnes isti super eum <sup>9</sup> parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur, Vae ei qui multiplicat non sua? usquequo & aggrauat contra se densum lutum? <sup>10</sup> Nunquid non repente consurgent, qui mordeant te: & suscitabuntur <sup>11</sup> lacerantes te, & eris in rapinam eis? <sup>12</sup> Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis propter sanguinem hominis & iniquitatem terre civitatis, & omnium habitantium in ea. <sup>13</sup> Vae qui

*pinguis. nūquid p  
pterea succu  
bit fagenam suam  
Et sēp interficer  
e gentes nō par  
cet.*

*¶ cessat*

*Esa. 21. b. 8o. 3.*

*vel statim legi  
possit*

*iesus.*

*c. in domo. de p  
ten. d. 4.*

*Supbi.*

*Ioan. 3. d. 36.*

*Rom. 1. b. 17.*

*Gal. 3. b. 11.*

*Heb. 10. g. 38.*

*verūm potator  
vini q̄ prouari  
tur. qui est vit su  
pbis nō p̄mane  
bit.*

*2  
interpretationē*

*//  
mouentes.*

*rapinas quas ex  
ercuisti lega te  
ram.*



concidendo. <sup>1</sup> congregat auaritiā malā domui suā, vt  
 sit in excelso nidus eius, & liberari se pu-  
 tionem arboris <sup>2</sup> sicut de manu mali. <sup>3</sup> Cogitasti confusionē  
 ti. <sup>4</sup> domui tuā, concidisti populos multos, &  
 p multa in ani <sup>5</sup> peccauit anima tua. <sup>6</sup> Quia lapis de parie-  
 tatem. <sup>7</sup> te clamabi t: & lignum quod inter iuctu-  
 Exe. 24. b. 9. <sup>8</sup> ras ædificiorū est, respondebit. <sup>9</sup> ¶ Væ qui  
 Nah. 3. 4. 2. <sup>10</sup> ædificat ciuitatē in sanguinibus, & præpa-  
 rat urbē in iniquitate. <sup>11</sup> Nūquid non hæc  
 sunt à Dño exercituū? Laborabunt enim  
<sup>12</sup> populi in multo igne: & gentes in vacuū,  
<sup>13</sup> & deficient. <sup>14</sup> Quia replebitur terra, vt co-  
 gnoscant gloriā Dñi, quasi aquæ operien-  
 tes mare. <sup>15</sup> Væ qui potum dat amico suo,  
<sup>16</sup> mittens fel suum & inebrians, vt aspiciat  
 nuditatē eius. <sup>17</sup> Repletus es ignominia pro  
 gloria, bibe tu quoq;,, & cōsopire: circū-  
 dabit te calix dexteræ Dñi, & vomitus ig-  
 nominiæ super gloriā tuā. <sup>18</sup> Quia iniqui-  
 tas Libani operiet te, & vastitas animalium  
 deterrebit eos de sanguinibus hominis &  
 iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium  
 habitantium in ea. <sup>19</sup> Quid prodest sculp-  
 tile, quia sculpsit illud fictor suus conflu-  
 tile & imaginē falsam? quia sperauit in fi-  
 gmento fictor eius, vt faceret simulachra  
 muta. <sup>20</sup> Væ qui dicit ligno, Expergiscere:  
 Surge, lapidi tacenti. nunquid ipse doce-  
 re poterit? Ecce, iste coopertus est auro &  
 argento: & omnis spiritus nō est in visce-  
 ribus eius: <sup>21</sup> ¶ Dominus autem in templo  
 sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.

<sup>7</sup> Satiatus es for  
 ignominia pro  
 gloria qd  
<sup>12</sup> Sicut conturbat  
 animalia ob ra-  
 pinas: pp sangui-  
 ne hoīdū et impi-  
 nam.

<sup>12</sup> Sicut conturbat  
 animalia ob ra-  
 pinas: pp sangui-  
 ne hoīdū et impi-  
 nam.

<sup>12</sup> Sicut conturbat  
 animalia ob ra-  
 pinas: pp sangui-  
 ne hoīdū et impi-  
 nam.

<sup>12</sup> Sicut conturbat  
 animalia ob ra-  
 pinas: pp sangui-  
 ne hoīdū et impi-  
 nam.

<sup>12</sup> Sicut conturbat  
 animalia ob ra-  
 pinas: pp sangui-  
 ne hoīdū et impi-  
 nam.

<sup>12</sup> Sicut conturbat  
 animalia ob ra-  
 pinas: pp sangui-  
 ne hoīdū et impi-  
 nam.

ORA-



ORATIO HABACVC PRO  
IGNORANTIS.

CAP. III.

**A** Domine audiui auditionem tuam, & timui: Domine opus tuum in medio annorum, viuifica illud: in medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiae recordaberis.

**2** Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. Semper operuit caelos gloria eius, & laudis eius plena est terra.

**4** Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

**5** Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.

**6** Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit Gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus aeternitatis eius.

**7** Pro iniquitate vidi tectoria Aethiopiae, turbabuntur pelles terrae Madian.

**8** Numquid in fluminibus iratus es Dñe? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, "qui ascendis super equos tuos, & quadrigae tuae saluatio?

**9** Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quae locutus es. Semper Fluios scindes terrae.

**10** Viderunt te, & doluerunt montes, gurgites aquarum transiit, dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit.

**11** Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastae tuae.

7  
7o hñ in medio du  
oz. animalium cogn  
osceris. N

IESUS

Sela.

plēdores de loco  
fig. p. cedebat:

pestis

pestis. oo

IESUS

vel transire fecit

sterni

logi temporis

mouerunt se cor

ting.

cōtra flumina.

ad salutē vel ut

adiuuent nos.

Sela.

ascendero

manifestatione

manifestabitur

arcus tuus scz

pmonē quem

iurasti tribubz

flubz scidi sti

D. greg. 17. mora

c. 14. s

vel locū suum



ira calcasti.

triturasisti

selā. **IESU.**

vel p̄fodisti b̄neu  
lis sig caput exer  
citus sig

c  
aceruo

ad vocam

ingrassa est

exp̄nui: q̄debe  
rem expectare  
die tribulation

is. Et ascendere  
ad populu q̄co  
trans bellatu  
is est

vel labor oleę  
frustraneę erit

salute mea.

**IESUS.**

vt triuphē mu  
sicis instrumē  
tis.

¶ In fremitu conculcabis terram: in fu- 12  
rore obstupēfacies Gentes.

¶ Egressus es in salutem populi tui, in sa- 13  
lutem cum Christo tuo. percussisti caput  
de domo impij, denudasti fundamentum  
\* vsque ad collum. Semper.

¶ Maledixisti sceptris eius, capiti bellato- 14  
rum eius, venientibus vt turbo ad disper-  
gendum me: exultatio eorum, sicut eius  
qui deuorat pauperem in abscondito.

¶ Viam fecisti in mari equis tuis, in luto 15  
aquarum multarum. **D**

¶ Audiui, & conturbatus est venter me- 16  
us, à voce contremuerunt labia mea: in-  
grediatur putredo in ossib⁹ meis, & sub-  
ter me scateat: vt requiescam in die tribu-  
lationis, vt ascendam ad populum accin-  
ctum nostrum.

¶ Ficus enim non florebit, & non erit 17  
germen in vineis: mentietur opus oliuę,  
& arua non afferent cibum: abscindetur  
de ouili pecus, & non erit armentum in  
præsepibus.

¶ Ego autem in Domino gaudebo, & 18  
exultabo in Deo Iesu meo.

¶ Deus Dominus fortitudo mea, & po- 19  
net pedes meos quasi ceruorum: & super  
excelsa mea deducet me victor, in psalmis  
canentem.

PROLOGVS IN SOPHONIÆ  
PROPHETIAM.

Ex principio commentatorum Hiero-  
nymi in Sophoniam. **tom. 6.**

**T**RADVNT Hebræi, cuiuscunque prophetę  
pater



pater aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos vnus de duodecim prophetis qui dixerat, Non sum propheta, nec filius prophetae, sed pastor caprarum vellicas sycomoros, patris nomen in titulo non habet. Hoc si verum est, Sophonias propheta, nomine (vt ita dicam) prophético, & gloriosa maiorum suorum stirpe generatus est: habuit enim patrem Chusi, auum Godoliam, proauum Amariam, attauum Ezechiam: & talem quadrigam ipse velut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniae, alij speculam, alij arcanum Domini transfulerunt. Siue igitur specula, siue absconditum Domini interpretetur: vtrunq; prophetae conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem: Fili hominis, Speculator est te posui domui Israel. Iste ergo propheta qui erat in specula & in sublimibus constitutus, & nouerat mysteria Domini: filius erat Chusi qui interpretatur humilitas. Habebat quoq; auum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini: & proauum Amariam, qui & ipse vertitur in sermonem Domini: & attauum Ezechiam, qui sonat fortitudo Domini. De fortitudine itaq; Domini natus est sermo Domini: & de sermone Domini, nata est magnitudo Domini: & de magnitudine nata est humilitas: vt cum peruenerit aliquis ad perfectum, dicat: Quia non sum dignus vocari apostolus. Et illud in psalmis, Domine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei. Iosias regem Iudae, cuius temporibus Sophonias prophetae inuenitur, Deo pra omnibus regibus Iudae placuisse, historia quarti libri regum & secundi paralipomenon demonstrat. Iosias simulachra quae pater suus Amon, vel auus Manasses in templo Dei collocauerat, deiecit comminuisse monstratur. In quibus etiam serpentem aureum a Moyses factum: quem errori inducus populus, superstitione idolorum detentus, admiserat. Idem custodisse pascha: & intermissum temporibus multis solus celebrasse monstratur. Ideo Deus per prophetam temporibus memorati regis quae prouentura erant, ostendens gentibus quidem lectione comprehensis affuturum iudicium: populo vero Israel salutem: & ciuitati Ierusalem restorationem tunc temporis tribuendam textu lectionis denuntiavit.

*Se  
mi circulis inclusa. no hnt  
in hieronymo. nec iofias  
ostegit Serpente, sed Ezechias  
regu. 18.*

SO.



deficiendo de SOPHONIAE PROPHECIA.  
ficere faciō. Et. H<sup>3</sup> tua capita.

CAP. I.

offendicula.

chemazim pe  
culiare genus  
sacerdotū ba  
al



VERBUM Domini quod  
factū est ad Sophoniam  
filiū Chusi, filij Godolia,  
filiij Amarię, filij Ezechię,  
in diebus Iosia filij Amō  
regis Iudæ. Congregans  
congregabo omnia à facie terræ, dicit Do  
minus: cōgregās hominem & pecus, con  
gregans volatilia cæli & pisces maris: &  
rūina impiorū erunt: & disperdā homi  
nes à facie terrę, dicit Dominus. Et exten  
dam manum meā super Iudam & super  
omnes habitantes Ierusalē: & disperdam  
de loco hoc reliquias Baal, & nomina edi  
tuorū cum sacerdotibus: Et eos qui ado  
rant super tecta militiā cæli, & adorāt, &  
iurant in Domino, & iurāt in Melchom,  
Et qui auertūtur de post tergum Domi  
ni, & qui non quaesierunt Dominum, nec  
inuestigauerūt eum. Silete à facie Domi  
ni Dei: quia iuxta est dies Domini, quia  
preparauit Dominus hostiam, sanctifica  
uit vocatos suos. Et erit: in die hostię Do  
mini visitabo super principes & super fi  
lios regis, & super omnes qui induti sunt  
veste peregrina: Et visitabo super omne  
qui arroganter ingreditur super limen in  
die illa, qui complent domum Domini  
Der sui iniquitate & dolo. Et erit in die  
illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta  
piscinū, & vlulatus à Secunda, & contritio

parauit imita  
tos

dnōy suoy.

vel schola.

4. reg. 22. magna  
2. p. 34



11 magna à collibus. <sup>9</sup> Ululate habitatores Chanaán, dis  
 C lax: conticuit omnis populus Chanaán, dis  
 12 perierunt omnes inuoluti argēto. <sup>9</sup> Et erit  
 in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lu  
 cernis, & visitabo super viros defixos in  
 facibus suis: qui dicunt in cordibus suis,  
 Non faciet bene Dominus, & non faciet  
 13 malè. <sup>9</sup> Et erit fortitudo eorū in direptio-  
 nem, & domus eorū in desertum: & aedi-  
 ficabunt domos, & non habitabūt: & plā-  
 tabunt vineas, & non bibent vinū earum.  
 14 <sup>9</sup> Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est  
 & velox nimis: vox diei Domini amara,  
 15 tribulabitur ibi fortis. <sup>9</sup> Dies iræ dies illa,  
 D dies tribulationis & angustiae, dies calami-  
 tatis & miseriae, dies tenebrarum & cali-  
 16 ginis, dies nebulę & turbinis: <sup>9</sup> dies tubę &  
 clangoris super ciuitates munitas & super  
 17 angulos excelsos. <sup>9</sup> Et tribulabo homines,  
 & ambulabunt vt cæci, quia Domino pec-  
 cauerunt: & effundetur sanguis eorum si-  
 cut humus, & corpora eorū sicut sterco-  
 18 ra. <sup>9</sup> Sed & argentum eorum, & aurum  
 eorum non poterit liberare eos in die iræ  
 Dñi: in igne zeli eius deuorabitur om-  
 nis terra, quia cōsummationē cū festina-  
 19 tione faciet cunctis habitantibus terram.

## CAP. II.

1 Conuenite, congregamini gens non  
 2 amabilis: <sup>9</sup> Priusquam pariat iussio  
 A quali puluerem transeuntem diem, ante-  
 quam veniat super vos ira furoris Domi-  
 3 ni - antequam veniat super vos dies indi-  
 4 gnationis Domini. <sup>9</sup> Quærite Dominum

m s

omnes

machthes succi-  
 sus est  
 ferentes argēto

substantia.

Amos 5. c. 10

iesus.

vociferabitur.

Iere 30. b. 7

Ioel. 2. c. 11.

Amos 5. c. 18

turres excelsas

Exec. 7. c. 19

Infr. 3. b. 8

congrètes cogri-  
 te,

desiderata

4  
 exeat decretum  
 quo vos eritis vt  
 gluma q̄ claro  
 die abijt.

. 7  
 5  
 ita



2  
quia  
humiles  
iustitiam  
vel humilitate  
confiniu.

7  
ceretheor:

2  
habitation  
regio

iesus.

x  
magnificau  
erunt os suu. 1.  
superbe locuti su

y  
exitus vrticq. 1.  
ibi crescet vrticq.

z  
ybris affeceru

omnes mansueti terræ, qui iudicium eius  
estis operati: quærite iustum, quærite man  
suetum: si quomodo abscondamini in die  
furoris Domini. ¶ Quia Gaza destructa  
erit, & Ascalon in desertum, Azotum in  
meridie eiicient, & Accaron eradicabi-  
tur. ¶ Væ qui habitatis funiculum maris,  
gens perditorum: verbum Domini: super  
vos Chanáan terra Philisthinorum, & di-  
spendam te, ita vt non sit inhabitator. ¶ Et  
erit funiculus maris requies pastorum & B  
caulæ pecorum: ¶ & erit funiculus eius  
qui remanserit de domo Iuda, ibi pascen-  
tur: in domibus Ascalonis ad vesperã re-  
quiescēt: quia visitabit eos Dominus Deus  
eorum, & auertet captiuitatem eorum.  
¶ Audiui opprobrium Moab, & blasphemias  
filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt  
populo meo, & magnificati sunt su-  
per terminos eorū. ¶ Propterea viuo ego,  
dicit Dominus exercituum Deus Israël:  
quia Moab vt Sodoma erit, & filij Am-  
mon quasi Gomorrha, siccitas spinarum,  
& acerui salis, & desertum vsque in eter-  
num: reliquie populi mei diripient eos, &  
residui gentis meæ possidebūt illos. ¶ Hoc  
eis eueniet pro superbia sua: quia blasphema-  
uerunt, & magnificati sunt super po-  
pulū Domini exercituū. ¶ Horribilis Dñs  
super eos, & attenuabit omnes deos terre.  
& adorabunt eum viri de loco suo, om-  
nes insulæ Gentium. ¶ Sed & vos Athio-  
pes interfecti gladio meo eritis. ¶ Et exten-  
det manum suam super Aquilonē, & per-

des



det Assur: & ponet Speciosam in solitudi-  
 14 nem & in inuium & quasi desertum. ¶ Et  
 D accubabunt in medio eius greges, omnes  
 bestia Gentiū: & onocrotalus & ericius  
 in liminib<sup>9</sup> eius morabuntur: vox cātantis  
 in fenestra, coruus in super liminari, quo-  
 15 niā attenuabo robur eius. ¶ Hæc est ciuitas  
 glōriosa habitans in cōfidentia: quæ dice-  
 bat in corde suo: Ego sum, & extra me nō  
 est alia amplius. quomodo facta est in  
 desertū cubile bestia? omnis qui trāsit per  
 eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

## CAP. III.

1 VÆ prouocatrix & redēpta<sup>3</sup> ciuitas, co-  
 2 lumba. ¶ Non audiuit<sup>2</sup> vocē, & nō su-  
 A scepit disciplinā: in Dño non est confisa,  
 3 ad Deū suū non appropinquauit. ¶ Princi-  
 pes eius in medio eius quasi leones rugien-  
 tes: iudices eius lupi vespere, nō relinque-  
 4 bant in mane. ¶ Prophetæ eius vesani, viri  
 infideles: sacerdotes eius polluerunt san-  
 5 ctū, iniuste egerunt cōtra legem. ¶ Dñs iu-  
 stus in medio eius nō faciet iniquitatem:  
 manè manè iudiciū suū dabit in lucem,  
 & non abscondetur: nesciuit<sup>5</sup> autē iniquus  
 6 confusioē. ¶ Disperdidi Gētes, & dissipati  
 sunt anguli earum: desertas feci vias eorū,  
 dum non est qui transeat: desolatae sunt  
 7 ciuitates eorū, non remanente viro, neq;  
 villo habitatore. ¶ Dixi, Attamen timebis  
 me, suscipies disciplinam: & non peribit  
 habitaculū eius, propter omnia in quibus  
 visitaui eam: verūtamen diluculo surgen-  
 tes corruerūt omnes cogitationes suas.

¶ Qua-

Isai. 34. c. 80

vel noctua

nūis cātabit

desolatio erit in li-  
 mine quoniā mud-  
 auit cedra sig. vel  
 tabulata dicitur  
 ut, aut mudata erit  
 & signa.

q̄ exultabat

sedate stinguinat  
 ciuitati q̄ spoliat

vel attendit

vel vesp̄tini.

Eze. 22. f. 27

Mich. 3. d. 10

nihil reliquū fa-  
 ciebat

D. xi. c. oportet.

singulomaneve  
 l. quotidienō cessat prauig  
 tamen nescit ex-  
 ubescere.

vt nō sit quisq̄.

nec omne malū  
 statui veni et sup-  
 eam:



ad diē q̄ resurgam  
in p̄petuū.

dābo

**IESU.**

nomen.

vel consensu.

cū filia vel atha-  
ris filia.

exultātē supbia  
tuā.

**Apostoli.**

**iesus.**

debilitentur.

pp̄ amorē suū in  
te.

afflictos de cetū  
auferam

remouebūtur

abste qui te opprobio afficiebāt.

Quapropter expecta me, dicit Dñs, in die resurrectionis meæ in futurū, quia iudicium meū vt congregē Gentes, & colligā regna: & effundā super eos indignationē meā, omnē irā furoris mei: ¶ In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. ¶ Quia tunc reddā populis labiū electū, vt inuocent omnes in nomine Dñi, & seruiāt ei humero vno. ¶ Ultra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei filij disperforū meorū deferent munus mihi. ¶ In die illa nō confundēris super cūctis adinuentionibus tuis, quibus præuaticata es in me: quia tunc auferā de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adicies exaltari amplius in monte sancto meo. ¶ Et derelinquam in medio tui populū pauperem & egenū: & sperabunt in nomine Dñi. ¶ Reliquiæ Israël non facient iniquitatē, nec loquētur mendaciū, & non inuenietur in ore eorū lingua dolosa: quoniā ipsi pascētur & acubabunt, & non erit qui exterreat. ¶ Lauda filia Sion, iubila Israël: lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalē. ¶ Abstulit Dominus iudiciū tuū, auertit inimicos tuos: rex Israël Dñs in medio tui, non timebis malū vltra. ¶ In diē illa dicetur Ierusalem, Noli timere: Sion, non dissoluantur manus tuę. ¶ Dñs Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua. \* exultabit super te in laude. ¶ Nugas qui à lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: vt non vltra habeas super eis opprobrium. ¶ Ecce ego



ego interficiã oēs qui affligerũt te in tem-  
 pore illo: & saluabo claudicantẽ, & eam *Mich. 4. 6.*  
 quæ eiecta fuerat congregabo: & ponam  
 eos in laudẽ & in nomen, in omni terra  
 20 cõfusionis eorũ. In tẽpore illo quo addu-  
 cam vos, & in tẽpore quo cõgregabo vos:  
 dabo enim vos in nomen, & in laudem  
 omnibus populis terræ, cũ conuertero  
 captiuitatem uestram corã oculis uestris,  
 dicit Dominus.

PROLOGVS IN PROPHE-  
 TIAM AGGAEI. *tom. 6.*

**JEREMIAS** propheta ob causam periurij Se-  
 deciae regis (vt historia libri secũdi Paralipomenõ in-  
 dicat) qui fidem promissam Nabuchodonosor regi  
 Chaldæorũ non seruauerat, populũ Israël refert cum  
 memorato rege Ierusalem, expugnata Ierusalem, ca-  
 ptium in Babylonẽ fuisse perductum. Sed cũ me-  
 moratus populus multis temporibus idõlis seruiẽdo,  
 & effusione sanguinis innocentum se grauitèr impias-  
 set: volens Deus generationẽ vniuersam eiusdem po-  
 puli ob causas memoratas penitus deperire, septua-  
 ginta annorũ captiuitatẽ eundem populum in regno  
 Chaldæorum statuit sustinere: hac ratione, vt cõple-  
 to numero annorũ, nouus populus à memoratis pec-  
 catis immunis ad renouationem Ierusalem perueni-  
 ret. Sexagesimo itaq; secũdo anno, regno Chaldæo-  
 rũ subuerso, cui adhuc octo anni restabant ad regnan-  
 dum, quod etiam sexta visio Danielis ostendit, cũ  
 propter causam sacrilegij, quod in eadem visione cõ-  
 tinetur, fuisset extinctum, Darius qui Medis impera-  
 bat, vt septima visio Danielis ostendit, memoratorũ  
 regno successit. Cuius primo anno regni, vt decima  
 visio Danielis manifestat, Daniel supputatis annis vi-  
 dens appropinquare tempus reuerfionis, quæ per Je-  
 remiam fuerat promissa, orans tam pro se, quàm pro  
 populo, eandem promissionem à Deo postulabat im-  
 pleri. Cui per Gabrielem archangelum in eadem vi-  
 sione



fione iuxta preces eiusdem, vniuersa completa esse, Deus dixit. Nam moriente supradicto Dario rege Medorum, & succedente in regno, Cyro rege Persarum: promissione Dei completa, per eundem regem, populū Israēl in Ierusalē reductū, historia secundi libri Paralipomenon, & initium Esdræ prophetæ confirmant. Cumq; à populo Israēl & senioribus tēplū Dei ædificari cœpisset: mortuo Cyro rege, ac regnate Dario rege Persarū, qui memorato Cyro succellerat: vicinæ gētes ciuitatis Ierusalē, (vt idē Esdras refert) restorationē templi & ciuitatis resistendo impedire cœperunt. Qua ratione deterritus populus Israel, reparationem supradicti templi Domini necdū iuxta promissionē cōcessam esse credebat. Propter quod in secundo anno regni memorati Darij regis Persarum, Aggæus propheta à Deo missus, Zorobabel qui de tribu erat Iuda, qui potestatem regni suscepturus erat, & Iesum filium Iosedec summum sacerdotem admonet, vt credant completo numero annorum tēpus restorationis Ierusalem aduenisse: hoc etiam addito, ne incredulitatem populi vellent imitari, de quo Deus per eum dixit, Populus hic dicit, Nondum venit tempus vt ædificetur domus Dei. Omnia autem quæ textu huius prophetiæ continentur, reuersionē populi, ædificationem templi, renouationem ciuitatis, obseruantiam sacerdotalem, & interitum regnorum gentium exterarum significant.

## H3. 2. capitula.

## A G G Æ I P R O P H E T I A.

## C A P. I.

2. Esd. 6. 4. 1.  
6. 17.



NUNUNO secūdo Darij regis in mēse sexto, in die AVNA mēsis: factum est verbū DŃi in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducē Iuda, & ad Iesum filiū Iosedec sacerdotem magnum, dicens, <sup>9</sup>Hæc ait Dominus exercituum, dicēs, Populus iste dicit, Nōdum venit



venit tempus domus Domini ædifican-  
 3 dæ. Et factū est verbū Domini in manu  
 4 Aggæi prophetae, dicens, Nūquid tempus  
 B vobis est vt habitetis in domibus<sup>\*vestris</sup> laquea-  
 5 tis, & domus ista deserta? Et nunc hæc di-  
 cit Dominus exercituū, Ponite corda ve-  
 6 stra super vias vestras. ¶ Seminaſtis multū, <sup>Deu. 28. d. 38</sup>  
 & intulistis parū: comedistis, & non estis <sup>Mic. 6. d. 15.</sup>  
 satiati: bibistis, & nō estis inebriati: operui-  
 7 stis vos, & non estis calefacti: & qui mer-  
 8 cedes cōgregauit, misit eas in sacculum  
 9 pertusum. Hęc dicit Dominus exercituū,  
 10 Ponite corda vestra super vias vestras, ¶ a-  
 scendite in montem, portate ligna, & ædi-  
 11 ficate domum: & acceptabilis mihi erit, &  
 12 glorificabor, dicit Dominus. Respexistis  
 C ad amplius, & ecce factum est minus: &  
 intulistis in domū, & exufflaui illud: quā  
 ob causam, dicit Dominus exercituū? quia  
 domus mea deserta est, & vos festinatis  
 10 vnusquisque in domum suam. ¶ Propter  
 hoc super vos prohibiti sunt cæli ne da-  
 rent rorem, & terra prohibita est ne daret  
 11 germen suum, & vocaui siccitatem super  
 terram, & super montes, & super triticū,  
 & super vinum, & super oleum, & quæ-  
 12 cunque profert humus, & super homi-  
 nes, & super iumenta, & super omnem la-  
 13 borem manuum. Et audiuit Zorobabel  
 D filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacer-  
 dos magnus, & omnes reliquæ populi vo-  
 cem<sup>\* Dei sui</sup>, & verba Aggæi prophetae, <sup>\* Domini &</sup>  
 sicut misit eū Domin<sup>9</sup> Deus eorū ad eos:  
 13 & timuit populus à facie Domini. Et di-  
 xit

se locauit mercede.

\* Domini &

20221

xix



Deus

xit Aggæus nūtius Domini de nuntiis Domini, populo dicēs: Ego vobiscum sum, dicit Dominus. Et suscitavit Dominus spiritū Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritū reliquorū de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.

## CAP. II.

qualem,

IN die vicesima & quarta mensis in sexto mense, in anno secundo Darij regis. In septimo mēse, vicesima & prima mensis: factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotē magni, & ad reliquos populi, dicēs: Quis in vobis est derelictus qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nūquid non ita est, quasi nō sit in oculis vestris? Et nūc cōfortare Zorobabel, dicit Dominus, & cōfortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & cōfortare omnis populus terræ, dicit Dñs exercituum: & facite (quoniā ego vobiscū sum, dicit Dominus exercituum) verbum quod pepigi vobiscum cū egredere mini de terra Egypti: & spiritus meus erit in medio vestrū: nolite timere, Quia hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc vnū modicum est, & ego cōmouebo calum & terram, & mare, & aridam. Et mouebo omnes gentes, ET VENIET DESYDERATUS cunctis Gentibus; & implebo domum

placui

Heb. 12. g. 26

**iesus.**



mū istā gloria, dicit Dominus exercituū,  
 9 Meum est argentū: & meū est aurū, dicit  
 10 Dominus exercituū. Magna erit gloria  
 domus istius nouissimæ plus quā pri-  
 mæ, dicit Dominus exercituū: & in loco  
 isto dabo pacem, dicit Dominus exerci-  
 11 tuū. In vicesima & quarta noni mensis,  
 in anno secundo Darij regis, factū est ver-  
 12 bū Dñi ad Aggæū prophetā, dicens, Hæc  
 dicit Dominus exercituum, Interroga sa-  
 13 cerdotes legem, dicens, Si rulerit homo  
 carnem sanctificatam in ora vestimenti  
 sui, & tetigerit de summitate eius panem,  
 aut pulmentum, aut vinum, aut oleum,  
 aut omnem cibum: nunquid sanctificabi-  
 14 tur. Non, Et dixit Aggæus, Si tetigerit  
 C. pollutus in anima, ex omnibus his, nun-  
 quid cōtaminabitur? Et respōderunt sacer-  
 15 dotes, & dixerūt, Contaminabitur. Et re-  
 spondit Aggæus, & dixit, Sic populus iste,  
 & sic gēs ista ante faciem meam, dicit Do-  
 minus, & sic omne opus manuū eorum:  
 & omnia quæ obtulerunt ibi, cōtaminata  
 16 erunt. Et nūc ponite corda vestra, à die  
 hac & suprā antequā poneretur lapis su-  
 17 per lapidē in tēplo Domini. Cū accede-  
retis ad aceruum viginti modiorum, &  
fierent decem: & intraretis ad torcular, vt  
 18 exprimeretis quinquaginta lagenas, & fie-  
 & aurugine, & grādine omnia opera ma-  
 nuum vestrarū: & non fuit in vobis qui  
 19 reuerteretur ad me, dicit Dñs. Ponite cor-  
 da

vel cū accederet  
 quispiam ad acer-  
 uū frumētī quæ  
 putabat reditu-  
 rū viginti modi-  
 orū, et reddebat  
 tantū decē:

c. si popul. 1. 9.  
 nu. 9. leu. 20

Amos 4. 1. 9.



horreo

da vestra ex die ista & in futurū, à die vicesima & quarta noni mensis : à die qua fundamēta iacta sunt tēpli Dñi, ponite super cor vestrum. <sup>19</sup> Nunquid iam semen in <sup>20</sup> germine est : & adhuc vinea , & ficus, & malogranatū & lignū oliuæ non floruit? ex die ista benedicam. <sup>21</sup> Et factū est verbū Domini secundo ad Aggæū, in vicesima & quarta mensis, dicens, <sup>22</sup> Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens, Ego mouebo cælum pariter & terram. <sup>23</sup> Et subuertam soliu regnorū, & conteram fortitudinem regni Gentiū : & subuertam quadrigā & ascensorem eius : & descendent equi , & ascensores eorū, vir in gladio fratris sui. <sup>24</sup> In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te || Zorobabel fili Salathiel ser-  
*Ecc. 49. c. 13* ue meus, dicit Dominus, & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

PROLOGVS IN ZACHARIAE PROPHETIAM. *tom. 6.*

**SECUNDO**, anno Darij regis Medorum Aggæum & Zachariā prophetasse, lectiones eorundem declarant. Sed hac de causa Aggæus Zachariæ in ordine prophetarum prælatus esse videtur, quòd eum duobus mensibus, vt prædictorū lectiones ostendūt, in prophetia præcessisse inuenitur, & ad reparationem tēpli præcepto Dei populū animasse, vt Esdras refert, dicens, In secundo anno Darij regis Persarū prophetauerunt Aggæus & Zacharias filius Addo propheta, super Iudæos qui erant in Iuda & Ierusalem, super Israël in nomine Dei Israël super eos. Tunc surrexerūt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & principes eius : inchoaueruntque ædificare domū Dei, quæ est in Ierusalem. Quibus cum



cum adessent prophetae, exhortatione sua adiuuerunt eos. Nam & populum Israël ab imitatione patrum delictorum, per suam admonitionem idem propheta cupiens reuocare, verbis lectione comprehensis usus est, Vidi nocte: & ecce vir ascenderat super equum rubeum &c. Vidit propheta virum equo rubeo sedentem, & stantem in medio myrteti umbrosi: cuius visionis hæc solutio est: Vir ascendens equum rubeum: licet angelus intelligatur: tamen quia prædicti coloris equum conscendere visus est, vindictam sanguinis in eam gentem significat afferendam, quæ populum Israël in captiuitatem redegerat. Nam & Isaias propheta, per ruborem vestimentorum, inter gentes vindictam cum sanguine à Deo proferendam demonstrans, his verbis usus est, dicens, Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, &c. Stantem verò in medio myrteti umbrantis quod dixit, lætitiã populo affuturam, per myrteti significationem voluit designari. Eius ligni Moyses in Leuitico cum faceret mentionem, ait, Accipietis die prima fructus ligni speciosi, vt lætitiã populi per bene olentis ligni & speciosi umbraculum demonstraret. Sed hanc visionem quæ liberationem populi, & vindictam de aduersariis affuturam demonstrat, ob hoc noctu propheta se vidisse memorauit, quia populum Israël in prima liberatione de terra Aegypti noctu discelsisse constabat: cuius exempli quia præsens populus aliquam partem in se retinere videbatur, liberatio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldæorum per noctem prophetae est reuelata. *H. 14. capita.*

PROPHETIA ZACHARIE.

CAP. I.

**A** N MENSE octauo in anno secundo Darij factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachia filij Addo prophetam, dicens, Iratus est Dominus super patres vestros iracundia. Et dices ad

2

cos,

*p. 52. vices. An  
exercituum  
in hoc pph  
eta resp  
ies.*



<sup>2</sup> operibus.

<sup>c</sup> statuta.

Isai. 21. b. 8.

31. c. 6.

45. d. 22.

Isai. 3. c. 12.

15. d. 19.

31. c. 18.

Eze. 18. g. 30

20. d. 7.

33. c. 11.

Osee 14. d. 2

Isai. 2. c. 12.

eos, Hæc dicit Dñs exercituũ, ¶ **Conuertimini** ad me, ait Dñs exercituũ: & conuertat ad vos, dicit Dñs exercituum. ¶ Ne sitis sicut patres vestri, ¶ ad quos clamabant prophetae priores, dicentes, Hæc dicit Dñs exercituum, ¶ **Conuertimini** de viis vestris malis, & de **cogitationibus** vestris pessimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dñs. ¶ Patres vestri ubi sunt? & prophetae nunquid in sempiternum uiuent? ¶ Veruntamen verba mea & **legitima** mea quæ mandauit seruis meis prophetis, nunquid non comprehenderunt patres vestros, & conuersi sunt, & dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituũ facere nobis secundum vias nostras, & secundum adiuuaciones nostras fecit nobis. ¶ In die vicesima & quarta vndecimi mensis Sabath: in anno secundo Darij, factum est verbum Domini ad Zachariam filiũ Barachia filij Addo prophetam, dicẽs, ¶ Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varij, & albi. ¶ Et dixi, **Quid** sunt isti Domine mi? & dixit ad me angelus qui loquebatur in me, Ego ostendam tibi **quid** sint hæc. ¶ Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit, Isti sunt quos misit Dñs, vt perambulent terram. ¶ Et responderunt angelo Dñi, qui stabat inter myrteta & dixerunt: Perambulauimus terrã, & ecce omnis terra habitatur & quiescit. ¶ Et respondit angelus Domini,

1. Januarij:

<sup>4</sup> vel qui.

<sup>5</sup> qui sunt hi

<sup>a</sup> Domini castanos.

houeros.

<sup>c</sup> blacos.



ni, & dixit, Domine exercituū vsquequo  
 tu non misereberis Ierusalem & urbium  
 Iuda, quibus iratus es, iste - iam septua-  
 gesimus annus est? Et respondit Domi-  
 nus angelo qui loquebatur in me verba  
 bona, verba consolatoria. Et dixit ad me  
 angelus qui loquebatur in me, Clama, di-  
 cēs, Hęc dicit Dñs exercituū, Zelatus sum  
 Ierusalem & Sion zelo magno, Et ira ma-  
 gna ego irascor super gentes opulētas quia  
 ego iratus sum parum, ipsi verò adiuue-  
 runt in malū. Propterea hęc dicit Do-  
 minus, reuertar ad Ierusalem in misericor-  
 diis: domus mea ædificabitur in ea, ait Do-  
 minus exercituum: & perpendiculum ex-  
 tendetur super Ierusalem. Adhuc clama  
 dicēs, Hęc dicit Dominus exercituū, Ad-  
 huc affluent ciuitates meæ bonis: & con-  
 solabitur adhuc Dominus Sion, & eliget  
 adhuc Ierusalē. Et leuauī oculos meos,  
 & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi  
 ad angelum qui loquebatur in me, Quid  
 sunt hęc? Et dixit ad me, Hęc sunt cornua  
 quæ ventilauerūt Iudā, & Israēl, & Ierusa-  
 lem. Et ostendit mihi Dominus quatuor  
 fabros. Et dixi, Quid isti veniunt facere?  
 Qui ait dicēs, Hęc sunt cornua quæ ven-  
 tilauerunt Iudam per singulos viros, &  
 nemo eorum leuauit caput suum: & ve-  
 nerunt isti deterrere eā, vt deiiciant cor-  
 nua gentiū quæ leuauerunt cornu super  
 terram Iuda vt dispergerent eam.

Angeli orāt  
 p nobis. Et m  
 .6. ortui. 2  
 mac. 15.  
 baruc. 7.

quictas:

Infr. 8. 4. 20

vide thre. 3.  
 isai. 47. 11  
 si. // Et. 10.

dispergentur.

pre multitudi-  
 ne bonorū:

ita q nemo  
 debet leuare.

7  
 eos,

CAP. II.

¶ 3

Et



D. Greg. 4. lib.  
moral. c. 31.

**E**T leuavi oculos meos, & vidi: & ecce vir & in manu eius funiculus mensurum. Et dixi, quò tu vadis? Et dixit ad me, Ut metiar Ierusalem, & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum, Curte, loquere ad puerum istum, dicens, Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. O, o fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, quonia in quatuor ventos caeli dispersi vos, dicit Dominus. O Sion fuge quæ habitas apud filiam Babylonis, quia hæc dicit Dominus exercituum, Post gloriam misit me ad gentes quæ spoliauerunt vos: qui enim tegerit vos, tangit pupillam oculi mei: quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his qui seruibant sibi: & cognoscetis quia Dominus exercituum misit me. Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

*n*  
c. accusatio. Et  
3. 1. q. 7.  
exua te. vel  
fugite.  
vel ut potantur  
gloriam. vel post  
gloriam subnudi  
vobis pollicita.

*Quis 2.*

*4*  
dñi sed in corre  
ctis est sui. i. si  
bi magis nocet  
q̄ vobis.

**iesus.**



## CAP. III.

1 **E**T ostendit mihi Dominus Iesum sa- .70. c. iesus. d. 50  
 A cerdotem magnum stantem corā an- c. si. n. Hic. iesus  
 gelo Domini: & satan stabat à dexteris de pnia. d. 2.  
 2 eius, vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus  
 ad satan, Increpet Dominus in te satan: &  
 increpet Dominus in te, qui elegit Ierusa-  
 3 lem: nunquid non iste turris est, erutus  
 de igne? Et Iesus erat indutus vestibus  
 4 sordidis: & stabat ante faciē angeli. Qui  
 respondit, & ait ad eos qui stabant coram  
 se, dicēs, Auferte vestimēta sordida ab eo.  
 Et dixit ad eum, Ecce, abstuli à te iniqui-  
 5 tatem tuā, & indui te mutatoriis. Et di-  
 B xit, Ponite cidarim mundam super caput  
 eius. Et posuerunt cidarim mūdā super ca-  
 put eius, & induerūt eū vestibus: & ange-  
 6 lus Dñi stabat. Et contestabatur angelus  
 7 Domini Iesum, dicens, Hæc dicit Domi-  
 C nus exercituū, Si in viis meis ambulaueris,  
 & custodiā meā custodieris: tu quoque  
 iudicabis domū meam, & custodies atria  
 mea, & dabo tibi ambulantes de his qui  
 8 nunc hīc assistunt. Audi Iesu sacerdos  
 magne, tu & amici tui qui habitant corā  
 te, quia viri portendentes sunt. ecce enim  
 ego **A D D V C A M S E R V V M M E V M** *Inf. 6. d. 12.*  
 9 **O R I E N T E M.** Quia ecce lapis quem *Luc. 1. g. 78.*  
 D dedi corā Iesu: super lapidem vnū septem **I E S U S.**  
 oculi sunt. ecce ego cælabo *sculpturā* eius, *sculpturam*  
 ait Dñs exercituū: & auferā iniquitatem  
 10 terræ illius in die vna. In die illa, dicit  
 Dominus exercituū, vocabit vir amicum  
 suum subter vineam, & subter ficum.

via inter illos

germen.

Inf. 6. d. 12.

Luc. 1. g. 78.

I E S U S.

sculpturam



lenticula

## CAP. IIII.

lenticula.

ET reuersus est angelus qui loqueba-  
 tur in me: & suscitauit me, quasi virum  
 qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad  
 me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi & ecce  
 candelabrum aureum totum, & lampas  
 eius super caput ipsius: & septem lucernæ  
 eius super illud: & septem infusoria lu-  
 cernis quæ erant super caput eius. Et duæ  
 oliuæ super illud: vna à dextris lapadis, &  
 vna à sinistris eius. Et respondi, & aio  
 ad angelum qui loquebatur in me: dicens,  
 Quid sunt hæc, Domine mi? Et respondit  
 angelus qui loquebatur in me, & dixit ad  
 me, Nunquid nescis quid sunt hæc? Et di-  
 xi, Non Domine mi. Et respondit, & ait  
 ad me, dicēs, Hoc est verbū Domini ad Zo-  
 robabel, dicens, Non in exercitu, nec in ro-  
 bore: sed in spiritu meo, dicit Dñs exerci-  
 tum. Quis tu mons magne coram Zo-  
 robabel: in planum: & educet lapidem pri-  
 marium, & exæquabit gratiā gratiæ eius.  
 Et factum est verbum Domini ad me,  
 dicēs, Manus Zorobabel fundauerūt do-  
 mū istā, & manus eius perficient eam: &  
 scietis quia Dominus exercituum misit  
 me ad vos. Quis enim despexit dies par-  
 uos? & iurabuntur, & videbunt lapidem  
 stanneū in manu Zorobabel. Septē isti o-  
 culi sunt Domini, qui discurrūt in vniuer-  
 sam terram. Et respondi, & dixi ad eum,  
 Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexterā can-  
 delabri, & ad sinistram eius? Et respondi  
 secundo, & dixi ad eū, Quid sunt duæ spi-  
 cæ

oēs dicēt grā  
 illi. vel hęc grā  
 chex est ille.

o  
 paruarū sub  
 iudicō solationū

o  
 i. ppendiculū

o  
 illis. vel septies  
 maiore. oculi  
 dñi ipsi pstru-  
 nt.



*in medio duarum  
fistularum aurearum  
quae euacuatur ex se  
ipsis olei plucet  
nis aureas.*

ca<sup>a</sup> oliuarū, quae sunt iuxta duo rostra au-  
rea, in quibus sunt suffusoria ex auro? Et  
ait ad me, dicens, Nunquid nescis quid  
sunt haec? Et dixi, Non Domine mi. Et di-  
xit, Isti sunt duo filij olei-splendoris, qui  
assistunt dominatori vniuersae terrae.

## CAP. V.

*70. h3 falce volan-  
tem.*

**E**T conuersus sum, & leuavi oculos  
meos: & vidi, & ecce volumē volans.

**2** Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, E-  
go video volumē volans. longitudo eius  
viginti cubitorum, & latitudo eius decē  
cubitorū. **3** Et dixit ad me, Haec est male-  
dictio quae egreditur super faciem omnis  
terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptū est,  
iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc simi-  
liter iudicabitur. **4** Educā illud, dicit Do-  
minus exercituum: & veniet ad domum  
furis & ad domū iurantis in nomine meo  
mendaciter: & commorabitur in medio  
domus eius, & cōsumet eū, & ligna eius,

*succidetur et. j.*

& lapides eius. **5** Et egressus est angelus qui  
loquebatur in me: & dixit ad me, Leua  
oculos tuos, & vide quid est hoc quod  
egreditur. **6** Et dixi, Quid nā est? Et ait, Hęc  
est amphora egrediēs, Et dixit, Hęc est

*1  
Ephā. et. j.*

oculus eorū in vniuersa terra. **7** Et ecce ta-  
lentū plumbi portabatur, & ecce mulier  
vna sedēs in medio amphoræ. **8** Et dixit,  
Haec est impietas. Et proiecit eā in medio  
amphoræ, & misit massam plumbeam in  
os eius. **9** Et leuavi oculos meos, & vidi: &  
ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus  
in alis earū, & habebāt alas quasi alas mil-

*ciconiq.*



ui: & leuauerunt amphoram inter terrā  
& cælum. <sup>9</sup> Et dixi ad angelum qui lo-  
quebatur in me, Quò istę deferūt amphi-  
ram? <sup>9</sup> Et dixit ad me, Vt ædificetur ei do-  
mus in terra Sennáar, & stabiliatur, & po-  
natur ibi super basem suam.

## C A P. V I.

**E**T conuersus sum, & leuauí oculos  
meos, & vidi: & ecce quatuor quadri-  
gæ egredientes de medio duorū mōtium:  
& montes, montes ærei. <sup>2</sup> In quadriga pri-  
ma equi rufi, & in quadriga secunda equi  
nigri: <sup>3</sup> & in quadriga tertia equi albi, & in  
quadriga quarta equi varij fortes. <sup>4</sup> Et re-  
spondi, & dixi ad angelum qui loqueba-  
tur in me, Quid sunt hæc Dñe mi? <sup>5</sup> Et re-  
spondit angelus, & ait ad me, Isti sunt  
quatuor venti cæli, qui egrediuntur vt stēt  
coram dominatore omnis terræ. <sup>6</sup> In qua  
erant equi nigri, egrediebantur in terram  
Aquilonis: & albi egressi sunt post eos: &  
uarij egressi sunt ad terram Austri. <sup>7</sup> Qui  
autē erāt robustissimi, exierūt, & quære-  
bant ire & discurrere per omnē terrā. Et  
dixit, Ite perambulate terrā, & perambu-  
lauerunt terrā. <sup>8</sup> Et vocauit me, & loquu-  
tus est ad me, dicens, Ecce, qui egrediun-  
tur in terrā Aquilonis, requiescere fecerūt  
spiritū meū in terra Aquilonis. <sup>9</sup> Et factū  
est verbū Dñi ad me, dicēs, <sup>10</sup> Sume à trans-  
migratione ab Holdai, & à Tobia, & ab  
Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis  
domū Iosix filij Sophoniæ, qui venerunt  
de Babylone. <sup>11</sup> Et sumes aurū & argētū, &  
facies

*mor zillo*  
*s. \**

*aloco<sup>1</sup> ubi stete  
runt.*



facies coronas: & pones in capite Iesu filij  
 12 Iosedec sacerdotis magni, & loqueris  
 D ad eum, dicens, Hæc ait Dominus exerci-  
 tuum dicēs, **HECCE VIR ORIENS**  
 N O M E N E I V S: & subter eum **orie-**  
 13 **tur**, & ædificabit templū Domino. & ipse  
 se extruet templum Domino: & ipse por-  
 tabit gloriam, & sedebit, & dominabitur  
 super folio suo: & erit sacerdos super so-  
 lio suo, & consilium pacis erit inter illos  
 14 duos. & coronæ erunt Heleni, & Tobie,  
 & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memo-  
 15 riale in templo Dñi. & Et qui procul sunt,  
 venient, & ædificabunt in templo Domi-  
 ni, & scietis quia Dominus exercituum  
 misit me ad vos. Erit autem hoc, si auditu  
 audieritis vocem Domini Dei vestri.

## CAP. VII.

1 **E**T factum est in anno quarto Darij re-  
 A **E**gis, factū est verbum Domini ad Za-  
 chariam, in quarta mēsis noni, qui est Ca-  
 2 sleu. & Et miserunt ad domum Dei Sará-  
 far & Rogom-melech, & viri qui erant  
 3 cum eo, ad deprecādam faciē Dñi: & vt di-  
 cerent sacerdotibus domus Domini exer-  
 cituum & prophetis, loquētes, Nunquid  
 4 flendū est mihi in quinto mēse, vel **sancti-**  
 ficare me debeo: sicut iam feci multis an-  
 5 nis? & Et factum est verbū Domini exerci-  
 6 tuum ad me, dicēs, & Loquere ad omnem  
 B populum terræ, & ad sacerdotes, dicens,  
 7 **Cūm** ieiunaretis, & plangeretis in quin-  
 8 to & septimo per hos septuaginta annos:  
 9 **et nunquid** ieiuniū ieiunastis mihi? & cūm  
 10 **ieiuniū quarti. 76. dist.** comedi-

<sup>a</sup>  
 germen  
 Sup. 3. c. 8. **iesg.**  
 Luc. 1. g. 78.  
 germinabit

<sup>1</sup>  
 eis

<sup>c</sup>  
 Separare subau-  
 di a cibis.

Esa. 58. 4. 5.



*vel quiata.**opprimere.*

Exo. 22. d. 22.

Isai. 1. f. 23.

Levit. 5. g. 28.

*sum**spens**post eos ita qd*

comedistis & bibistis : nūquid non vobis  
 comedistis, & vobismetipsis bibistis? Nū-  
 quid nō sunt verba, quæ loquutus est Do-  
 minus in manu prophetarū priorū, cū  
 adhuc Ierusalem habitaretur, & esset opu-  
 lenta, ipsa & vrbes in circuitu eius, & ad  
 Austrum, & in campestribus habitaretur?  
 Et factum est verbum Domini ad Zacha-  
 riam, dicens, Hæc ait Dominus exerci-  
 tum, dicens, Iudicium verum iudicate: C  
 & misericordiam & miserationes facite  
 vnusquisque cū fratre suo. Et viduam  
 & pupillum, & aduenam, & pauperem  
 nolite calumniari: & malum vir fratri  
 suo non cogitet in corde suo. Et nolue-  
 runt attendere, & auerterūt scapulam re-  
 cedentes: & aures suas aggrauauerunt, ne  
 audirent. Et cor suum posuerunt vt ada-  
 mantem, ne audirēt legem & verba quæ D  
 misit Deus exercituum in spiritu suo per  
 manum prophetarum priorum: & facta  
 est indignatio magna à Domino exerci-  
 tum. Et factum est sicut locutus est, &  
 \*non audierunt: sic clamabūt, & nō exau-  
 diam, dicit Dominus exercituum. Et di-  
 spersi eos per omnia regna quæ nesciunt:  
 & terra desolata est ab eis, eò quòd non  
 esset transiens & reuertens: & posuerunt  
 terram desyderabilem in desertum.

## CAP. VIII.

Sup. 1. c. 14.

ET factum est verbum Domini exerci-  
 tum, dicens, Hæc dicit Dominus ex-  
 ercitus, Zelatus sum Sion zelo mag- A  
 no, & indignatione magna zelatus sum  
 eam.



3 eam. <sup>?</sup> Hæc dicit Dominus exercituum,  
 Reuersus sum ad Siō: & habitabo in me-  
 dio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ci-  
 uitas veritatis, & Mons Dñi exercituum,  
 4 mons sanctificatus. <sup>?</sup> Hæc dicit Dñs exerci-  
 tum. Adhuc habitabunt senes, & anus  
 in plateis Ierusalē: & viri baculus in ma-  
 5 nu eius præ multitudine dierū. <sup>?</sup> Et plateę  
 ciuitatis cōplebuntur infantibus & puel-  
 6 lis ludentibus in plateis eius. <sup>?</sup> Hæc dicit  
 Dominus exercituū, Si videbitur difficile  
 in oculis reliquiarū populi huius in die-  
 7 bus illis, nunquid in oculis meis difficile  
 erit, dicit Dñs exercituū? <sup>?</sup> Ecce ego salua-  
 bo populum meū de terra Orientis, & de  
 8 terra Occasus solis. <sup>?</sup> Et ad lucam eos, & ha-  
 bitabunt in medio Ierusalem: & erūt mi-  
 hi in populum, & ego ero eis in Deū in  
 9 veritate & in iustitia. <sup>?</sup> Hæc dicit Domi-  
 10 nus exercituū, Confortentur manus ve-  
 stræ qui auditis in his diebus sermones  
 istos per os prophetarum in die qua fun-  
 data est domus Domini exercituū, vt tem-  
 11 plum ædificaretur. <sup>?</sup> Siquidē ante dies il-  
 los merces hominū non erat, nec merces  
iumētorū erat, neque introeunti neq; ex-  
 eunti erat pax præ tribulatione: & dimisi  
 omnes homines vnumquemque contra  
 12 proximum suum. <sup>?</sup> Nunc autem non iux-  
 ta dies priores ego faciā reliquiis populi  
 huius, dicit Dominus exercituum, <sup>?</sup> sed se-  
 men pacis erit: vinea dabit fructū suum,  
 & terra dabit germen suum, & cæli da-  
 bunt rorem suum: & possidere faciam re-  
 liquias

*Eccia. mat.  
 28. ioel. 3.  
 Ezech. 48.  
 - 6.*

iesus.

*ois labore et  
 conatus ir-  
 ritus fuit et  
 inanis. hi  
 ero. hic.*



liquias populi huius vniuersa hæc. Et erit: 13  
 sicut eratis maledictio in Gentibus, do- C  
 mus Iuda & domus Israël: sic saluabo vos,  
 & eritis benedictio: nolite timere, confor-  
 tentur manus vestræ. Quia hæc dicit 14  
 Dominus exercituum, Sicut cogitavi vt  
 affligerem vos, cum ad iracundiam pro-  
 uocassent patres vestri me, dicit Domi-  
 nus\*, & non sum misertus: sic conuersus 15  
 cogitavi in diebus istis vt benefaciã do-  
 mui Iuda & Ierusalé: nolite timere. Hæc 16

\*exerci-  
 tum 5.

Eph. 4. f. 25 sunt ergo verba quæ facietis, ¶ Loquimini  
 veritatem vnusquisque cum proximo suo:  
 veritatem & iudicium pacis iudicate in  
 portis vestris. Et vnusquisque malum 17  
 contra amicum suum ne cogitetis in cor-  
 dibus vestris: & iuramentum mendax ne  
 diligatis. omnia enim hæc sunt quæ odi,  
 dicit Dominus. Et factum est verbũ Do- 18  
 mini exercituum ad me dicens, Hæc di- 19  
 cit Dominus exercituum, Ieiunium quar-

c. ieiunium. 7. di. ti, & ieiunium quinti, & ieiunium septi-  
 mi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ  
 in gaudium & lætitiã & in solēnitates  
 præclaras: veritatem tantum & pacē dili- D  
 gite. Hæc dicit Dñs exercituũ, Vsq̃ue quo 20  
veniant populi, & habitent in ciuitatibus  
multis, & vadant habitatores vnus ad al- 21  
terũ, dicentes, Eamus & deprecemur faciẽ  
Dñi, & queramus Dñm exercituũ, vadam  
etiam ego. Et veniẽt populi multi, & gẽ- 22  
 tes robustæ ad quærendum Dñm exerci-  
 tum in Ierusalem, & deprecandã faciem  
 Dñi. Hæc dicit Dominus exercituum, In 23  
 diebus

adhuc tẽpus quo  
 venient populi  
 habitatores vrbũ  
 magnarũ ibũt



diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, Ibimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est,

**iesus. isai**

## CAP. IX.

**A** Nus verbi Domini in terra Hadrach & Damasci requiei eius: quia Domini est oculus hominis, & omniū tribuum Israël. <sup>1</sup> Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon assumpserunt quippe sibi sapientiā valde. <sup>2</sup> Et ædificauit Tyrus munitionem suam, & coaceruauit argentum quasi humū, & aurum vt lutum platarum. <sup>3</sup> Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur. <sup>4</sup> Videbit Ascalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confusa est spes eius: & peribit rex de Gaza, & Ascalon non habitabitur. <sup>5</sup> Et sedebit separator in Azoto, & disperdam superbiam Philistinorum. <sup>6</sup> Et auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dētium eius: & relinquetur etiā ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accarō quasi Iebusæus. <sup>7</sup> Et circundabo domū meam ex his qui militant mihi eūtes & reuer- tentes, & non trāsibit super eos vltra exactor: quia nunc vidi in oculis meis. <sup>8</sup> Exultate satis filia Sion, Iubila filia Ierusalem:

*ad dñz respiciet vel. dñs est.*

*expellet*

*spurius abseng.*

*Ero castri domui mee colm exercitu transeuntē et reuertentem.*

*Isa. 62. d. 11.*

*Mat. 21. d. 5.*

*humilis iesu*

*asinam*

**ECCEREX TVVS** veniet tibi iustus & saluator: ipse pauper & ascendens super asinum & super pullum filiū asinæ. <sup>9</sup> Et disper-

disper-



<sup>1</sup> *Subaudi Sannabesis.* <sup>2</sup> *disperdam* <sup>3</sup> *disperdam* quadrigam ex Ephraim, & C  
<sup>4</sup> *emissi* equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus  
<sup>5</sup> *qui iacetis in magna expectatione.* belli: & loquetur pacem Gentibus, & po-  
<sup>6</sup> *extendi sicut sagitta ipsa Ephraim.* testas eius à mari vsque ad mare, & à flu-  
<sup>7</sup> *ut turbo venti australis.* minibus vsque ad fines terræ. <sup>8</sup> Tu quo-  
<sup>9</sup> *tumultuabit.* que in sanguine testamēti tui emifisti vin-  
<sup>10</sup> *inhostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* ctos tuos de lacu in quo non est aqua.  
<sup>11</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* <sup>12</sup> Conuertimini ad mutationem vincti  
<sup>13</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* spei, hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi. <sup>14</sup> Quoniam extendi mihi Iu-  
<sup>15</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* dam quasi arcum, impleui Ephraim: & sci-  
<sup>16</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* tabo filios tuos Sion super filios tuos  
<sup>17</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* Gracia, & ponam te quasi gladium for-  
<sup>18</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* tium. <sup>19</sup> Et Dominus Deus super eos vide-  
<sup>19</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* bitur, & exhibit, vt fulgur iaculum eius: &  
<sup>20</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* Dominus Deus in tuba canet, & vadet in  
<sup>21</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* turbine Austri. <sup>22</sup> Dominus exercituum  
<sup>22</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* proteget eos: & deuorabunt, & subiicient D  
<sup>23</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* lapidibus fundæ: & bibentes inebriabun-  
<sup>24</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* tur quasi à vino, & replebuntur vt phia-  
<sup>25</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* læ, & quasi cornua altaris. <sup>26</sup> Et saluabit eos  
<sup>26</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* Dominus Deus eorum in die illa, vt gre-  
<sup>27</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* gem populi sui: quia lapides sancti eleua-  
<sup>28</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* buntur super terrā eius. <sup>29</sup> Quid enim <sup>30</sup> bo-  
<sup>29</sup> *o q̄ bonū et pulchrū erit id frumētum q̄d letos faciet iuvenes, et vinū noua virgines.* num ei⁹ est, & quid pulchrū eius nisi fru-  
<sup>30</sup> *in hostia et colica consecratis pretiosi p̄sa. 71.* comētū electorū, & vinū germinās virgines?

## CAP. X.

<sup>1</sup> *nubes*

<sup>1</sup> **P**Etite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet riues, & A pluuiā imbris dabit eis, singulis herbam in agro. <sup>2</sup> Quia simulachra locuta sunt, inutile, & diuini viderunt mendacium, & somnatores locuti sunt frustra: vanè consolabantur. idcirco abducti sunt quasi gregi:



- grex: affligentur, quia non est eis pastor.  
 3 Super pastores iratus est furor meus, &  
 super hircos visitabo: quia visitauit Domi- **isai. 22**  
 nus exercituū gregem suum domum Iu-  
 da, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ  
 4 in bello. Ex ipso angelus, ex ipso paxil- **populus. legit**  
 lus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egredietur **Hiero. et in tunc**  
 5 omnis exactor simul. Et erunt quasi for- **vel pfectus**  
 tes, conculcantes lutum viarum in præ- **tur et aliq. Et**  
 lio: & bellabunt, quia Dominus cum eis **corre. et. in.**  
 6 & confundentur ascensores equorum. Et **c. 19. isai. et**  
 confortabo domum Iuda, & domum Ioseph **hic. mt. idio**  
 saluabo; & conuertam eos, quia nui- **ma scriptu**  
 7 serebor eorum: & erunt sicut fuerunt quan- **ray. esse. a**  
 do non proieceram eos: ego enim Domi- **populu. p. regn**  
 8 nus Deus eorum, & exaudiam eos. Et **ponant. to**  
 9 erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur **q. populos. cot**  
 cor eorum quasi à vino: & filij eorum vi- **inent. et for**  
 debunt, & lætabuntur, & exultabit cor co- **tissimu. dom**  
 10 rum in Domino. Sibilabo eis, & congre- **us sit.**  
 gabo illos, quia redemi eos: & multiplica- **IESUS.**  
 11 bo eos sicut antè fuerant multiplicati. Et **vel in lo. g. quis**  
 seminabo eos in populis, & délonge recor- **locis post.**  
 dabuntur mei: & uiuent cum filiis suis, &  
 12 reuertentur. Et reducam eos de terra-Æ-  
 gypti, & de Assyriis congregabo eos: &  
 ad terram-Galaad & Libani adducam  
 11 eos: & non inuenietur eis locus. & tran-  
 12 sibat in maris freto, & percutiet in mari  
 fluctus, & confundentur omnia profun-  
 da fluminis: & humiliabitur superbia As-  
 sur, & sceptrum Ægypti recedet. **robora. bo.**  
 Confortabo eos in Domino, & in nomine eius  
 ambulabunt: dicit Dominus.



**A** Peri Libane portas tuas, & comedat :  
 A ignis cedros tuas. ¶ Vlula abies, quia  
 cecidit cedrus, quoniam magnifici vasta-  
 ti sunt: vlulate quercus Basan, quoniam  
 succifus est saltus munitus. ¶ Vox vlula-  
 tus pastorum, quia vastata est magnificen-  
 tia eorum: vox rugitus leonū, quoniam  
 vastata est superbia Iordanis. ¶ Hæc dicit  
 Dominus Deus meus, Pasce pecora occi-  
 sionis? quæ qui possederant, occidebant,  
 & non dōlebant: & vendebant ea, dicen-  
 tes, Benedictus Dominus, diuites facti su-  
 mus: & pastores eorum non parcebant  
 eis. ¶ Et ego non parcam ultra super habi-  
 tantes terram, dicit Dominus: ecce ego tra-  
 dam homines, vnumquemque in manu  
 proximi sui, & in manu regis sui: & con-  
 cident terram, & non eruam de manu  
 eorum. ¶ Et pascam pecus occisionis pro-  
 pter hoc o pauperes gregis: & assumpsi  
 mihi duas virgas, vnā vocaui Decorem,  
 & alteram vocaui Funiculum: et pavi gre-  
 gem. ¶ Et succidi tres pastores in mense  
 vno, & contracta est anima mea in eis: si-  
 quidem & anima eorum variauit in me.  
 ¶ Et dixi, Non pascam vos: quod mori-  
 tur, moriatur: & quod succiditur, succi-  
 datur, & reliqui deuorent vnusquisque  
 carnem proximi sui. ¶ Et tuli virgā meam  
 quæ vocabatur Decus, & abscidi eam vt  
 irritum facerem fœdus meum quod per-  
 cussi cum omnibus populis. ¶ Et in irri-  
 tum deductum est in die illa: & cogno-  
 uerunt

cecidit.

pr filio iesu.

delinqbnt. i. diceb  
 ant se no peccare  
 ioh. 16. ois qui  
 interficit v  
 os, arbitretur  
 se obsequiu se  
 prestare deo

veliucū ditatē et

Deus statorem. ff

afflietn.

Isac. 15. a. 2.

abominabilis futu-  
 rit mihi

abscondi



uerunt sic pauperes gregis qui custodiunt  
 12 mibi, quia verbum Domini est. Et dixi ad <sup>me.</sup> iesus,  
 eos, Si bonum est in oculis vestris, afferte  
 mercedem meam: & si non, quiescite. Et  
 appenderunt mercedem meam triginta  
 13 argenteos. Et dixit Dominus ad me, Proii-  
 ce illud ad statuarium decorum pretium  
 quo appretiatum sum ab eis. Et tuli trigin-  
 ta argenteos: & proieci illos in domum Do-  
 14 mini, ad statuarium. Et praescidi virgam  
 meam secundam, quae appellabatur Funi-  
 culus, ut dissoluerem germanitatem inter  
 15 Iudam & Israel. Et dixit Dominus ad  
 me, Adhuc fume tibi vasa pastoris stulti.  
 16 Quia ecce ego suscitabo pastorem in ter-  
 ra, qui derelicta non visitabit, dispersum  
 non quaeret, & contritum non sanabit, &  
 id quod stat non enutriet, & carnes pin-  
 guium comedet, & vngulas eorum dissol-  
 17 uet. O pastor & idolum, derelinquens gre-  
 gem: gladius super brachium eius, & su-  
 per oculum dextrum eius: brachium eius  
 ariditate siccabitur, & oculus dexter eius  
 tenebescens obscurabitur.

## CAP. XII.

1 **O** Nus verbi Domini super Israel. Di-  
 2 cit Dominus extendens caelum, &  
 fundans terram, & fingens spiritum ho-  
 3 minis in eo, ecce ego ponam Ierusalem  
superliminare <sup>s</sup> crapulae omnibus populis  
 in circuitu: sed & Iuda erit in obsidione  
 4 contra Ierusalem. Et erit in die illa, po-  
 nam Ierusalem lapidem oneris cunctis po-  
 5 pulis: omnes qui leuabunt eum, concisio  
<sup>incisendo incidet</sup> ut



*osee. 9. deut. 28.* ne lacerabuntur: & colligentur aduersus  
*roboraū me.* eam omnia regna terræ. In die illa, dicit  
*synde ardet sub* Dominus, percutiam omnem equum in B  
*feno.* stuporem, & ascensorem eius in amen-  
*ascem 4.* tiam: & super domum Iuda aperiam ocu-  
*magnificetur glo* los meos, & omnem equum populorum  
*ria.* percutiam cæcitate. Et dicent duces Iu-  
*o* da in corde suo, Confortentur mihi habi-  
*infirmitas fuerit.* tates Ierusalē in Domino exercituum  
*vel dij* Deo eorum. In die illa ponam duces Iu-  
*diuis.* da sicut caminum ignis in lignis, & sicut  
*~* facem ignis in fœno: & deuorabunt ad  
*eccia.* dexteram & ad sinistram omnes popu-  
*iesus.* los in circuitu: & habitabitur Ierusalem  
*Ioh. 19. 8. 17* rursus in loco suo in Ierusalem. Et salua-  
*luc. 23.* bit Dominus tabernacula Iuda, sicut in  
*mat. 27.* principio: vt non magnificè gloriatur do-  
*2. Pa. 35. d. 22* mus David, & gloria habitantiū Ierusa-  
*x* lem contra Iudam. In die illa proteget  
*singule familie* Dominus habitatores Ierusalem, & erit C  
*Et. 3.* qui offenderit ex eis in die illa, quasi Da-  
 uid: & domus David quasi Dei, sicut an-  
 gelus Domini in cōspectu eorū. Et erit  
 in die illa: quærā contere omnes gentes  
 quæ veniūt contra Ierusalem. Et effun-  
 dam super domū David, & super habita-  
 tores Ierusalem spiritum gratiæ & pre-  
 cum: & aspiciēt ad me, quem cōfixerunt:  
 & plangent eum planctu quasi super vni-  
 genitū, & dolebunt super eum vt doleri  
 solet in morte primogeniti. In die illa  
 magnus erit planctus in Ierusalem, sicut  
 planctus Adadremmon in campo Maged D  
 don. Et planget terra: familiæ & familiæ  
 seorsum:



seorsum: familię domus David seorsum,  
 13 & muliereseorum seorsum: familię do-  
 mus Nathã seorsum, & mulieres eorum  
 seorsum: familię domus Leui seorsum, &  
 mulieres eorum seorsum: familię Semei  
 14 seorsum, & mulieres eorũ seorsum. Om-  
 nes familię reliquę, familię & familię  
 seorsum, & mulieres eorum seorsum.

## CAP. XIII.

1 **I**N die illa erit fons patens domui Da-  
 A luid & habitantibus Ierusalem: in ablu-  
 2 tionem peccatoris & mēstruatę. Et erit  
 in die illa, dicit Dominus exercituum,  
 Disperdam nomina idolorum de terra, &  
 non memorabuntur vltra: & pseudopro-  
 phetas, & spiritũ immundum auferam de  
 3 terra. Et erit: cũ prophetauerit quispiam  
 vltra, dicent ei pater eius & mater eius  
 qui genuerunt eum, Non viues, quia men-  
 daciũ locutus es in nomine Domini. &  
 configent eum pater eius & mater eius,  
 4 genitores eius cũ prophetauerit. Et erit  
 B in die illa, confundentur prophete vnus-  
 quisque ex visione sua cũ prophetauerit,  
 nec operientur pallio sacco, vt mētiantur:  
 5 sed dicet, Non sum propheta, homo  
 agricola ego sum: quoniã Adam exem-  
 6 plum meum ab adolescentia mea. Et di-  
 C cetur ei, Quid sunt plagę istę in medio  
 manuũ tuarũ? Et dicet, His plagatus sum  
 7 in domo eorum qui diligebãt me. Phra-  
 mea suscitare super pastorem meum, &  
 super virum cohærentem mihi, dicit Do-  
 minus exercituum: percute pastorem, &

vel vena  
**IESUS,**

Exe. 30. d. 31

p̄ti tt mēstrui

pphetauerit.

o  
 filoso

7  
 vt essem pastor edo-  
 cuit me.

**IESUS. ioan**

20.

Luc. 24

o. gladius surge  
 vel sociũ meũ.

Mat. 26. e 31  
 Mar. 14. e 27



*dispersen-*  
*tur.*  
*ut*  
*ut eos sicut vritur*  
*conflabo eos sicut*  
*flatur*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

dispergentur oves: & conuertam manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duae in ea disperdentur & deficiet: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argētum: & probabo eos sicut probatur aurū. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eū. Dicā, Populus meus es, & ipse dicet, Dominus Deus meus.

**CAP. XIII.**

*a*  
*venit.*  
*succidetur*  
*vallis magna*  
*Exodi. 14. h*  
*ieron. hic.*  
*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

Ecce venient dies Domini, & diuidentur spolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes ad Ierusalem in praelium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur Dominus, & praeliabitur contra gentes illas sicut praelatus est in die certaminis. Et stabunt pedes eius in die illa super Montē oliuarum qui est contra Ierusalem ad Orientem, & scindetur Mons oliuarum ex media parte sui ad Orientem & ad Occidentem preruptu grandi valde, & separabitur mediū montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem. Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam coniungetur valis montiū vsque ad proximum: & fugietis sicut fugistis à facie terremotus in diebus Ozia regis Iuda: & veniet Dominus Deus meus omnesque sancti cum eo. Et erit in die illa: nō erit lux, sed frigus & gelu.

*10*  
*pretiosa et nō te-*  
*nebrosa.*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
*15*  
*16*  
*17*  
*18*  
*19*  
*20*  
*21*  
*22*  
*23*  
*24*  
*25*  
*26*  
*27*  
*28*  
*29*  
*30*

*1*  
*2*  
*3*  
*4*  
*5*  
*6*  
*7*  
*8*  
*9*  
*10*  
*11*  
*12*  
*13*  
*14*  
 fortiter, abiit Antiochiā, & elegit milites,  
 vt multiplicati rursus venirent in Iudæā.  
 ¶ Dixit autem Iudas, & fratres eius: Ecce 36  
 contriti sunt inimici nostri: ascendamus  
 nunc mundare sancta, & renouare. ¶ Et cō 37  
 gregatus

orat 1. re. 17. f. 50.

10.

2. re. 14. b. 13.



gregatus est omnis exercitus, & ascende-  
 38 runt in montem Sion. Et viderunt san-  
 E ctificationem desertam, & altare prophana-  
 tum, & portas exultas, & in atriis virgula  
 nata sicut in saltu vel in montibus, &  
 39 pastophoria diruta. Et sciderunt vestimen-  
 ta sua, & planxerunt planctu magno, &  
 40 imposuerunt cinerem super caput suum: & ex-  
 ceciderunt in faciem super terram, & ex-  
 clamauerunt tubis signorum, & clamaue-  
 41 runt in celum. Tunc ordinauit Iudas vi-  
 ros, vt pugnarent aduersus eos qui erant  
 42 in arce, donec emundarent sancta. Et ele-  
 git sacerdotes sine macula, voluntatem  
 43 habentes in lege Dei: & mundaue-  
 runt sancta, & tulerunt lapides conta-  
 44 minationis in locum immundum. Et  
 cogitauit de altari holocaustorum quod  
 prophatum erat, quid de eo faceret.  
 45 Et incidit illis consilium bonum, vt de-  
 struerent illud: ne forte illis esset in op-  
 probrium, quia contaminauerunt il-  
 46 lud Gentes, & demoliti sunt illud. Et re-  
 F posuerunt lapides in monte domus in lo-  
 co apto, quoadusque veniret propheta, &  
 47 responderet de eis. Et acceperunt lapides  
 integros secundum legem, & edificau-  
 erunt altare nouum secundum illud quod  
 48 fuit prius: & edificauerunt sancta, & quae  
 intra domum erant intrinsecus: & edem,  
 49 & atria sanctificauerunt. Et fecerunt va-  
 sa sancta noua, & intulerunt candelabrum,  
 & altare incensorum, & mensam in templum.  
 50 Et incensum posuerunt super altare, & ac-  
 cende-

q. 2

ccende-

vox greca. the-  
 lami vel exe-  
 dre leuitar  
 u.

nu. 10.

leu. 21.

deut. 27.



cenderunt lucernas que super candelabrū  
 erant, & lucebāt in tēplo. Et posuerūt su-  
 per mensam panes, & apprehenderunt ve-  
 la, & cōsummauerunt omnia opera que  
 fecerant. Et ante matutinū surrexerunt  
 quinta & vicesima die mensis noni ( hic  
 est mensis Casleu) cētesimi quadragēsimi  
 octaui anni: & obtulerunt sacrificium se-  
 cundū legem super altare holocaustorū  
 nouum quod fecerunt. Secundum tem-  
 pus & secundū diem in qua contamina-  
 uerunt illud gentes, in ipsa renouatū est  
 in cāticeis, & citharis, & cinyris, & in cym-  
 balis. Et cecidit omnis populus in faciē,  
 & adorauerunt & benedixerunt in cælū  
 cum, qui prosperauit eis. Et fecerunt de-  
 dicationem altaris diebus octo, & obtu-  
 lerunt holocausta cum lætitia, & sacrifi-  
 cium salutaris & laudis. Et ornauerunt  
 faciē templi coronis aureis & scutulis: &  
 dedicauerūt portas & pastophoria, & im-  
 posuerunt eis ianuas. Et facta est lætitia  
 in populo magna valde, & auersum est  
 opprobriū Gentiū. Et statuit Iudas & fra-  
 tres eius & vniuersa ecclesia Israēl, vt aga-  
 tur dies dedicationis altaris in tēporibus  
 suis ab anno in annū per dies octo à quin-  
 ta & vicesima die mēsis Casleu, cū lætitia  
 & gaudio. & edificauerunt in tēpore il-  
 lo montē Sion, & per circuitū muros al-  
 tos & turres firmas: nequādo venirēt Gē-  
 res, & cōculcarent eū sicut antea fecerūt.  
 Et collocauit illic exercitū, vt seruarent  
 eū, & muniuit eū ad custodiendā Beth-  
 suram,

3. Mach. 10. 4.

1. Joh. 10. e. 22.

1. Joh. 10. e. 22.

2. mach. 10.

joann. 10.



suram, vt haberet populus munitionem  
 contra faciem Idumææ.

## CAP. V.

1 **E**T factum est, vt audierunt Gentes in  
 A circuitu quia edificatum est altare &  
 sanctuariū sicut prius, iratæ sunt valde:  
 2 & cogitabāt tollere gen<sup>9</sup> Iacob qui erāt  
 inter eos, & cœperunt occidere de popu-  
 3 lo, & persequi. Et debellabat Iudas filios  
Esau in Idumæa, & eos qui erāt in Araba-  
thane: quia circūsedebāt Israelitas & per-  
 4 cussit eos plaga magna. Et recordatus est  
 malitiam filiorum Bean, qui erant popu-  
 lo in laqueum & in scandalū, insidiantes  
 5 ei in via: & conclusi sunt ab eo in turri-  
 bus, & applicuit ad eos, & anathematiza-  
 uit eos, & incendit turres eorū igni cum  
 6 omnibus qui in eis erant. Et transiuit ad  
 filios Ammon, & inuenit manum for-  
 tem, & populū copiosum, & Timótheum  
 7 ducē ipsorū: & cōmisit cū eis prēlia mul-  
 ta, & cōtriti sunt in conspectu eorum, &  
 8 percussit eos: & cepit Gazer ciuitatē, et fi-  
 9 lias eius, & reuersus est in Iudæā. Et con-  
gregatæ sunt Gentes quæ sunt in Galaad,  
 aduersus Israelitas qui erāt in finibus eo-  
 rū, vt tollerēt eos: & fugerūt in Dathemā  
 10 munitionē, & miserunt literas ad Iudā  
 & fratres eius, dicentes: Congregatæ sunt  
 aduersum nos gentes per circuitū, vt nos  
 11 auferāt: & parāt venire, & occupare mu-  
 nitionē in quā cōfugimus: et Timótheus  
 12 est dux exercitus eorū. Nunc ergo veni,  
 et eripe nos de manibus eorū, quia ceci-

q 3

dit

villas. scilicet.



est multitudo de nobis .<sup>9</sup> Et oēs fratres  
 nostri qui erant in locis Tubin, interfecti  
 sunt: & captiuas duxerūt vxores eorum,  
 & natos, & spolia, & peremerūt illic ferē  
 mille viros.<sup>9</sup> Et adhuc epistolæ legeban-  
 tur, et ecce alij nuntij venerūt de Galilæa  
 cōscissis tunicis, nuntiātes secundū verba  
 hæc:<sup>9</sup> dicentes conuenisse aduersum se à  
 Ptolemaida, et Tyro, et Sidone: & repleta  
 est omnis Galilæa alienigenis, vt nos con-  
 sumāt.<sup>9</sup> Vt audiuit autē Iudas & populus  
 sermones istos, cōuenit ecclesia magna co-  
 gitare quid facerent fratribus suis qui in  
 tribulatione erāt, & expugnabātur ab eis.  
<sup>9</sup> Dixitq; Iudas Simóni fratri suo, Elige ti-  
 bi viros, & vade, & libera fratres tuos in  
 Galilæa: ego autē & frater meus Ionathas  
 ibimus in Galaaditim.<sup>9</sup> Et reliquit Iose-  
 phū filiū Zachariæ, & Azariā duces popu-  
 li cū residuo exercitu in Iudæa ad custo-  
 diā,<sup>9</sup> & præcepit illis dicēs: Præstote po-  
 pulo huic: & nolite bellū cōmittere ad-  
 uersum gētes, donec reuertamur.<sup>9</sup> Et par-  
 titi sunt Simóni viri tria millia, vt iret in  
 Galilæā: Iudæ autē octo millia in Gala-  
 aditim.<sup>9</sup> Et abiit Simon in Galilæā, & com-  
 misit prælia multa cū gentibus: & cōtri-  
 tæ sunt gentes à facie eius, & persecutus  
 est eos vsq; ad portā Ptolemaidis. & ce-  
 ciderūt de gētibus ferē tria millia virorū,  
 & accepit spolia eorum,<sup>9</sup> & assumpsit eos  
 qui erāt in Galilæa & in Arbatis cū vxo-  
 ribus & natis, & omnibus quæ erāt illis, et  
 adduxit in Iudæā cū letitia magna.<sup>9</sup> Et

Iudas

cōciliū.



Iudas Machabæus & Ionathas frater eius  
 trāsierūt Iordanē, & abierūt viā triū die-  
 25 rū per desertū. Et occurrerūt eis Nabu-  
 thæi, & susceperūt eos pacificè, & narra-  
 uerūt eis omnia quæ acciderāt fratribus  
 26 eorū in Galaaditide, & quia multi ex eis  
 cōprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in  
 Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Car-  
 naim. hęc oēs ciuitates munitę, & magnę.  
 27 Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditi-  
 dis tenetur cōprehensi, & in crastinū con-  
 stituerunt admouere exercitū ciuitatibus  
 his, & cōprehendere, & tollere eos in vna  
 28 die. Et cōuertit Iudas & exercit⁹ eius viā  
 in desertū Bosor repētē, & occupauit ciui-  
 tatē: et occīdit oēm masculum in ore gla-  
 dij, et accepit oīa spolia eorū, & succēdit  
 29 eā igni. Et surrexerūt inde nocte, & ibāt  
 30 vsq; ad munionē. Et factum est dilucu-  
 D lo, cū eleuassent oculos suos, & ecce popu-  
 lus multus, cuius non erat numerus, por-  
 tātes scalas & machinas, vt comprehende-  
 31 rēt munionē: & expugnabāt eos. Et vi-  
 dit Iudas quia cœpit bellū, & clamor bel-  
 li ascendit ad cælum sicut tuba, & clamor  
 32 magn⁹ de ciuitate: et dixit exercitui suo;  
 33 Pugna hodie pro fratribus vestris. Et  
 venit tribus ordinibus post eos, et excla-  
 mauerūt tubis, et clamauerunt in oratio-  
 34 ne. Et cognouerūt castra Timóthei quia  
 Machabæus est, & refugerūt à facie eius:  
 & percusserūt eos plaga magna, et cecide-  
 rūt ex eis in die illa ferè octo millia viro-  
 35 rū. Et diuertit Iudas in Maspha, & expu-  
 gnauit,

nū. 10.,  
 2. para. 20.



gnauit, et cepit eā: et occidit oēm masculū eius, et assumpsit spolia eius, & succendit eā igni. <sup>36</sup> Inde perrexit, et cepit Casbō, & Mageth, et Boior, et reliquas ciuitates Galaaditidis. <sup>37</sup> Post hæc autē verba, congregauit Timótheus exercitū alium, & castra posuit contra Raphon trās torrentē. <sup>38</sup> Et misit Iudas speculari exercitum: & renuntiauerūt ei dicētes: Quia conuenerūt ad eū oēs gentes quæ in circuitu nostro sunt, & exercitus multus nimis: <sup>39</sup> et Arabas conduxerūt in auxilium sibi, et castra posuerunt trans torrentē, parati ad te uenire in præliū. Et abiit Iudas obuiā illis. <sup>40</sup> Et ait Timótheus principibus exercitus sui, Cūm appropinquauerit Iudas et exercitus eius ad torrentem aquæ: si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eū: quia potens poterit aduersum nos. <sup>41</sup> si uero timuerit transire, et posuerit castra extra flumē, transfretemus ad eos, et poterimus aduersus illū. <sup>42</sup> Ut autē appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, et mandauit eis, dicēs: Neminem hominū reliqueritis, sed ueniant omnes in prælium. <sup>43</sup> Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum, & contritæ sunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma sua, et fugerūt ad phanum quod erat in Carnaim. <sup>44</sup> Et occupauit ipsam ciuitatē, et phanum succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem Iudæ. <sup>45</sup> Et

omē. i. regū  
14. genēs.  
24. iudi. 7.

316



45 <sup>?</sup>Et congregauit Iudas vniuersos Israëlitas  
 qui erant in Galaaditide, à minimo vsq;  
 46 ad maximū, et vxores eorū et natos, & ex-  
 ercitū magnū valde, vt venirent in terrā  
 Iudæ. <sup>?</sup>Et venerunt vsq; Ephrō: et hæc ci-  
 uitas magna in ingressū posita, munita  
 valde. et non erat declinare ab ea dextera  
 47 vel sinistra, sed per mediā iter erat. <sup>?</sup>Et in-  
 cluserunt se qui erant in ciuitate, & ob-  
 struxerūt portas lapidibus: et misit ad eos  
 48 Iudas verbis pacificis, <sup>?</sup>dicēs, **||** Transeamus Num. 20. 9.  
 per terrā vestram, vt eamus in terrā no-  
 stram: & nemo vobis nocebit, tantum pe-  
 dibus trāsibimus. Et nolebant eis aperire.  
 49 <sup>?</sup>Et præcepit Iudas prædicari in castris, vt  
applicarent vnusquisq; in quo erat loco.  
 50 <sup>?</sup> et applicuerunt se viri virtutis, et op-  
 pugnavit ciuitatem illā tota die & tota  
 nocte. et tradita est ciuitas in manu eius:  
 51 <sup>?</sup> et peremerunt omnē masculū in ore gla-  
 dij, & eradicauit eā, & accepit spolia eius,  
 & transiuit per totā ciuitatē super inter-  
 52 fectos. <sup>?</sup> Et trāsgressi sunt Iordanē in cam-  
 53 po magno, contra faciem Beth-san. <sup>?</sup> Et e-  
 rat Iudas congregās extremos, et exhorta-  
 batur populū per totā viā, donec veniret  
 54 in terrā Iuda: <sup>?</sup> et ascenderūt in montem  
 Sion cum lætitia & gaudio, et obtulerūt  
 holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset  
 55 donec reuerterētur in pace. <sup>?</sup> Et in diebus  
 quibus erat Iudas et Ionathas in terra Ga-  
 laad, et Simō frater eius in Galilæa contra  
 56 faciē Ptolemaidis, <sup>?</sup> audiuit Iosephus Za-  
 chariæ filius, et Azarias principes virtutis

Num. 20. 9.

haziendo cada  
 vno lo q pue  
 de dios haz  
 e lo q n adie  
 pue de si el.  
 Jerem. 48  
 nec iuxta q  
 uod poterat  
 conata sit fa-  
 cere.

nū. 71.



*presumptio vana* res bene gestas, & praelia quæ facta sunt,  
 et dixit, Faciamus & ipsi nobis nomē, et  
 eamus pugnare aduersus gentes quæ in  
 circuitu nostro sunt. Et præcepit his qui  
 erāt in exercitu suo, et abierunt Iamniā.  
 Et exiuit Gorgias de ciuitate, et viri eius  
 obuiā illis in pugnā. Et fugati sunt Iose-  
 phus et Azarias vsq; in fines Iudææ: et ce-  
 ciderunt illo die de populo Israël ad duo  
 millia viri, & facta est plaga magna in po-  
 pulo: quia non audierunt Iudam et fra-  
 tres eius, existimātes fortiter se facturos.  
 Ipsi autē nō erāt de semine virorū illorū  
 per quos salus facta est in Israël. Et viri  
 Iuda, magnificati sunt valde in cōspectu  
 omnis Israël, et gentiū omniū vbi audie-  
 batur nomē eorum. Et conuenerunt ad  
 eos fausta acclamātes. Et exiuit Iudas &  
 fratres eius, & expugnabant filios Esau in  
 terra quæ ad Austrū est, & percussit Che-  
 bron, et filias eius: et muros eius et turre-  
 succendit igni in circuitu. Et mouit ca-  
 stra, vt iret in terram alienigenarum, &  
 perambulabat Samariam. In die illa ce-  
 ciderunt sacerdotes in bello, dum volūt  
 fortiter facere, dum sine consilio exeunt  
 in praelium. Et declinavit Iudas in Azó-  
 tum in terram alienigenarum, & diruit  
 aras eorum, & sculptilia deorum ipsorū  
 succendit igni: et cepit spolia ciuitatum,  
 et reuersus est in terram Iuda.

Vir Iudas  
 & fratres  
 eius.

. 3. villas.

vult  
 Exiit 20.

## CAP. VI.

x. ma. **E**T rex Antiochus perambulabat su-  
 periores regiones, et audiuit esse ciui-  
 tatem



tatem Elymaidem in Perside nobilissimã,  
 2 & copiosam in argēto et auro, tēplumq;  
 in ea locuples valde: & illic velamina au-  
 rea, & loricæ, et scuta, quæ reliquit Alex-  
 3 ander Philippi rex Macedo qui regnavit **5.1.**  
 primus in Græcia. Et venit, & quærebat  
 capere ciuitatē, & deprædari eam, & non  
 4 potuit: quoniam innotuit sermo his qui  
 erant in ciuitate. & insurrexerunt in præ-  
 5 lium, & fugit inde, et abiit cum tristitia  
 magna, et reuersus est in Babyloniã. Et  
 venit qui nuntiaret ei in Perside, quia fu-  
 gata sunt castra quæ erant in terra Iuda:  
 6 et quia abiit Lysias cū virtute forti in præ-  
 mis, et fugatus est à facie Iudæorum, et  
 inualuerūt armis et virib⁹, et spoliis mul-  
 7 tis quæ ceperunt de castris quæ excide-  
 runt: et quia diruerunt abominationem  
 quam ædificauerant super altare quod e-  
 rat in Ierusalem: et sanctificationem, sicut  
 prius circumdederunt muris excelsis: sed  
 8 & Bethsurã ciuitatem suam. Et factum  
 est, vt audiuit rex sermones istos, expauit  
 et commotus est valde: et decidit in le-  
 ctum, et incidit in languorem præ tristi-  
 tia, quia nō factum est ei sicut cogitabat.  
 9 Et erat illic per dies multos: quia renoua-  
 B ta est in eo tristitia magna, & arbitratus  
 10 est se mori. Et vocauit oēs amicos suos,  
 et dixit illis, Recessit somnus ab oculis  
 11 meis, et concidi et corruui corde præ soli-  
 tudine: et dixi in corde meo, In quan-  
 tam tribulationē deueni, & in quos fluct⁹  
 tristitiæ in qua nunc sum: qui iucundus  
 eram,



*nd. x. pnia.*

erā, et dilectus in potestate mea? <sup>13</sup> Nunc  
 verò reminiscor malorū quæ feci in Ieru-  
 salē, vnde & abstuli omnia spolia aurea  
 & argentea quæ erant in ea, & misi au-  
 ferre habitantes Iudeā, sine causa. <sup>13</sup> Cogno-  
 ui ergo quia propterea inuenerunt me  
 mala ista: & ecce pereō tristitia magna in  
 terra aliena. <sup>14</sup> Et vocauit Philippū vnū de  
 amicis suis, & præposuit eū super vniuer-  
 sum regnū suū: <sup>15</sup> & dedit ei diadema, &  
 stolā suā, & annulū, vt adduceret Antio-  
 chū filiū suū, & nutrirēt eū, & regnaret.  
<sup>16</sup> Et mortuus est illic Antiochus rex anno  
 cētesimo quadragésimo nono. <sup>17</sup> Et cogno-  
 uit Lysias quoniā mortuus est rex, & cō-  
 stituit regnare Antiochū filiū eius, quem  
 nutriuit adolescentem: & vocauit nomen  
 eius Eupatorē. <sup>18</sup> Et hi qui erāt in arce, con-  
 cluserant Israël in circuitu sanctorum: &  
 quærebant eis mala semper & firmamen-  
 tū Gentium. <sup>19</sup> Et cogitauit Iudas disperse  
 re eos: & conuocauit vniuersum populū, C  
 vt obsiderēt eos. <sup>20</sup> Et conuenerūt simul, &  
 obsederunt eos anno centesimo quinquā-  
 gesimo, & fecerunt balistas & machinas.  
<sup>21</sup> Et exierunt quidā ex eis qui obsideban-  
 tur: & adiunxerunt se illis aliqui impij ex  
 Israël, <sup>22</sup> & abierunt ad regem, & dixerunt,  
 Quousq; non facis iudicium & vindicas  
 fratres nostros? <sup>23</sup> Nos decreuimus seruire  
 patri tuo, & ambulare in præceptis eius,  
 & obsequi edictis eius: <sup>24</sup> & filij populi  
 nostri propter hoc alienabant se à nobis,  
 & quicumque inueniebantur ex nobis,  
 interfici-

*gen. machi  
 ne bellice.*

*de quibz de  
 etig. li. 4. de*

*re militari.*

*c. 17. 14. 15.*

*22. balistis*

*spicula inci-*

*untur ex m-*

*uris. vel ex turribz ligneis.*



interficiebantur, & hæreditates nostræ  
 15 diripiebantur. Et non ad nos tantum  
 extenderunt manū, sed & in omnes fines  
 16 nostros. & ecce applicuerūt hodie ad ar-  
 cem in Ierusalē occupare eam, & muni-  
 17 tionē in Beth-suram munierunt. & nisi  
 præueneris eos velocius, maiora, quā hæc  
 18 facient, & non poteris obtinere eos. Et  
 14 iratus est rex ut hæc audiuit: & conuoca-  
 uit oēs amicos suos, & principes exerci-  
 15 tus sui, & eos qui super equites erāt. sed  
 D & de regnis aliis, & de insulis maritimis  
 10 venerunt ad eum exercitus cōductitij. Et  
 erat numerus exercitus eius, centū millia  
 17 peditū, & viginti millia equitū, & elephā-  
 11 ri trigintaduo docti ad præliū. Et vene-  
 runt per Idumęā, & applicuerūt ad Beth-  
 suram, & pugnaverunt dies multos, & fe-  
 cerunt machinas: & exierunt, & succen-  
 derunt eas igni & pugnaverunt viriliter.  
 18 Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra  
 19 ad Bethzacharam contra castra regis. Et  
 20 surrexit rex ante lucem, & cōcitauit exer-  
 citus in impetum contra viā Bethzacha-  
 ram: & cōparauerunt se exercitus in præ-  
 24 liū, & tubis cecinerunt: & elephantis o-  
 stenderunt sanguinē vuę & mori, ad acu-  
 25 endos eos in præliū. & diuiserūt bestias  
 per legiones: & astiterūt singulis elephan-  
 tis mille viri in loricis concatenatis, & ga-  
 leæ æreæ in capitibus eorū: & quingenti  
 equites ordinati vnicuique bestię electi  
 26 erant. Hi ante tempus vbicunq; erat be-  
 stia, ibi erant: & quocunq; ibat, ibant, &  
 non

elephāti nā et vi-  
 res. job. c. 40.



non discedebant ab ea. Sed & turres lig- 37  
 neæ super eos firmæ protegētes super sin- 38  
 gulas bestias: & super eas machinæ: & su-  
 per singulas, viri virtutis trigintaduo, qui  
 pugnabant de super: & intus magister be-  
 stia. Et residuū equitatū hinc & inde sta- 38  
 tuit in duas partes, tubis exercitum com- E  
 mouere, & perurgere constipatos in legio-  
 nibus eius. Et vt refulsit sol in clypeos au- 39  
 reos, & æreos, resplenduerunt montes  
 ab eis, & resplenduerunt sicut lampa-  
 des ignis. Et distincta est pars exercitus 40  
 regis per montes excelsos, & alia per loca  
 humilia: & ibāt cautē & ordinatē. Et cō 41  
 mouebantur oēs inhabitantes terrā à vo-  
 ce multitudinis eorū, & incessu turbæ, &  
 collisione armorum. erat enim exercitus  
 magnus valde & fortis. Et appropiauit 42  
 Judas, & exercitus eius in præliū: & ceci-  
 derunt de exercitu regis sexcenti viri. Et 43  
 vidit Eleazar filius Saūra, vnā de bestiis  
 loricatā loricis regis, & erat eminēs super  
 cæteras bestias. & visum est ei quod in ea  
 esset rex: & dedit se vt liberaret populū 44  
 suū, & acquireret sibi nomē æternū. Et 45  
 cucurrit ad eā audacter in medio legionis  
 interficiens à dextris, & à sinistris, & cade-  
 bant ab eo huc atq; illuc. Et iuit sub pe- 46  
 des elephantis, & supposuit se ei, & occi-  
 dit eum: & cecidit in terrā super ipsum,  
 & mortuus est illic. Et vidētes virtutem 47  
 regis, & impetū exercitus eius, diuerterūt F  
 se ab eis. Castra autem regis ascenderunt 48  
 contra eos in Ierusalem, & applicuerunt  
 castra

a  
 græca legunt. qua  
 ran vnā.

iosepho. libro  
 dit huc elea  
 zarū frater su  
 isse iude in  
 achab. 5. 2  
 e-  
 sub elephatum.



castra regis ad Iudæam & montem Sion.  
 49 <sup>¶</sup> Et fecit pacem cū his qui erant in Beth-  
 sura: & exierunt de ciuitate, quia non e-  
 rant eis ibi alimenta conclusis, quia sab- *leui. 25.*  
 50 batha erant terræ. <sup>¶</sup> Et comprehendit rex  
 Bethsuram: & constituit illic custodiam  
 51 seruare eam. <sup>¶</sup> Et conuertit castra ad lo-  
 cum sanctificationis dies multos: et sta-  
 tuit illic balistas, et machinas, et ignis ia- *2. par. 26.*  
 cula, et tormenta ad lapides iactandos, et  
 spicula et scorpiones ad mittendas sagittas  
 52 et fundibula. <sup>¶</sup> Fecerunt autem et ipsi ma-  
 chinas aduersus machinas eorum, et pu-  
 53 gnauerunt dies multos. <sup>¶</sup> Escæ autem nõ  
 erant in ciuitate, eo quòd septimus annus  
 esset: & qui remanserant in Iudæa de Gē-  
 tibus, consumperant reliquias eorū quæ  
 54 repositæ fuerant. <sup>¶</sup> Et remanserunt in san-  
 ctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos  
 fames: & dispersi sunt vnusquisque in lo-  
 55 cum suum. <sup>¶</sup> Et audiuit Lysias quòd Phi-  
 G lippus quē cōstituerat rex Antiochus cū  
 adhuc viueret, vt nutrirer Antiochum  
 56 filium suum, et regnaret, <sup>¶</sup> reuersus esset à *est.*  
 Perside & Media, & exercitus qui abierat  
 cū ipso, & quia quærebat suscipere regni  
 57 negotia: <sup>¶</sup> & festinauit ire, & dicere ad re-  
 gem & duces exercitus. Deficimus quoti-  
 die, & esca nobis modica est, & loc⁹ quē  
 obsidemus est munitus, & incūbit nobis  
 58 ordinare de regno. <sup>¶</sup> Nūc itaq; demus dex-  
 tras hominibus istis, & faciamus cū illis  
 59 pacē, & cū omni gēte eorū. <sup>¶</sup> & constitua-  
 mus illis vt ambulent in legitimis suis si-  
 cut



cut prius . propter legitima enim ipsorum,  
 9. 7. 2. mac. 11. quæ despeximus, irati sunt, & fecerunt om-  
 11. nia hæc. Et placuit sermo in cōspectu re- 60  
 gis & principū: & misit ad eos pacē face- 61  
 re: & receperūt illā. Et iurauit illis rex et 62  
 principes: & exierunt de munitione. Et 63  
 intrauit rex montē Siō, & vidit munitionē  
 loci: & rupit citius iuramētū quod iu-  
 rauit, & mādauit destruere murū in gy-  
 ro. Et discessit festināter, & reuersus est 64  
 Antiochiā, & inuenit Philippum domi-  
 nantē ciuitati: & pugnauit aduersus eum  
 & occupauit ciuitatem.

## CAP. VII.

**A**Nno centesimo quinquagesimo pri- 1  
 mo exiit Demetrius Seleuci filius ab A  
 vrbe Roma, & ascendit cū paucis viris in  
 ciuitatē maritimā, & regnauit illic. Et fa- 2  
 ctū est: vt ingressus est domū regni patrū  
 suorū, cōprehendit exercitus Antiochum  
 & Lysiā, vt adducerent eos ad eū. Et res 3  
 ei innotuit: & ait, Nolite mihi ostendere  
 faciē eorū. Et occidit eos exercitus. Et se 4  
 dit Demetrius super sedem regni sui, & 5  
 venerunt ad eum viri iniqui & impij ex  
 Israël: & Alcimus dux eorum, qui vole-  
 bat fieri sacerdos. Et accusauerūt popu- 6  
 lum apud regē, dicētes: Perdidit Iudas &  
 fratres eius omnes amicos tuos, & nos di-  
 sperdidit de terra nostra. Nunc ergo mit 7  
 te virum cui credis, vt eat & videat exter-  
 miniū omne quod fecit nobis & regio-  
 nibus regis: & puniat omnes amicos eius  
 & adiutores eorum. Et elegit rex ex ami- 8  
 cis



60 B cis suis Bacchidē, qui dominabatur trans  
 flumen magnum in regno, & fidelem re-  
 61 gi: & misit eum, & Alcimum impiū con-  
 62 stituit in sacerdotium, & mandauit ei fa-  
 10 cere ultionem in filios Israël. Et surrexe-  
 runt, & venerūt cum exercitu magno in  
 terrā Iuda. & miserunt nuntios, & locuti  
 sunt ad Iudam & ad fratres eius verbis  
 11 pacificis in dolo. Et non intenderūt ser- *Inf. 10. d. 46*  
 monibus eorum: viderunt enim quia ve-  
 12 nerunt cum exercitu magno. Et conue-  
 nerunt ad Alcimū & Bacchidem congre-  
 13 gatio scribarum requirere quę iusta sunt:  
 14 & primi, Affidei qui erant in filiis Israël: *2. mac. 14.*  
 & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt  
 enim, Homo sacerdos de semine Aaron  
 15 venit, non decipiet nos. Et locutus est  
 cum eis verba pacifica: & iurauit illis, di-  
 cens: Non inferemus vobis malum, neq;  
 16 amicis vestris. Et crediderunt ei. Et com-  
 prehendit ex eis sexaginta viros, & occi-  
 dit eos in vna die secundum verbū quod  
 17 scriptum est. *Psal. 78. 4. 2-3.*  
 C & sanguinem ipsorum effuderunt in cir-  
 18 cuitū Ierusalē, & nō erat qui sepeliret. Et  
 incubuit timor & tremor in omnē popu-  
 lum: quia dixerunt: non est veritas & iu-  
 19 dicium in eis: transgressi sunt enim consti-  
 tutum, & iusiurandū quod iurauerunt.  
 20 Et mouit Bacchides castra ab Ierusalem,  
 & applicuit in Bethzecha: & misit, & cō-  
 21 prehendit multos ex eis qui ad se refuge-  
 rant, & quosdam de populo mactauit, &  
 22 in puteum magnum proiecit. Et commi-  
 sit



fit regionem Alcimo, & reliquit cum eo  
 auxiliū in adiutoriū ipsi. Et abiit Bacchi-  
 des ad regē: & satis agebat Alcimus pro  
 principatu sacerdotij sui, & conuenerunt  
 ad eum omnes qui perturbabant popu-  
 lum suum, & obtinuerunt terram Iuda,  
 & fecerunt plagam magnam in Israël. Et  
 vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alci-  
 mus & qui cū eo erant, filiis Israël, mul-  
 to plus quàm Gentes. & exiit in omnes  
 fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictā  
 in viros desertores, & cessauerunt ultra  
 exire in regionem. Vidit autem Alcimus  
 quòd prauauit Iudas & qui cum eo e-  
 rant: & cognouit quia non potest sustine-  
 re eos, & regressus est ad regem, & accusa-  
 uit eos multis criminibus. Et misit rex  
 Nicanorem, vnum ex principibus suis no-  
 bilioribus, qui erat inimicitias exercens  
 contra Israël: & mandauit ei euertere po-  
 pulum. Et venit Nicanor in Ierusalem  
 cum exercitu magno, & misit ad Iudam  
 & ad fratres eius verbis pacificis cum do-  
 lo, dicēs: Non sit pugna inter me & vos:  
 veniam cum viris paucis, vt videā facies  
 vestras cū pace. Et venit ad Iudam, & sa-  
 lutauerunt seinuicem pacificè: & hostes  
 parati erant rapere Iudā. Et innotuit ser-  
 mo Iudæ quoniā cū dolo venerat ad eū:  
 & cōterritus est ab eo, & amplius noluit  
 videre faciē eius. Et cognouit Nicanor  
 quoniā denudatū est consiliū eius: & exi-  
 it obuiā Iudæ in pugnā iuxta Capharsā-  
 lama. Et ceciderunt de Nicanoris exerci-

1.9. pēdit.

2. Ma. 15. 4. 1.

1. 2. 8. 1. 1. 1.



tu, ferè quinq; millia viri, & fugerunt in  
 33 ciuitatē Dauid. Et post hæc verba ascēdit  
 Nicanor in montē Sion: & exierunt de sa-  
 cerdotibus populi salutare eū in pace, &  
 demōstrare ei holocaustomata quæ offerre  
 34 bantur pro rege. Et irridēs spreuit eos, &  
 35 polluit: & locutus est superbe, & iurauit  
 cū ira, dicēs, Nisi traditus fuerit Iudas, &  
 exercitus eius in manus meas: continuo  
 cum regressus fuero in pace, succendā do-  
 36 mū istam. Et exiit cum ira magna: & in-  
 trauerūt sacerdotes, & steterūt ante faciē  
 37 altaris & templi: & flentes dixerunt, **Tu oratio.**  
 Domine elegisti domū istā ad inuocandū  
 nomē tuū in ea, vt esset domus orationis  
 38 & obsecrationis populo tuo. fac vindi-  
 ctā in homine isto, & exercitu eius, & ca-  
 dant in gladio: memento blasphemias eo-  
 39 rum, & ne dederis eis vt permaneāt. Et  
 exiit Nicanor ab Ierusalem, & castra ap-  
 plicuit ad Beth-horō: & occurrit illi exer-  
 40 citus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adarfa  
 cū tribus millibus viris: & orauit Iudas, **oratio.**  
 41 & dixit: Qui missi erant à rege Senna-  
 cherib, Domine, quia blasphemauerūt te,  
 42 llexiit angelus, & percussit ex eis centū o-  
 ctogintaquinq; millia: sic cōtere exerci-  
 tum istum in conspectu nostro hodie, &  
 43 sciant cæteri quia malè locutus est super  
 sancta tua, & iudica illū secundū malitiā  
 illius. Et commiserunt exercitus præliū  
 tertiadecima die mensis Adar: & contrita  
 sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse pri-  
 44 mus in prælio. Vt autem vidit exercitus  
 eius

alia h<sup>2</sup> quingēti vi  
 ti

y  
 Ex sanctis et a  
 senioribg.

oratio.

oratio.

4. Re. 19. g. 33

Tob. 1. d. 21.

Ecc. 48. d. 23

Esa. 37. g. 36.

2. Ma. 8. c. 39.

35. c. 22.



eius quia cecidisset Nicanor, proiecerunt G  
 arma sua, & fugerunt: ? & persecuti sunt 45  
 eos viam vnius diei ab Adazer, vsquequo  
 veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt  
 post eos cum significationibus: ? & exie- 46  
 runt de omnibus castellis Iudææ in cir-  
 cuitu, & ventilabant eos cornibus, & con-  
 uertebantur iterum ad eos, & ceciderunt  
 omnes gladio, & nō est relictus ex eis nec  
 vnus. ? Et acceperūt spolia eorū in prædā: 47  
 & caput Nicanoris amputauerunt, & de-  
 xteram eius quam extenderat superbe, &  
 attulerunt, & suspenderunt contra Ierusa-  
 lem. ? Et lætatus est populus valdè, & ege 48  
 runt diem illam in lætitiā magnā. ? Et 49

*Esther. 7. / 2. ma  
 chab. 15. 92. 14  
 dies adar erat so  
 lennior. Esth. 8.  
 Et. 9.*

constituit agi omnibus annis diem istam  
 tertiadecima die<sup>2</sup> mensis Adar. ? Et siluit 50  
 terra Iuda dies paucos.

## CAP. VIII.

*Antiquoz. ro  
 manoz. vir  
 tutes et pōn*

ET audiuit Iudas nomē Romanorum  
 quia sunt potentes viribus, & acquiescunt  
 ad omnia quæ postulantur ab eis: &  
 quicumque accesserunt ad eos, statuerunt  
 cum eis amicitias, & quia sunt potentes  
 viribus. ? Et audierunt prælia eorū, & vir-  
 tutes bonas quas fecerūt in Galatia, quia  
 obtinuerunt eos & duxerunt sub tribu-  
 tum: ? & quanta fecerunt in regione Hi-  
 spaniæ, & quod in potestatem redegerūt  
 metalla argenti & auri quæ illic sunt, &  
 possederunt omnem locū consilio suo &  
 patientia: ? locaq; quæ longè erant valde 4  
 ab eis, & reges qui superuenerāt eis ab ex-  
 tremis terræ, contriuerunt, & percusse-  
 runt

*Hispania.*



runt eos plaga magna: cæteri autem dant  
 eis tributum omnibus annis. ⁊ Philip-  
 pum & Perfen Ceteorum regem, & cæ-  
 teros qui aduersum eos arma tulerant cõ-  
 triuerunt in bello, & obtinuerunt eos. ⁊  
 Antiochum magnum regem Asiæ, qui eis  
 pugnam intulerat, habens centum vigin-  
 ti elephantes & equitatum, & currus, &  
 exercitum magnum valde, contritum ab  
 eis: ⁊ quia ceperunt eum viuum, & sta-  
 tuerunt ei vt daret ipse & qui regnarent  
 post ipsum, tributum magnum, & daret  
 obsides, & constitutum ⁊ regionẽ Indo-  
 rum, & Medos, & Lydos de optimis re-  
 gionibus eorũ: & acceptas eas ab eis, de-  
 derunt Eumeni regi. ⁊ quia qui erant  
 apud Helladam, voluerunt ire, & tol-  
 lere eos: & innotuit sermo his, ⁊ mise-  
 runt ad eos ducem vnũ, & pugnaverunt  
 contra illos, & ceciderunt ex eis multi, &  
 captiuas duxerunt vxores eorũ, & filios,  
 & diripuerunt eos, & terram eorum pos-  
 sederunt, & destruxerunt muros eorum,  
 & in seruitutem illos redederunt vique in  
 hũc diẽ: ⁊ residua regna, & insulas quæ  
 aliquãdo restiterant illis, exterminauerunt,  
 & in potestatem redederunt. Cũ amicis  
 autẽ suis, & qui in ipsis requiem habebãt,  
 conseruauerunt amicitiam, & obtinue-  
 runt regna quæ erant proxima, & quæ e-  
 rant longè: quia quicunq; audiebant no-  
 men eorũ, timebant eos. quibus verò vel-  
 lent auxilio esse vt regnarent, regnabant:  
 quos autẽ vellent, regno deturbabant: &  
 exaltati

2. mach. 8.



exaltati sunt valde. Et in omnibus istis  
 nemo portabat diadema, nec induebatur  
 purpura, ut magnificaretur in ea. Et quia  
 curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant  
 trecentos viginti consilium agentes semper  
 de multitudine, ut quae digna sunt, gerant.  
 & committunt uni homini magistratum  
 suum per singulos annos dominari vniuersae  
 terrae suae & omnes obediunt uni, & non  
 est invidia, neque zelus inter eos. Et ele-  
 git Iudas Eupolemum filium Iohannis filij Ia-  
 cob, & Iasonem filium Eleazari, & misit eos  
 Romam constituere cum illis amicitiam & so-  
 cietatem: & ut auferret ab eis iugum Grae-  
 corum, quia viderunt quod in seruitutem  
 premerent regnum Israel. Et abierunt Ro-  
 mam viam multam valde, & introierunt cu-  
 riam, & dixerunt, Iudas Machabeus, & fra-  
 tres eius, & populus Iudaeorum miserunt  
 nos ad vos statuere vobiscum societatem  
 & pacem, & conscribere nos socios & ami-  
 cos vestros. Et placuit sermo in conspectu  
 eorum. Et hoc rescriptum est quod rescripse-  
 runt in tabulis aereis, & miserunt in Ieru-  
 salam, ut esset apud eos ibi memoriale pacis  
 & societatis. **BENEFIT ROMANIS**  
 & genti Iudaeorum in mari & in terra in æ-  
 ternum: gladiusque & hostis procul sit ab  
 eis. Quod si institerit bellum Romanis  
 prius, aut omnibus sociis eorum in omni  
 dominatione eorum: auxilium feret gens Iu-  
 daeorum, prout tempus dictauerit, corde ple-  
 no: & preliantibus non dabunt, neque sub-  
 ministrabunt triticum, arma, pecuniam, na-  
 ues,

a  
 erubescere populus  
 christi.



14 ues, sicut placuit Romanis: & custodient  
 27 mandata eorū, nihil ab eis accipiētes. ¶ Si-  
 15 militer autem & si genti Iudæorū prius  
 C acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex  
 28 animo: prout eis tēpus permiserit: ¶ & ad-  
 iuuantibus nō dabitur triticum, arma, pe-  
 16 cunia, naues, sicut placuit Romanis: & cu-  
 29 stodient mandata eorū absque dolo. ¶ se-  
 cundūm hæc verba constituerunt Roma-  
 17 30 ni populo Iudæorum. ¶ Quod si post hæc  
 29 verba hi aut illi addere, aut demere ad  
 hæc aliquid voluerint, facient ex proposi-  
 to suo: & quæcunque addiderint vel dē-  
 18 31 pserint, rata erunt. ¶ Sed & de malis quæ  
 Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei,  
 19 dicentes: Quare grauasti iugum tuū su-  
 32 per amicos nostros: & socios Iudæos? ¶ Si  
 ergo iterum adierint nos aduersum te,  
faciemus illis iudiciū, et pugnabimus te-  
 cum mari terraque.

## CAP. IX.

21 **I**Nterea ut audiuit Demetrius quia ce-  
 22 **A**lcidit Nicanor & exercitus eius in præ-  
 lio, apposuit & Bacchidem & Alcimum  
 rursus mittere in Iudæā, et dextrū cor-  
 23 nu cum illis. ¶ Et abierunt viā quæ ducit  
 in Galgala, & castra posuerunt in Masa-  
 24 loth, quæ est in Arbellis: & occupauerunt  
 eam, et peremerunt animas hominū mul-  
 25 tas. ¶ In mense primo anni centesimi &  
 26 quinquagesimi secundi applicuerunt ex-  
 ercitu ad Ierusalē: ¶ & surrexerunt, & abie-  
 rūt in Bereā viginti millia virorū, & duo  
 millia equitū. ¶ Et Iudas posuerat castra in



Laifa, et tria millia viri electi cū eo: et vi-  
 derunt multitudinē exercitus quia mul-  
 ti sunt, & timuerunt valde: et multi sub-  
 traxerunt se de castris et non remanserūt  
 ex eis nisi octingenti viri. Et vidit Iudas  
 quod defluxit exercitus suus, & bellū per-  
 urgebat eū, et contractus est corde: quia  
 non habebat tempus congregādi eos, &  
 dissolutus est. Et dixit his qui residui e-  
 rant: Surgamus, & eamus ad aduersarios  
 nostros, si poterimus pugnare aduersus  
 eos. Et auertebant eum, dicētes: Non po-  
 terimus, sed liberem⁹ animas nostras mo-  
 dō, & reuertamur ad fratres nostros, &  
 tunc pugnabimus aduersus eos: nos autē  
 pauci sumus. Et ait Iudas, Absit istam rē  
 facere, vt fugiamus ab eis: et si appropia-  
 uit tēpus nostrum, moriāmur in virtute  
propter fratres nostros, et non inferamus  
crimē gloriæ nostræ. Et mouit exercitus  
 de castris, et steterūt illis obuiā: & diuisi  
 sunt equites in duas partes, et fundibula-  
 rij et sagittarij præibāt exercitū, et primi  
 certaminis oēs potētes. Bacchides autem  
 erat in dextro cornu, et proximauit legio  
 ex duabus partibus, & clamabant tubis:  
 exclamauerūt autē et hi qui erant ex par-  
 te Iudæ etiā ipsi, et cōmota est terra à vo-  
 ce exercitū: et cōmissum est prælium à  
 manē vsque ad vespēram. Et vidit Iudas  
 quod firmior est pars exercitus Bacchidis  
 in dextris, et cōuenerūt cum ipso omnes  
 cōfrātes corde: et cōtita est dextera pars  
 ab eis, & persecutus est eos vsque ad mō-  
 tem

legio. nō acci-  
 pitur hic ppi-  
 e. vt mat.  
 26. sed p mu-  
 ltitudine. vt  
 mar. 5. lu. 8.



16 tem Azoti. Et qui in sinistro cornu erant  
 17 viderunt quod contritum est dextrum cor-  
 18 nu, & secuti sunt post Iudam et eos qui  
 19 cum ipso erant a tergo: et ingrauatum est  
 20 praelium, et ceciderunt vulnerati multi  
 21 ex his & ex illis. Et Iudas cecidit, et caeteri  
 22 fugerunt. Et Ionathas, et Simon tulerunt  
 23 Iudam fratrem suum, et sepelierunt  
 24 eum in sepulchro patrum suorum in ci-  
 25 uitate Modin: Et fleuerunt eum omnis  
 26 populus Israel planctu magno: & luge-  
 27 bant dies multos, & dixerunt: Quomodo  
 28 cecidit potens, qui saluum faciebat popu-  
 29 lum Israel? Et caetera verba bellorum Iu-  
 30 dae, & virtutum quas fecit, & magnitudi-  
 31 nis eius non sunt descripta, multa enim e-  
 32 rant valde. Et factum est: post obitum Iuda  
 33 emerferunt iniqui in omnibus finibus Is-  
 34 rael, & exorti sunt omnes qui operabatur ini-  
 35 quitatem. In diebus illis facta est fames  
 36 magna valde, & tradidit se Bacchidi om-  
 37 nis regio eorum cum ipsis. Et elegit Bac-  
 38 chides viros impios, & constituit eos do-  
 39 minos regionis: & exquirebant & perseru-  
 40 tabantur amicos Iudae, & adducebant eos  
 41 ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & il-  
 42 ludebat. Et facta est tribulatio magna in  
 43 Israel, qualis non fuit ex die qua non est  
 44 visus propheta in Israel. Et congregati  
 45 sunt omnes amici Iudae, & dixerunt Ionathae,  
 46 Ex quo frater tuus Iudas defunctus est,  
 47 vir similis ei non est qui exeat contra ini-  
 48 micos, Bacchidem & eos qui inimici sunt  
 49 gentis nostrae. Nunc itaque te hodie elegimus  
 50 esse

notandum quot  
 ies. s. maiora  
 et fortiora ce-  
 ritamina vi-  
 cerunt confide-  
 tes in deum et  
 ipsum orantes.  
 nunc vero cum  
 timetis, et ad o-  
 rationis pre-  
 sidium non con-  
 fugiunt, vinc-  
 untur. num.  
 14. / math.  
 14. /  
 hic scilicet sunt  
 ty scripta in  
 2. li. sequenti.  
 vel non dum et  
 at descripta q  
 in. 2. libro  
 hinc qm hic li-  
 ber pmo scr-  
 iptus est. vel  
 non sunt uniu-  
 ersa precla-  
 ra iudae ges-  
 ta scripta.



esse pro eo nobis in principē & ducē ad  
 bellandū bellū nostrū. <sup>31</sup> Et suscepit Iona- <sup>32</sup>  
 thas tēpore illo principatū, & surrexit lo- <sup>33</sup>  
 co Iudæ fratris sui. <sup>34</sup> Et cognouit Bacchi- <sup>35</sup>  
 des, & quærebat eū occidere. <sup>36</sup> Et cogno- <sup>37</sup>  
 uit Ionathas & Simon frater eius, & oēs <sup>38</sup>  
 qui cū eo erāt: & fugerūt in desertū The- <sup>39</sup>  
 aux, & cōsederūt ad aquā lacus Asphar. <sup>40</sup>  
<sup>41</sup> Et cognouit Bacchides, & die sabbatho- <sup>42</sup>  
 rū venit ipse & omnis exercitus eius trās <sup>43</sup>  
 Iordanē: <sup>44</sup> & Ionathas misit fratrem suū du- <sup>45</sup>  
 cem populi, & rogauit Nabuthæos ami- <sup>46</sup>  
 cos suos, vt cōmodarēt illis apparatus suū <sup>47</sup>  
 qui erat copiosus. <sup>48</sup> Et exierūt filij Iambri <sup>49</sup>  
 ex Madaba, & cōprehenderunt Iohannē <sup>50</sup>  
 & omnia quæ habebat, & abierūt haben- <sup>51</sup>  
 tes ea. <sup>52</sup> Post hæc verba renuntiatū est Iona- <sup>53</sup>  
 thas & Simóni fratri ei⁹ quia filij Iam- <sup>54</sup>  
 bri faciūt nuptias magnas, & ducūt spon- <sup>55</sup>  
 sam ex Madaba filiā vni⁹ de magnis prin- <sup>56</sup>  
 cipibus Chanáan cū ambitione magna. <sup>57</sup>  
<sup>58</sup> Et recordati sūnt sanguinis Iohannis fra- <sup>59</sup>  
 tris sui: & ascenderūt, & absconderunt se <sup>60</sup>  
 sub tegumento montis. <sup>61</sup> Et eleuauerunt <sup>62</sup>  
 oculos suos, & viderunt: & ecce tumul- <sup>63</sup>  
 tus, & apparatus multus: & sponsus pro- <sup>64</sup>  
 cessit, & amici eius, & fratres eius obuiā <sup>65</sup>  
 illis cum tympanis, & musicis, & armis <sup>66</sup>  
 multis. <sup>67</sup> Et surrexerūt ad eos ex insidiis, & <sup>68</sup>  
 occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati <sup>69</sup>  
 multi, & residui fugerūt in montes: & ac- <sup>70</sup>  
 ceperunt omnia spolia eorū, <sup>71</sup> & cōuersæ <sup>72</sup>  
 sunt nuptiæ in luctū, & vox musicorum <sup>73</sup>  
 ipsorū in lamentū. <sup>74</sup> Et vindicauerunt vin- <sup>75</sup>  
 dictam

p. 18.

comment-  
 daret 19.

adu. 25.  
 i. multo.  
 apparatus

pu. 14.



dictā sanguinis fratris sui: & reuerſi ſunt  
 43 ad ripā Iordanis. ⁊ Et audiuit Bacchides,  
 & venit die ſabbathorū vſq; ad oram Ior  
 44 danis in virtute magna. ⁊ Et dixit ad ſuos  
 E Ionathas: Surgamus, & pugnemus cōtra  
 inimicos noſtros, nō eſt enim hodie ſicut  
 45 heri, & nudiuſtertius. ⁊ ecce enim bellū  
 ex aduerſo, aqua verò Iordanis hinc &  
 inde, & ripæ, & paludes, & ſaltus: & non  
 46 eſt locus diuertendi. ⁊ Nunc ergo clama- 2. p. 17. 20. 43  
 te in cælū, vt liberemini de manu inimi-  
 corū veſtrorū. Et commiſſum eſt bellū.  
 47 ⁊ Et extendit Ionathas manū ſuā percutere  
 48 Bacchidem, & diuertit ab eo retro: ⁊  
 diſſiliit Ionathas & qui cum eo erant in  
 Iordanē, & tranſnatauerunt ad eos Iorda-  
 49 nē: ⁊ ceciderunt de parte Bacchidis die  
 illa mille viri: & reuerſi ſunt in Ierusalē,  
 50 ⁊ ædificauerūt ciuitates munitas in Iu-  
 dæa, munitiōē quę erat in Iericho, & in  
 Ammaū, & in Beth-horon, & in Beth-el,  
 & Thānata, & Phara, & Thopo muris ex-  
 51 celſis & portis & ſeris. ⁊ Et poſuit cuſtodiā  
 in eis, vt inimicitias exercerent in Iſraël:  
 52 ⁊ muniuit ciuitatē Beth-ſurā, & Gaza-  
 ram, & arcē, & poſuit in eis auxilia, & ap-  
 53 paratū eſcarū: ⁊ accepit filios principum  
 regionis obſides, & poſuit eos in arce in  
 54 Ierusalē in cuſtodiā. ⁊ Et anno centeſimo  
 E quinquageſimotertio, menſe ſecūdo præ-  
 cepit Alcimus deſtrui muros domus ſan-  
 ctę interioris, & deſtrui opera propheta-  
 55 rum: & cœpit deſtruere. ⁊ In tempore illo  
 percuffus eſt Alcimus: & impedita ſunt  
 opera



opera illius, & occlusum est os eius, &  
 dissolutus est paralyti, nec ultra potuit lo-  
 qui verbum & mandare de domo sua. Et  
 mortuus est Alcimus in tempore illo cum  
 tormento magno. Et vidit Bacchides quo-  
 niam mortuus est Alcimus: & reuersus est  
 ad regem, & siluit terra Iudæa annis duobus.  
 Et cogitauerunt omnes iniqui, dicentes: Ecce  
 Ionathas & qui cum eo sunt, in silentio ha-  
 bitant confidenter: nunc ergo adducamus  
 Bacchidem, & comprehendet eos omnes vna  
 nocte. Et abierunt & consilium ei dederunt.  
 Et surrexit ut veniret cum exercitu multo:  
 & misit occulte epistolas sociis suis qui e-  
 rant in Iudæa, ut comprehenderet Ionatham  
 & eos qui cum eo erant: sed non potuerunt,  
 quia innotuit eis consilium eorum. Et appre-  
 hendit de viris regionis, qui principes erant  
 militiae quinquaginta viros, & occidit  
 eos. & secessit Ionathas, & Simon, & qui  
 cum eo erant in Beth-bessen, quæ est in  
 deserto: & extruxit diruta eius, & firma-  
 uerunt eam. Et cognouit Bacchides, &  
 congregauit uniuersam multitudinem suam:  
 & his qui de Iudæa erant denuntiauit. Et  
 venit, & castra posuit desuper Beth-bes-  
 sen: & oppugnauit eam dies multos, & fecit  
 machinas. Et reliquit Ionathas Simonem  
 fratrem suum in ciuitate, & exiit in regio-  
 nem, & venit cum numero, & percussit  
 Odaren & fratres eius, & filios Phaseron  
 in tabernaculis ipsorum, & cepit cadere &  
 crescere in virtutibus. Simo vero, & qui  
 cum ipso erant, exierunt de ciuitate, & suc-  
 cenderunt

malitia 3.



68 cēderūt machinas, et pugnauerunt con-  
tra Bacchidem, et contritus est ab eis, &  
afflixerunt eū valde, quoniam consilium  
69 eius et congressus eius erat inanis. Et ita-  
tus cōtra viros iniquos qui ei consilium  
dederant vt veniret in regionem ipsorū,  
multos ex eis occidit: ipse autem cogita-  
uit cū reliquis abire in regionem suam.  
70 Et cognouit Ionathas: & misit ad eum  
legatos componere pacem cū ipso, et red-  
71 dere ei captiuitatem. Et libenter accepit,  
& fecit secūdum verba eius, & iurauit se  
nihil facturū ei mali omnibus diebus vi-  
72 tæ eius. Et reddidit ei captiuitatem quā  
prius erat prædatus de terra Iuda: & con-  
uersus abiit in terram suam, & non appo-  
73 suit amplius venire in fines eius. Et cessa-  
uit gladius ex Israël: & habitauit Ionathas  
in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudi-  
care populum, & exterminauit impios ex  
Israël.

## CAP. X.

1 **E**T anno centesimo sexagesimo ascēdit  
A Alexander Antiochi filius, qui cogno-  
minatus est Nōbilis: & occupauit Ptole-  
maidam, & receperunt eum, & regnauit  
2 illic. Et audiuit Demetrius rex, & con-  
gregauit exercitum copiosum valde, &  
3 exiit obuiā illi in præliū. Et misit Deme-  
trius epistolā ad Ionathā verbis pacificis,  
4 vt magnificaret eū: dixit enim, Anticipe  
mus facere pacē cum eo, priusquā faciat  
5 cū Alexandro aduersum nos: recordabi-  
tur enim omniū malorū quæ fecimus in  
6 eum, & in fratrem eius, & in gentē eius. Et  
dedit

*p. Anticipation  
e. dnr. q. j. lati  
us. explicatu  
r. hoc. tod. c.  
Sicut iudiciū  
20. numerus  
inter se stoy  
ex bēiamin.*



dedit ei potestatem congregandi exercitū,  
 & fabricare arma, et esse ipsum socium e-  
 ius, et obsides qui erant in arce iussit tra-  
 di ei. Et venit Ionathas in Ierusalem, et le-  
 git epistolas in auditu omnis populi et  
 corū qui in arce erant. Et timuerunt ti-  
 more magno, quoniā audierunt quod de-  
 dit ei rex potestatem cōgregādi exercitū. Et  
 traditi sunt Ionathæ obsides, et reddi-  
 dit eos parētibus suis: & habitauit Iona-  
 thas in Ierusalē, & cœpit ædificare & in-  
 nouare ciuitatē. Et dixit facientibus ope-  
 ra, vt extruerent muros, & montem Sion  
 in circuitu lapidibus quadratis ad muni-  
 tionē: & ita fecerunt. Et fugerunt alieni-  
 genæ qui erāt in munitionibus quas Bac-  
 chides ædificauerat: & reliquit vnusquis  
 que locū, & abiit in terrā suā: tantum in  
 Beth-sura remanserunt aliqui ex his qui  
 reliquerant legē & præcepta Dei. erat e-  
 nim hæc eis ad refugiū. Et audiuit Ale-  
 xander rex promissa quæ promisit Deme-  
 trius Ionathæ: & narrauerunt ei prælia,  
 & virtutes quas ipse fecit, & fratres eius,  
 & labores quos laborauerūt, & ait: Nū-  
 quid inueniemus aliquē virum talem? &  
 nunc faciemus eū amicum, & socium no-  
 strū. Et scripsit epistolā, & misit ei secun-  
 dū hæc verba, dicens: R E X Alexander  
 fratri Ionathæ salutē. Audiuimus de te  
 quod vir potens sis viribus, et aptus es vt  
 sis amicus noster: & nunc constituimus  
 te hodie summū sacerdotē gentis tuæ, vt  
 amicus voceris regis (& misit ei purpurā,  
 &

q̄ sera ser am  
 igos de dios.  
 idannis. 15.



& coronã aureã) & quæ nostra sunt sen-  
 tias nobiscũ, & cõserues amicitias ad nos.  
 21 ¶ Et induit se Ionathas stola sancta septi-  
 mo mense, anno centesimo sexagesimo in  
 die solenni scenopegiæ: & cõgregauit ex-  
 22 ercitũ, & fecit arma copiosa. ¶ Et audiuit *tabernaculoꝝ*  
 Demetrius verba ista, & contristatus est *Leui. 27.*  
 23 nimis, & ait: ¶ Quid hoc fecimus, quod  
 præoccupauit nos Alexãder apprehende-  
 re amicitiam Iudæorum ad munimẽ suũ.  
 24 ¶ Scribam & ego illis verba deprecatoria,  
 & dignitates, & dona: vt sint mecum in  
 25 adiutorium. ¶ Et scripsit eis in hæc verba,  
 Rex Demetrius genti Iudæorum salutẽ. *Gen. 47. 1. 4. 5. 6.*  
 26 ¶ Quoniã seruastis ad nos pactum, & mā- *7. 1. 25.*  
 sistis in amicitia nostra, & non accessistis  
 ad inimicos nostros, audiuimus, & gauisi  
 27 sumus. ¶ Et nũc perseuerate adhuc conser-  
 uare ad nos fidem, & retribuemus vobis  
 28 bona pro his quæ fecistis nobiscũ. ¶ Et re-  
 C mittemus vobis præstationes multas, &  
 29 dabimus vobis donationes. ¶ Et nũc absol-  
 uo vos & oēs Iudæos à triburis, & pretia  
 falis indulgeo, & coronas remitto, & ter-  
 30 tias seminis: ¶ & dimidiã partẽ fructus li-  
 gni quod est portionis meæ relinquo vo-  
 bis ex hodierno die & deinceps, ne acci-  
 piatur à terra Iuda & à tribus ciuitatib⁹  
 quæ additæ sunt illi ex Samaria & Gali-  
 31 læa ex hodierna die & in totũ tẽpus: ¶ &  
 Ierusalẽ sit sancta & libera cũ finibus suis:  
 32 & decimę & tributa, ipsius sint. ¶ Remitto  
 etiã potestatẽ arcis quæ est in Ierusalẽ: &  
 do eã summo sacerdoti, vt constituat in  
 ca



ea viros quoscūq; ipse elegerit, qui custo-  
 diāt eam. Et oēm animā Iudæorū, quę ca- 33  
 priua est à terra Iuda in omni regno meo  
 relinquo liberam gratis, vt oēs à tributis  
 soluātur, etiā pecorū suorum. Et omnes 34  
 dies solēnes, & sabbatha, & neomeniæ, et  
 dies decreti, et tres dies ante diē solennē,  
 et tres dies post diē solennē sint omnes im-  
 munitatis & remissionis omnibus Iudæis  
 qui sunt in regno meo: et nemo habebit 35  
 potestaté agere aliquid, et mouere nego-  
 tia aduersus aliquē illorū in omni causa.  
 Et ascribātur ex Iudæis in exercitu regis 36  
 ad triginta millia virorū, & dabūtur illis  
 copiæ vt oportet omnib⁹ exercitiis re-  
 gis, et ex eis ordinabuntur qui sint in mu-  
 nitionib⁹ regis magni: et ex his cōstituē- 37  
 tur super negotia regni quę agūtur ex fi-  
 de, et principes sint ex eis, et ambulent in  
 legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iu-  
 da. Et tres ciuitates quę additæ sunt Iu- 38  
 dææ ex regione Samariæ, cū Iudæa repu-  
 tētur: vt sint sub vno, & nō obediāt alie-  
 næ potestati, nisi summi sacerdotis. Ptole- 39  
 maida & cōfines eius, quas dēdi donū san-  
 ctis qui sunt in Ierusalem ad necessarios  
 sumptus sanctorū. Et ego do singulis an- 40  
 nis quindecim millia siclorū argēti de ra-  
 tionibus regis, quę me cōtingūt: et om- 41  
 ne quod reliquū fuerit, quod nō reddide-  
 rāt qui super negotia erāt annis priorib⁹,  
 ex hoc dabūt in opera domus. Et super 42  
 hæc quinq; millia siclorū argēti, quę ac-  
 cipiebāt de sanctorū ratione per singulos  
 annos:

<sup>1</sup>  
 Summo Sacerdoti  
 dabo.



annos: et hæc ad sacerdotes pertineant, qui  
 43 ministerio funguntur. <sup>¶</sup> Et quicumque confu-  
 gerint in templum quod est Ierosolymis, et  
 in omnibus finibus eius, obnoxij regi in  
 44 omni negotio dimittantur, & vniuersa  
 quæ sunt eis in regno meo, libera habeant.  
 ¶ Et ad ædificanda vel restauranda opera san-  
 45 ctorum sumptus dabuntur de ratione regis:  
 ¶ et ad extruendos muros in Ierusalém &  
 cõmuniendos in circuitu, sumptus dabun-  
 46 tur de ratione regis, et ad cõstruendos mu-  
 ros in Iudæa. ¶ Ut audiuit autem Ionathas  
 & populus sermones istos, non credide-  
 runt eis, nec receperunt eos: quia recorda-  
 ti sunt malitiæ magnæ quã fecerat in Is-  
 47 raël, et tribulauerat eos valde. ¶ Et cõpla-  
 cuit eis in Alexandrũ, quia ipse fuerat eis  
 princeps sermonũ pacis, et ipsi auxiliũ fe-  
 48 rebant omnibus diebus. ¶ Et cõgregauit rex  
 Alexandr exercitũ magnũ, & admouit ca-  
 49 stra contra Demetriũ. ¶ Et cõmiserunt præ-  
 liũ duo reges, et fugit exercitus Demetrii,  
 et insecutus est eũ Alexandr, & incubuit  
 50 super eos. ¶ Et inualuit præliũ nimis, do-  
 nec occidit sol: & cecidit Demetrius in die  
 51 illa. ¶ Et misit Alexandr ad Ptolemæũ re-  
 gẽ Egypti legatos secundũ hæc verba di-  
 52 cēs: ¶ Q V O N I A M regressus sum in reg-  
 E nũ meum, & sedi in sede patrũ meorũ, et  
 obtinui principatũ, et cõtrihui Demetriũ,  
 53 & possedi regionẽ nostrã, ¶ et cõmisi pug-  
 nã cũ eo, & cõtritus est ipse, & castra eius  
 54 à nobis, & sedemus in sede regni eius: ¶ &  
 nũc statuam adinuicẽ amicitia: & da mi

n. s. violatores  
 ecclesie immuni-  
 tatis., Et. 2. m.  
 ac. 3. q. accide-  
 rit heliodor-  
 o violatori t-  
 epli.

Supr. 7. b. m.

Alexandro.



hi filiã tuã vxorẽ, & ego ero gener tuus,  
 & dabo tibi dona, & ipsi dignitatem. <sup>54</sup> Et  
 respondit rex Ptolemęus, dicens: **FELIX**  
 dies in qua reuersus es ad terrã patrum  
 tuorũ, & sedisti in sede regni eorum. <sup>55</sup> Et  
 nũc faciã tibi quod scripsisti: sed occurre  
 mihi Ptolemaidã, vt videamus inuicem  
 nos, & spondeã tibi sicut dististi. <sup>56</sup> Et exiuit  
 Ptolemęus de Ægypto, ipse & Cleopatrã  
 filia eius, & venit Ptolemaidã anno cente  
 simo sexagesimo secundo. <sup>57</sup> Et occurrunt  
 ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram  
 filiam suam: et fecit nuptias eius Pto-  
 lemaidæ, sicut reges in magna gloria.  
<sup>58</sup> Et scripsit rex Alexander Ionathæ, vt ve-  
 niret obuiã sibi. <sup>59</sup> Et abiit cum gloria Pto-  
 lemaidã, & occurrunt ibi duobus regibus,  
 & dedit illis argentum multũ, & aurũ, et  
 dona: & inuenit gratiã in cõspectu eorũ.  
<sup>60</sup> Et conuenerunt aduersus eum viri pesti-  
 lentes ex Israël, viri iniqui interpellantes  
 aduersus eum: & non intendit ad eos rex.  
<sup>61</sup> Et iussit spoliari Ionathan vestibus suis,  
 et indui eum purpura: et ita fecerunt. Et  
 collocauit eum rex sedere secũ. <sup>62</sup> Dixitq;  
 principibus suis: Exite cum eo in mediũ  
 ciuitatis, et prædicate vt nemo aduersus  
 eum interpellat de vllõ negotio, nec quis  
 quam ei molestus sit de vlla ratione. <sup>63</sup> Et  
 factum est vt viderunt qui interpellabãt  
 gloriam eius quæ prædicabatur, & oper- **F**  
 tum eum purpura, fugerunt omnes: <sup>64</sup> Et  
 magnificauit eum rex, et scripsit eũ inter  
 primos amicos, et posuit eum ducem, et  
 partici-



66 participē principatus. <sup>9</sup> Et reuersus est Io-  
 nathas in Ierusalem cum pace & lætitia.  
 67 <sup>9</sup> In anno centesimo sexagesimo quinto, ve-  
 nit Demetrius filius Demetrii à Creta in  
 68 terram patrum suorū. <sup>9</sup> Et audiuit Alexā-  
 der rex, et contristatus est valde, et reuer-  
 69 sus est Antiochiam. <sup>9</sup> Et constituit Deme-  
 trius rex Apollonium ducem, qui præerat  
 Cœlesyrię: et congregauit exercitum ma-  
 gnum, & accessit ad Iamniā: et misit ad Io-  
 70 nathan summum sacerdotem, <sup>9</sup> dicens: Tu  
 solus resistis nobis, ego autē factus sum in  
 derisum & in opprobriū, propterea quia  
 tu potestate aduersum nos exeres in mō-  
 71 tibus. <sup>9</sup> Nūc ergo si confidis in virtutibus  
 tuis, descēde ad nos in campū, & compa-  
 remus illic inuicem: quia mecum est vir-  
 72 tus bellorū. <sup>9</sup> Interroga & discce quis sum  
 ego & ceteri qui auxilio sunt mihi, qui &  
 dicūt quia nō potest stare pes vester ante  
 faciem nostrā, quia bis in fugam conuersi  
 73 sunt patres tui in terra sua: <sup>9</sup> & nunc quo-  
 modo poteris sustinere equitatū & exer-  
 citū tantum in campo, vbi non est lapis,  
 74 neque saxū, neque locus fugiendi? <sup>9</sup> Vt au-  
 diuit autē Ionathas sermones Apollonij,  
 motus est animo: & elegit decem millia  
 virorū, & exiit ab Ierusalē, & occurrit ei  
 75 Simon frater eius in adiutoriū: <sup>9</sup> & appli-  
 cuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum  
 à ciuitate: quia custodia Apollonij Ioppe  
 76 erat & oppugnauit eam. <sup>9</sup> Et exterriti qui  
 G erant in ciuitate, aperuerūt ei, & obtinuit  
 77 Ionathas Ioppē. <sup>9</sup> Et audiuit Apollonius,

*3. reg. 20. /  
 iudith. 7.*



& admouit tria millia equitum, & exer-  
 citum multū. Et abiit Azotum tanquam  
 iter faciens, & statim exiit in campum: eo  
 quòd haberet multitudinē equitū, & con-  
 fideret in eis. Et insecutus est eum Iona-  
 thas in Azotum, & commiserunt præliū.  
 Et reliquit Apollonius in castris mille  
 equites post eos occultè. Et cognouit Io-  
 nathas quoniam insidiæ sunt post se, &  
 circuierunt castra eius, & iecerunt iacula  
 in populum à mane vsque ad vesperam.  
 Populus autem stabat, sicut præceperat  
 Ionathas: & laborauerunt equi eorum.  
 Et eiecit Simon exercitum suū, & com-  
 misit contra legionem. equites enim fati-  
 gati erant, & contriti sunt ab eo, & fuge-  
 runt. Et qui dispersi sunt per campū, fu-  
 gerūt in Azotum, & intrauerūt in Beth-  
 dagon idōlum suum, vt ibi se liberarent.  
 Et succendit Ionathas Azotum, & ciuita-  
 tes quæ erant in circuitu eius, & accepit  
 spolia eorum, & templum Dagon: & om-  
 nes qui fugerunt in illud, succendit igni.  
 Et fuerunt qui ceciderūt gladio cum his  
 qui succensi sunt, ferè octo millia virorū.  
 Et mouit inde Ionathas castra, & appli-  
 cuit ea Ascalonem: & exierunt de ciuitate  
 obuiam illi in magna gloria. Et reuersus  
 est Ionathas in Ierusalem cum suis, haben-  
 tibus spolia multa. Et factū est: vt audiuit  
 Alexander rex sermones istos, addidit ad-  
 huc glorificare Ionathan. Et misit ei si-  
 bulam auream, sicut consuetudo est dari  
 cognatis regum. Et dedit ei Accaron &

omnes

1. domū vel  
 tēplū dagon.  
 1. 11.



omnes fines eius in possessionem.

## C A P. X I.

1 **E**T rex Ægypti congregauit exercitum,  
 A sicut arenam quæ est circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud  
 2 regno suo. Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eo quòd socer suus esset.  
 3 Et cum introiret ciuitatem Ptolemæus, ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. Et ut appropiauit Azoto, ostenderunt ei templum Dagon succensum igni, & Azotum, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorum qui cæsi erant in bello tumulos quos fecerant secus  
 4 viam. Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas: ut inuidiam faceret ei: & tacuit  
 5 rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierunt illic. Et abiit Ionathas cum rege usque ad fluuium qui vocabatur Eleutherus: & reuersus est in Ierusalem. Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum usque Seleuciam maritimam, & cogitabat in Alexandrum consilia mala. Et  
 6 misit legatos ad Demetrium, dicentes, **V E N I,** componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. Et  
 7 pœnitet enim me quòd dederim illi filiam meam: quæsiuit enim me occidere. Et vituperauit eum,  
 8 propterea quòd concupierat regnum eius.

f 3

Et

Dan. 11.



¶ Et abstulit filiam suam , & dedit eam De 12  
 metrio , & alienauit se ab Alexandro , &  
 manifestatae sunt inimicitiae eius . ¶ Et in- 13  
 trauit Ptolemæus Antiochiam , & impo-  
 suit duo diademata capiti suo , Ægypti &  
 Asiæ . ¶ Alexander autem rex erat in Cilicia 14  
 illis temporibus : quia rebellabant qui  
 erant in locis illis . ¶ Et audiuit Alexander , 15  
 & venit ad eum in bellum : & produxit  
 Ptolemæus rex exercitum , & occurrit ei  
 in manu valida , & fugauit eum . ¶ Et fu- 16  
 git Alexander in Arabiam , vt ibi prote-  
 geretur : rex autem Ptolemæus exalta-  
 tus est . ¶ Et abstulit Zabdiel Arabs ca- 17  
 put Alexandri , & misit Ptolemæo . ¶ Et 18  
 rex Ptolemæus mortuus est in die tertia:  
 & qui erant in munitionibus perierunt  
 ab his qui erant intra castra . ¶ Et regnauit 19  
 Demetrius anno centesimo sexagesimo-  
~~septimo~~ septimo . ¶ In diebus illis congregauit Io- 20  
 nathas eos qui erant in Iudæa , vt expu-  
 gnarent arcem quæ est in Ierusalem : &  
 fecerunt contra eam machinas multas .  
 ¶ Et abierunt quidam qui oderant gen- 21  
 tem suam viri iniqui ad regem Demetrium ,  
 & renuntiauerunt ei quod Ionathas obsi-  
 deret arcem . ¶ Et vt audiuit , iratus est : & 22  
 statim venit ad Ptolemaidam , & scripsit  
 Ionathæ ne obsideret arcem , sed occurre-  
 ret sibi ad colloquium festinatò . ¶ Vt audi 23  
 uit autem Ionathas , iussit obsidere : & ele- C  
 git de senioribus Israël , & de sacerdotibus ,  
 & dedit se periculo . ¶ Et accepit aurum & 24  
 argētum , & vestem , & alia xenia multa , &  
 abiit



abiit ad regem Ptolemaidam, & inuenit  
 25 gratiã in cõspectu eius. Et interpellabant  
 26 aduersus eũ quidã iniqui ex gente sua. Et  
 fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum  
 fuerant: & exaltauit eum in cõspectu om-  
 27 nium amicorum suorum, & statuit ei  
 principatum sacerdotij, & quacũque alia  
 habuit prius pretiosa, & fecit eum princi-  
 28 peni amicorum. Et postulauit Ionathas  
 à rege ut immunem faceret Iudæam, &  
 tres toparchias, & Samariam, & confines  
 29 eius: & promisit ei talẽta trecenta. Et con-  
 sensit rex: & scripsit Ionathas epistolas de  
 his omnibus, hũc modum continentes.  
 30 Rex Demetrius fratri Ionathæ salutem.  
 31 Et genti Iudæorumq; Exemplum episto-  
 læ, quam scripsimus Laskheni patri nro-  
 stro de uobis, misimus ad uos ut sciretis:  
 32 Rex Demetrius Laskheni patri salutem.  
 33 Genti Iudæorum amicis nostris, & con-  
 seruantibus quæ iusta sunt apud nos, de-  
 creuimus benefacere, propter benignita-  
 34 tem ipsorũ quam erga nos habent. Statuimus  
 ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates,  
 Lydã & Ramathã, quæ ad-  
 ditæ sunt Iudææ ex Samaria, & omnes  
 confines eorum sequestrari omnibus sacri-  
 ficantibus in Ierosolymis pro his quæ ab  
 eis prius accipiebat rex per singulos an-  
 nos, & pro fructibus terræ & pomorum.  
 35 Et alia quæ ad nos pertinebant decima-  
 rum & tributorũ, ex hoc tempore remit-  
 timus eis: & areas salinarũ, & coronas quæ  
 36 nobis deferebãtur, omnia ipsis concedi-  
 mus,

Gen. 47. 1.  
 Esdr. 7. 5. 10.



mus, & nihil horū irritum erit ex hoc &  
 in omne tēpus. ¶ Nunc ergo curate facere 37  
 horum exēplū, & detur Ionathæ, & po-  
 natur in mōte sancto, & in loco celebri.  
 ¶ Et vidēs Demetrius rex quod siluit terra 38  
 in cōspectu suo, & nihil ei resistit, dimisit  
 totum exercitum suū, vnumquemque in  
 locū suū, excepto peregrino exercitu quē  
 traxit ab insulis Gētiū: & inimici erāt ei 39  
 omnes exercitus patrū eius. ¶ Tryphon au-  
 tem erat quidā partiū Alexādrī prius: &  
 vidit quoniā omnis exercitus murmura-  
 uit cōtrā Demetriū, & iuit ad Eualchuel  
 Arabē, qui nutriebat Antiochū filiū Ale-  
 xandri: ¶ & assidebat ei, vt traderet euni 40  
 ipsi, vt regnaret loco patris sui: & enuntia-  
 uit ei quāta fecit Demetrius, & inimici-  
 tias exercituū eius aduersus illū. Et man-  
 sit ibi diebus multis. ¶ Et misit Ionathas ad 41  
 Demetriū regem vt eiiceret eos qui in ar- E  
 ce erāt in Ierusalē, & qui in p̄sidiis erāt:  
 quia impugnabāt Israhēl. ¶ Et misit Deme- 42  
 trius ad Ionathan, dicēs, Nō hęc tantum 43  
 faciam tibi & gēti tuæ, sed gloria illustra-  
 bo te & gētem tuam cum fuerit opportu-  
 num. ¶ Nunc ergo rectē feceris, si miseris 43  
 in auxiliū mihi viros: quia discessit om-  
 nis exercitus meus. ¶ Et misit ei Ionathas 44  
 tria millia virorū fortiū Antiochiam: &  
 venerunt ad regē, & delectatus est rex in  
 aduentu eorum. ¶ Et cōuenerūt qui erant 45  
 de ciuitate, centū viginti millia virorum,  
 & volebant interficere regē. ¶ Et fugit rex 46  
 in aulā: & occupauerūt qui erant de ciui-  
 tate



tate itinera ciuitatis, & cœperunt pugna-  
47 re. Et vocauit rex Iudæos in auxilium, &  
conuenerunt omnes simul ad eum, & dis-  
48 persi sunt omnes per ciuitatē: & occide-  
runt in illa die centum millia hominū, &  
succenderūt ciuitatem, & cœperūt spolia  
multa in die illa, & liberauerūt regem.  
49 Et viderunt qui erant de ciuitate quòd  
obtinuissent Iudæi ciuitatem sicut vole-  
bāt: & infirmati sunt mēte sua, & clama-  
50 uerunt ad regem cum precibus, dicen-  
tes, Da nobis dextras, & cessent Iudæi op-  
51 pugnare nos & ciuitatem. Et proiecerūt  
F arma sua, & fecerunt pacē: & glorificati  
sunt Iudæi in conspectu regis, & in con-  
spectu omnium qui erant in regno eius,  
& nominati sunt in regno: & regressi  
sunt in Ierusalem, habentes spolia multa.  
52 Et sedit Demetrius rex in sede regni sui:  
53 & siluit terra in conspectu eius. Et men-  
titus est omnia quæcūque dixit, & aba-  
lienauit se à Ionatha, & non retribuit ei  
secūdum beneficia quæ sibi tribuerat, &  
54 vexabat eum valde. Post hæc autem re-  
uersus est Tryphon, & Antiochus cū eo  
puer adolescēs, & regnauit, & imposuit  
55 sibi diadema. Et congregati sunt ad eum  
omnes exercitus quos disperferat Deme-  
trius, & pugnauerūt contra eū: & fugit,  
56 & terga vertit. Et accepit Tryphō bestias,  
57 & obtinuit Antiochiā: & scripsit Antio-  
chus adolescens Ionathæ, dicēs, Consti-  
tuo tibi sacerdotium, & cōstituo te super  
quatuor ciuitates, vt sis de amicis Regis.

f s

Et



3. Esd. 3. 5. 10.

¶ Et misit illi vasa aurea in ministerium, & 52  
 dedit ei potestatem bibendi in auro & esse  
 in purpura, & habere fibulam auream:  
 ¶ & Simonem fratrem eius constituit du- 53  
 cem à terminis Tyri vsque ad fines Ægy-  
 pti. ¶ Et exiit Ionathas, & perambulabat 60  
 trans flumen ciuitates: & congregatus est  
 ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium,  
 & venit Ascalonem, & occurrerunt ei  
 honorificè de ciuitate. ¶ Et abiit inde Ga- 61  
 zam: & concluderunt se qui erant Gazæ, &  
 obsedit eam, & succedit quæ erant in circui-  
 tu ciuitatis & prædatus est eam. ¶ Et roga- 62  
 uerunt Gazenses Ionatham, & dedit illis dex-  
 tram: & accepit filios eorum obfides, &  
 misit illos in Ierusalem, & perambulauit  
 regionem vsque Damascum. ¶ Et audiuit 63  
 Ionathas quod præuaricati sunt principes  
 Demetrii in Cades quæ est in Galilæa cum  
 exercitu multo, volentes eum remouere à  
 negotio regni: ¶ & occurrit illis; fratrem 64  
 autem suum Simonem reliquit intra provin-  
 ciam. ¶ Et applicuit Simon ad Bethsuram, 65  
 & expugnabat eam diebus multis, & con-  
 clusit eos. ¶ Et postulauerunt ab eo dextras 66  
 accipere, & dedit illis: & eiecit eos inde,  
 & cepit ciuitatem, & posuit in ea præsi-  
 dium. ¶ Et Ionathas & castra eius applicue- 67  
 runt ad aquam Genesar, & ante lucem vi-  
 gilauerunt in campo Asor. ¶ & ecce castra 68  
 alienigenarum occurrebant in campo, & ten-  
 debant ei insidias in montibus: ipse autem oc-  
 currit ex aduerso. ¶ Insidia verò exurrexe- 69  
 runt de locis suis, & commiserunt prælium.

¶ Et



- 70 <sup>o</sup> Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ omnes : & nemo relictus est ex eis , nisi Mathathias filius Absolomi , & Iudas filius Calphi princeps militia exercitus.
- 71 <sup>o</sup> Et scidit Ionathas vestimēta sua , & posuit terram in capite suo , & orauit. <sup>o</sup> Et reuersus est Ionathas ad eos in prælium , & conuertit eos in fugam , & pugnauerunt.
- 73 <sup>o</sup> Et viderunt qui fugiebāt partis illius , & reuersi sunt ad eum , & insequēbātur cum eo omnes vsque Cades ad castra sua , & peruenerunt vsque illuc : <sup>o</sup> & ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum : & reuersus est Ionathas in Ierusalē.

## CAP. XII.

- 1 **E**T vidit Ionathas quia tempus eum iu-  
 A **E**uat , & elegit viros , & misit eos Ro-  
 mam statuere & renouare cum eis amici-  
 2 tiam : <sup>o</sup> & ad Spartiatis , & ad alia loca mi-  
 3 sit epistolas secundū eandē formā , <sup>o</sup> & a-  
 bierunt Romam , & intrauerunt curiam ,  
 & dixerūt , Ionathas summus sacerdos , &  
 gens Iudæorū miserunt nos , vt renouare-  
 mus amicitia & societate secundum pri-  
 4 stinum. <sup>o</sup> Et dederunt illis epistolas ad ip-  
 sos per loca , vt deducerent eos in terram  
 5 Iuda cū pace. <sup>o</sup> Et hoc est exēplum episto-  
 larum quas scripsit Ionathas Spartiatis.
- 6 **I**ONATHAS summus sacerdos , & senio-  
 res gentis , & sacerdotes , & reliquus popu-  
 lus Iudæorū , Spartiatis fratribus salutem ,  
 7 <sup>o</sup> lampridē misit epistola ad Oniam  
 summū sacerdotem à Dario qui regnabat  
 apud vos , quoniam estis fratres nostri , si-  
 cut

*alia hq fugerunt.*

*vide .h. z. bibl  
 sag. pag. 101.*



cut scriptū cōtinet quod subiectū est. <sup>9</sup> Et suscepit Onias virum qui missus fuerat, <sup>B</sup> cum honore: & accepit epistolas, in quibus significabatur de societate & amicitia. <sup>9</sup> Nos\* cum nullo horum indigeremus <sup>9</sup> habentes solatio sanctos libros qui sunt in <sup>9</sup> manibus nostris, <sup>9</sup> maluimus mittere ad <sup>10</sup> vos renouare fraternitatē & amicitia, ne forte alieni efficiamur à vobis: multa enim tēpora transierunt, ex quo misistis ad nos. <sup>9</sup> Nos ergo in omni tempore sine in- <sup>11</sup> termissione in diebus solennibus, & cæteris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis quæ offerimus, & in obseruationibus, sicut fas est & decet meminisse fratrum. <sup>9</sup> Lætatur itaque de gloria vestra. <sup>9</sup> Nos autē circundederūt multę tribulationes, & multa prælia, & impugnaverūt nos Reges qui sunt in circuitu nostro. <sup>9</sup> Noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris sociis, & amicis nostris in his præliis. <sup>9</sup> habuimus enim de cælo auxiliū, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri. <sup>9</sup> Elegimus itaque <sup>16</sup> Numenium Antiochi, & Antipatrem Iasonis-filiū, & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & societatem pristinam. <sup>9</sup> Mādauimus itaque eis vt veniāt <sup>17</sup> etiam ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ. <sup>9</sup> Et nunc benefacietis <sup>18</sup> respondētes nobis ad hæc. <sup>9</sup> Et hoc rescriptum est epistolarum, quod miserat <sup>19</sup> Onias. <sup>9</sup> R E X Spartiatarū Onias, Ionathæ' <sup>20</sup> sacer-

\*enim,

B

p. 4.

missit

Oniaves  
Rex Spartiatarum  
Onie.  
sic Græc.



- 21 sacerdoti magno salutē. ¶ Inuentum est in  
 scriptura<sup>a</sup> de Spartiatis & Iudæis quoniā  
 sunt fratres, & quòd sunt de genere Abra- *q̄ non extat.*  
 22 ham. ¶ Et nūc ex quo hæc cognouimus,  
 benefacitis scribētes nobis de pace uestra.  
 23 ¶ Sed & nos rescripsimus vobis, Pecora no- *3. reg. 22.*  
 stra & possessiones nostræ, uestræ sunt: &  
 uestræ nostræ. mandauimus itaque hæc  
 24 nuntiari vobis. ¶ Et audiuit Ionathas quo-  
 D niam regressi sunt principes Demetrii cū  
 exercitu multo supra quam prius pugna-  
 25 re aduersus eum: ¶ & exiit ab Ierusalem, &  
 occurrit eis in Amathite regione: nō enim  
 dederat eis spatium vt ingrederentur re-  
 26 gionem eius. ¶ Et misit speculatores in ca-  
 stra eorum, & reuersi renūtiauerūt quòd  
 27 constituunt superuenire illis nocte. ¶ Cū  
 occidisset autem sol, præcepit Ionathas  
 suis vigilare, & esse in armis paratos ad pu-  
 gnam tota nocte, & posuit custodes per  
 28 circuitum castrorū. ¶ Et audierūt aduersa-  
 rij quòd paratus est Ionathas cum suis in  
 bello: & timuerūt, & formidauerūt in cor-  
 de suo: & accēderūt focos in castris suis.  
 29 ¶ Ionathas autē & qui cū eo erāt, non co-  
 gnouerunt vsque mane: videbāt autē lu-  
 30 minaria ardētia, ¶ & secutus est eos Iona-  
 thas & non cōprehendit eos: transierant *transierunt*  
 31 enim flumen Eletherum. ¶ Et diuertit Iona-  
 thas ad Arabas, qui vocabantur Zaba-  
 E dæi: & percussit eos, & accepit spolia eo-  
 32 rum. ¶ Et iunxit, & venit Damascū, & per-  
 33 ambulabat omnem regionem illam. ¶ Si-  
 mon autē exiit, & venit vsque ad Ascalo-  
 nem,



nem, & ad proxima præsidia, & declina-  
 uit in Ioppen, & occupauit eam. <sup>34</sup> (audi-  
 uit enim quòd vellèt præsiðiũ tradere par-  
 tibus Demetrii) & posuit ibi custodes, vt  
 custodirèt eam. <sup>35</sup> Et reuersus est Ionathas,  
 & conuocauit seniores populi, & cogita-  
 uit cum eis ædificare præsidia in Iudæa,  
 & ædificare muros in Ierusalem, & exal-  
 tare altitudine magna inter medium arcis  
 & ciuitatis, vt separaret eam à ciuitate, vt  
 esset ipsa singulariter, & neq; emãt, neque  
 vendant. <sup>36</sup> Et conuenerunt vt ædificarent  
 ciuitatem: & cecidit murus qui erat super  
 torrentem ab ortu solis, & reparauit eum  
 qui vocatur Caphetetha: <sup>37</sup> & Simon ædi-  
 ficauit Adiada in Sepheia, & muniuit eam,  
 & imposuit portas & seras. <sup>38</sup> Et cùm co-  
 gitaßet Tryphõ regnare Asiæ, & assumere  
 diadema, & extendere manum in An-  
 tiochum regem: <sup>39</sup> timès ne fortè non per-  
 mitteret eum Ionathas, sed pugnaret ad-  
 uersus eum, querebat comprehendere  
 eum, & occidere. Et exurgens abiit in  
 Bethsan. <sup>40</sup> Et exiuit Ionathas obuiam illi  
 cum quadraginta millibus virorum ele-  
 ctorum in prælium, & venit Bethsan.  
 & vidit Tryphon quia venit Ionathas  
 cum exercitu multo, vt extenderet in  
 eum manus: & timuit, <sup>41</sup> & excepit eum  
 cum honore, & commendauit eum om-  
 nibus amicis suis, & dedit ei munera: &  
 præcepit exercitibus suis vt obedirèt ei, si-  
 cut sibi. <sup>42</sup> Et dixit Ionathæ, Vt quid vexa-  
 sti vniuersum populũ, cùm bellum nobis  
 non



45 nō sit? Et nūc remitte eos in domos suas,  
 34 A elige autē tibi viros paucos qui tecū sint,  
 46 & veni mecū Ptolemaidā, & tradā eam  
 35 tibi, & reliqua præsidia & exercitum &  
 46 vniuersos præpositos negotij & cōuersus  
 abibo: propterea enim veni. Et credidit  
 36 ei, & fecit sicut dixit, & dimisit exerci-  
 47 tum, & abierunt in terram Iuda, retinuit  
 37 G autem secum tria millia virorum: ex qui-  
 bus remiit in Galilæam duo millia, mil-  
 48 lo autem venerunt cum eo. Ut autem  
 37 intrauit Ptolemaidam Ionathas, clausere-  
 runt portas ciuitatis Ptolemenses: & com-  
 38 prehenderunt eum: & omnes qui cum  
 49 eo intrauerant, gladio interfecerunt. Et  
 39 misit Tryphon exercitum & equites in  
 Galilæam, & in campū magnum, vt per-  
 40 derēt omnes socios Ionathæ. At illi cū  
 cognouissent quia comprehensus est Io-  
 40 nathas & perit, & omnes qui cum eo  
 erant: hortati sunt semetipsos, & exierunt  
 41 parati in prælium. Et videntes hi qui in-  
 sequuti fuerant, quia pro anima res est il-  
 41 lis, reuersi sunt: illi autem venerunt om-  
 nes cum pace in terram Iuda. Et planxe-  
 runt Ionatham, & eos qui cum ipso erant  
 42 valde: & luxit Israël luctu magno. Et  
 43 quæsierunt omnes gentes quæ erant in  
 44 circuitu eorum, contere eos: dixerunt  
 enim, Non habent principem & adiuuan-  
 tem: nunc ergo expugnemus illos, & tol-  
 lamus de hominibus memoriam eorum.



**E**T audiuit Simon quòd congregauit  
 Tryphon exercitum copiosum, vt ve- A  
 niret in terram Iuda, & attereret eam. ¶ Vi- 2  
 dens quia in tremore populus est & in ti-  
 more, ascendit Ierusalem, & congregauit  
 populum: ¶ & adhortans dixit, Vos scitis 3  
 quanta ego & fratres mei, & domus pa-  
 tris mei fecimus pro legibus & pro san- 4  
 ctis praelia, & angustias quales vidimus:  
 ¶ horum gratia perierunt fratres mei om- 4  
 nes propter Israël, & relictus sum ego sol- 5  
 lus. ¶ Et nunc non mihi contingat parcere  
 animæ meæ in omni tēpore tribulationis:  
 nō enim melior sum fratribus meis. ¶ Vin- 6  
 dicabo itaque gentem meam & sancta,  
 natos quoq; "nostros", & vxores: quia con- 7  
 gregatæ sunt vniuersæ gentes contere-  
 re nos inimicitia gratia. ¶ Et accensus est spi- 7  
 ritus populi simul vt audiuit sermones  
 istos: ¶ & responderunt voce magna dicen- 8  
 tes, Tu es dux noster loco Iudæ & Iona-  
 the fratris tui. ¶ pugna praelium nostrum: 9  
 & omnia quæcunque dixeris nobis, facie-  
 mus. ¶ Et congregans omnes viros bella- 10  
 tores, accelerauit consummare vniuersos B  
 muros Ierusalem, & muniuit eā in gyro.  
 ¶ Et misit Ionathan filium Absalomi, & 11  
 cum eo exercitum nouum in Ioppen, &  
 eiectione his qui erant in arce, remansit illic  
 ipse. ¶ Et mouit Tryphon à Ptolemaida 12  
 cum exercitu multo, vt veniret in terram  
 Iuda, & Ionathas cum eo in custodia. ¶ Si- 13  
 mon autem applicuit in Addus contra  
 faciem campi. ¶ Et vt cognouit Tryphon 14  
 quia

"I. mortui sūt.  
 1. 16. / isai. 57.

¶ vestros 13.



quia surrexit Simon loco fratris sui Iona-  
 thæ : & quia commissurus esset cum eo  
 15 prælium , misit ad eum legatos, ⁊ dicens,  
 Pro argento quod debebat frater tuus Io-  
 nathas in ratione Regis, - propter negotia - . 180  
 16 quæ habuit, detinuimus eum. ⁊ Et nunc  
 mitte argenti talenta centum, & duos fi-  
 lios eius obsides, vt non dimissus fugiat  
 17 à nobis, & remitemus eum. ⁊ Et cogno-  
 C. uit Simon quia cum dolo loqueretur se-  
 cum, iussit tamen dari argentum & pue-  
 ros : ne inimicitiam magnam sumeret ad  
 18 populum Israël, ⁊ dicentem: Quia non mi-  
 sit ei argentum & pueros, propterea pe-  
 19 riit. ⁊ Et misit pueros, & centum talenta:  
 & mentitus est, & nõ dimisit Ionatham.  
 20 ⁊ Et post hæc venit Tryphon intra regio-  
 nem, vt contereret eam, & gyrauerunt per  
 viam quæ ducit Ador, & Simon & castra  
 eius ambulabant in omnem locum quo-  
 21 cunque ibant. ⁊ Qui autem in arce erant,  
 miserunt ad Tryphonem legatos, vt festi-  
 naret venire per desertum, & mitteret il-  
 22 lis alimonias. ⁊ Et parauit Tryphon om-  
 nem equitatum, vt veniret illa nocte: erat  
 autem nix multa valde, & nõ venit in Ga-  
 23 laaditim. ⁊ Et cum appropinquasset Basca-  
 man, occidit Ionathan & filios eius illic.  
 24 ⁊ Et cõuertit Tryphon, & abiit in terram  
 25 suam. ⁊ Et misit Simõ, & accepit ossa Iona-  
 D thæ fratris sui, & sepeliuit ea in Modin ci-  
 26 uitate patrum eius. ⁊ Et planxerunt eum om-  
 nis Israël planctu magno, & luxerunt eum  
 27 dies multos. ⁊ Et ædificauit Simon super  
 sepul-



sepulchrum patris sui & fratrum suorum ædi-  
 ficiū altū visu, lapide polito retrò & antè:  
 ⁊ statuit septem pyramidas, vnā cōtra 28  
 vnā patri & matri, & quatuor fratribus:  
 ⁊ his circumposuit colūnas magnas: & 29  
 super colūnas arma, ad memoriam æter-  
 nam: & iuxta arma naues sculptas, quæ  
 viderētur ab omnibus nauigantibus ma-  
 re. ⁊ hoc est sepulchrū quod fecit in Mo- 30  
 din vsque in hunc diem. ⁊ Tryphon autē 31  
 cū iter faceret cū Antiocho rege adole-  
 scente, dolo occidit eū: ⁊ Et regnauit loco 32  
 eius, & imposuit sibi diadema Asiæ, & fe-  
 cit plagam magnam in terra. ⁊ Et ædifica- 33  
 uit Simon præsidia Iudææ, muniens ea E-  
 turribus excelsis, & muris magnis, &  
 portis, & seris: & posuit alimenta in mu-  
 nitionibus. ⁊ Et elegit Simon viros, & 34  
 misit ad Demetrium regem vt faceret  
 remissionem regioni: quia actus omnes  
 Tryphonis per direptionem fuerant ge-  
 sti. ⁊ Et Demetrius rex ad verba ista re- 35  
 spondit ei, & scripsit epistolam talem,  
 ⁊ Rex Demetrius Simóni summo sacer- 36  
 doti, & amico regum, & senioribus, &  
 Genti Iudæorum salutem. ⁊ Coronam au- 37  
 ream, & bahem quam misistis, suscepi-  
 mus: & parati sumus facere vobiscum pa-  
 cem magnam, & scribere præpositis regis  
 remittere vobis quæ indulsimus. ⁊ Quæ- 38  
 cunque enim constituimus vobis con-  
 stant. Munitiones quas ædificastis, vobis  
 sint: ⁊ remittimus quoque ignorantias, & 39  
 peccata vsque in hodiernum diem, & co-  
 ronam



ronam quam debebatis: & siquid aliud  
 erat tributarium in Ierusalem, iam non  
 40 sit tributarium. Et si qui ex vobis apti  
 sunt conscribi inter nostros, conscribamur,  
 41 & sit inter nos pax. Anno centesimo  
 septuagesimo ablatum est iugum Gentium  
 42 ab Israël. Et coepit populus Israël scribe-  
 F re in tabulis & gestis publicis, anno pri-  
 mo sub Simone summo sacerdote, ma-  
 43 gno duce & principe Iudæorum. In die-  
 bus illis applicuit Simon ad Gazam, &  
 circumdedit eam castris: & fecit machinas,  
 & applicuit ad ciuitatem, & percussit tur-  
 44 rem vnã, & cõprehendit eam. Et eruperant  
 qui erant intra machinã, in ciuitate: & fa-  
 45 ctus est motus magnus in ciuitate. Et a-  
 scenderunt qui erant in ciuitate cum vxori-  
 bus & filiis supra murum scissis tunicis  
 suis, & clamauerunt voce magna postulã-  
 46 tes à Simone dextras sibi dari, & dixe-  
 runt, Nõ nobis reddas secundum malitias no-  
 47 stras, sed secundum misericordias tuas. Et <sup>Et seruis-  
tibus sibi.</sup> flexus Simo non debellauit eos: eiecit ta-  
 men eos de ciuitate, & mudauit ædes in  
 quibus fuerat simulachra, & tunc intrauit  
 48 in eam cum hymnis benedicens Dñm: & eie-  
 cta ab ea omni immunditia, collocauit in  
 ea viros qui legem facerent: & muniuit eam,  
 49 & fecit sibi habitationem. Qui autem erant  
 G in arce Ierusalem, prohibebantur egredi &  
 ingredi regionem, & emere, & vendere: &  
 esurierunt valde, & multi ex eis fame pe-  
 50 rierunt, & clamauerunt ad Simonem vt de-  
 xtras acciperet. & dedit illis: & eiecit eos  
 inde,



inde, & mūdauit arcē à contaminationi-  
 bus, & intrauerūt in eā tertia & uicesima  
 die secūdi mēsis, anno cētesimo septuagesi-  
 mo primo, cū laude & ramis palmarū, &  
 cinnyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis  
 & canticis, quia contritus est inimicus  
 magnus ex Israël. Et cōstituit ut omni-  
 bus annis agerentur dies hi cū lætitia. Et  
 nuniuit mōtē tēpli, qui erat secus arcem,  
 & habitauit ibi ipse, & qui cū eo erant.  
 Et uidit Simon Iohannē filiū suū quod  
 uir esset: & posuit eū ducem virtutū uni-  
 uersarum, & habitauit in Gazaris.

## CAP. XIII.

**A**Nno centesimo septuagesimo secun-  
 do congregauit rex Demetrius exer-  
 citum suū, & abiit in Mediam ad contra-  
 hēda sibi auxilia, ut expugnaret Trypho-  
 nem. Et audiuit Arfaces rex Persidis &  
 Mediæ, quia intrauit Demetrius confines  
 suos, & misit unū de principibus suis, ut  
 comprehenderet eum uiuum. Et abiit, &  
 percussit castra Demetrii: & cōprehendit  
 eum, & duxit eum ad Arfacem, & posuit  
 eum in custodiam. Et siluit omnis terra  
 Iuda omnibus diebus Simōnis, & quæsi-  
 uit bona gēti suæ, & placuit illis potestas  
 eius & gloria eius omnibus diebus. Et  
 cum omni gloria sua accepit Ioppen in  
 portum, & fecit introitum in insulis ma-  
 ris. Et dilatauit fines gentis suæ, & obti-  
 nuit regionē. Et cōgregauit captiuitatem  
 multā, & dominatus est Gazaræ & Beth-  
 suræ, & arci: & abstulit inmunditias ex



3 ea, & non erat qui resisteret ei. <sup>9</sup> Et vnus  
 B quisque colebat terrā suā cum pace: & ter-  
 ra Iuda dabat fructus suos, & ligna cam-  
 9 porū fructū suum. <sup>9</sup> Seniores in plateis se-  
 debāt omnes, & de bonis terre tractabāt,  
 & iuuenes induebāt se gloriam, & stolas  
 10 belli. <sup>9</sup> Et ciuitatibus tribuebat alimonias,  
 & cōstituebat eas vt essent vasa munitio-  
 nis quoadusque nominatum est nomen  
 11 gloriæ eius vsque ad extremū terrę. <sup>9</sup> Fecit  
 pacē super terram, & lætatus est Israël læ-  
 12 titia magna. <sup>9</sup> Et sedit vnusquisque sub vi-  
 te sua, & sub ficulnea sua: & non erat qui  
 13 eos terreret. <sup>9</sup> Defecit impugnās eos super  
 terram: reges cōtriti sunt in diebus illis.  
 14 <sup>9</sup> Et confirmauit omnes humiles populi  
 sui, & legem exquisiuit & abstulit omnē  
 15 iniquum & malum: <sup>9</sup> sancta glorificauit,  
 16 & multiplicauit vasa sanctorū. <sup>9</sup> Et audi-  
 tum est Romæ quia defūctus esset Iona-  
 17 thas, & vsque in Spartiatis: & contristati  
 sunt valde. <sup>9</sup> Vt audierunt autē quòd Si-  
 C mon frater eius factus esset summus sa-  
 cerdos loco eius, & ipse obtineret omnem  
 18 regionem, & ciuitates in ea: <sup>9</sup> scripserunt  
 ad eū in tabulis æreis, vt renouarent ami-  
 19 citias & societatem quam fecerāt cum Iu-  
 da & cum Ionatha fratribus eius. <sup>9</sup> Et læ-  
 tæ sunt in conspectu ecclesiæ in Ierusa-  
 lem. Et hoc exemplum epistolarum quas  
 20 Spartiati miserunt. <sup>9</sup> SPARTIANO-  
 RVM principes & ciuitates Simóni sacer- <sup>\*princeps</sup>  
 doti magno, & senioribus, & sacerdoti-  
 bus, & reliquo populo Iudæorum fratri-  
 bus



bus salutem. Legati qui missi sunt ad po- 21  
 pulū nostrū, nūtiauerunt nobis de vestra  
 gloria & honore & lætitia: & gauisi su-  
 mus in introitu eorū. Et scripsimus quæ 22  
 ab eis erant dicta in cōciliis populi sic, Nu-  
 meni⁹ Antiochi, & Antipater Iasonis fili⁹  
 Legati Iudæorum, venerunt ad nos, reno- 23  
 uantes nobiscū amicitia pristina. Et pla-  
 cuit populo excipere viros gloriose, & po-  
 nere exemplū sermonū eorum in segrega-  
 tis populi libris, vt sit ad memoriā popu-  
 lo Spartiatarū. Exēplum autē horū scrip- 24  
 simus Simōni magno sacerdoti. Post hęc  
 autem misit Simō Numenium Romanū,  
 habentē clypeum aureū magnū, pondo  
 mīnarū mille ad statuēdā cum eis societa-  
 tem. Cū autē audisset populus Romanus 25  
 sermones istos, dixerunt, Quā gratiarum  
 actionem reddemus Simōni & filiis eius?  
 Restituit enim ipse fratres suos, & expu- 26  
 gnauit inimicos Israēl ab eis, & statuerūt  
 ei libertatem, & descriperūt in tabulis æ-  
 reis, & posuerūt in titulis in monte Sion.  
 Et hoc est exēplum scripturę. O C T A- 27  
 V A decima die mēsis Elul, anno centesi-  
 mo septuagesimo secūdo anno tertio sub  
 Simone sacerdote magno in Asaramel, in 28  
 conuentu magno sacerdotū, & populi &  
 principū gentis, & seniorū regionis, nota  
 facta sunt hæc, Quoniam frequēter facta  
 sunt prælia in regione nostra. Simon au- 29  
 tem Mathathie filius ex filiis Iarib, & fra-  
 tres eius dederunt se periculo, & restite-  
 runt aduersariis gentis suæ, vt statēt fan-  
 ctæ

mna. hz. 60  
 Siclos. Ezech.  
 45.

7.



30 Et ipsorum & lex, & gloria magna glorifi-  
 cauerunt gentem suam. Et congregauit Iona-  
 31 Ethas gentem suam, & factus est illis sacerdos  
 magnus, & appositus est ad populum suum.  
 32 Et voluerunt inimici eorum calcare, & atte-  
 rere regionem ipsorum & extendere manus in  
 sancta eorum. Tunc restitit Simo, & pugna-  
 33 uit pro gente sua, & erogauit pecunias  
 multas, & armauit viros virtutis generis sue,  
 & dedit illis stipendia: & muniuit ciui-  
 tates Iudaeae, & Bethsuram quae erat in fini-  
 bus Iudaeae, vbi erant arma hostium an-  
 34 tea: & posuit illic praesidium viros Iudaeos.  
 Et Ioppen muniuit quae erat ad mare: &  
 Gazaram, quae est in finibus Azoti, in  
 qua hostes antea habitabant, & colloca-  
 35 uit illic Iudaeos: & quaecumque apta erant  
 ad correptionem eorum, posuit in eis. Et  
 vidit populus actum Simonis, & gloriam  
 quam cogitabat facere genti suae, & posue-  
 runt eum ducem suum & principem sacerdo-  
 tum, eo quod ipse fecerat haec omnia, &  
 iustitiam & fidem quam conseruauit genti suae,  
 & exquisiuit omni modo exaltare popu-  
 lum suum. Et in diebus eius prosperatum  
 36 est in manibus eius vt tollerentur gentes  
 de regione ipsorum, & qui in ciuitate Da-  
 uid erant in Ierusalē in arce, de qua proce-  
 debant, & contaminabant omnia quae in  
 37 circuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam  
 magnam castitati: & collocauit in ea viros  
 Iudaeos ad tutamentum regionis & ciuita-  
 38 tis, & exaltauit muros in Ierusalē. Et rex  
 Demetrius statuit illi summum sacerdotium.

v  
sancta.

a  
sacerdote.

fecit.



1<sup>o</sup> Secundu[m] hæc fecit e[um] amic[um] suu[m], & glo- 39  
 rificauit e[um] gloria magna. 2<sup>o</sup> Audiuit enim 40  
 quod appellati sunt Iudæi à Romanis a-  
 mici, & socij, & fratres, & quia susceperu[n]t  
 legatos Simónis gloriose: 3<sup>o</sup> & quia Iudæi 41  
 & sacerdotes eor[um] confenserunt eum esse  
 duc[em] suu[m] & summu[m] sacerdot[em] in æternu[m],  
 donec surgat propheta fidelis: 4<sup>o</sup> & ut sit 42  
 super eos dux, & ut cura esset illi pro san- G  
 ctis, & ut constitueret prepositos super o-  
 pera eor[um], & super region[em] & super arma  
 & super præsidia: 5<sup>o</sup> & cura sit illi de san- 43  
 ctis: & ut audiatur ab omnibus, & scribã-  
 tur in nomine eius omnes cõscriptiones  
 in regione: & ut operiatur purpura & au-  
 ro: 6<sup>o</sup> & ne liceat vlli ex populo & ex sacer- 44  
 dotibus irritu[m] facere aliquid horu[m], & cõ-  
 tradicere his quæ ab eo dicuntur, aut cõ-  
 uocare conuentu[m] in regione sine ipso: &  
 vestiri purpura, & vti fibula aurea. 7<sup>o</sup> qui 45  
 aut[em] fecerit extra hæc, aut irritum fecerit  
 aliquid horu[m]: reus erit. 8<sup>o</sup> Et cõplacuit omni 46  
 populo statuere Simón[em], & facere secundu[m]  
 verba ista. 9<sup>o</sup> Et suscepit Simõ, & placuit ei 47  
 ut summo sacerdotio fungeretur, & esset  
 dux & princeps gentis Iudæorum & sa-  
 cerdotum, & præesset omnibus. 10<sup>o</sup> Et scri- 48  
 pturam istam dixerunt ponere in tabulis  
 æreis, & ponere eas in peribolo sanctoru[m],  
 in loco celebri: 11<sup>o</sup> exemplu[m] aut[em] eor[um] po- 49  
 nere in ærario, ut habeat Simõ & filij ei[us].

## CAP. XV.

ET misit rex Antiochus filius Demetrii  
 Epistolas ab insulis maris Simóni sa- A  
 cerdoti,

5. 8. et. 12.

5. 4.

5. 10. et. 11.



1 cerdori, & principi gētis Iudæorū, & vni-  
 2 uersæ genti: & erant cōtinētes hunc mo-  
 3 dum, R E X Antiochus Simóni sacerdoti  
 4 magno, & gēti Iudæorū salutē. Quoniā  
 5 quidem pestilentes obtinuerunt regnum  
 6 patrū nostrorū, volo autem vendicare re-  
 7 gnum, & restituere illud sicut erat antea:  
 8 & electā feci multitudinē exercitus, & fe-  
 9 ci naues bellicas. Volo autem procedere  
 10 per "regionē", vt vlciscar in eos qui cor- *regiones*  
 11 ruperunt regionem nostram, & qui de-  
 12 solauerūt ciuitates multas in regno meo.  
 13 Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes  
 14 quas remiserūt tibi ante me omnes reges,  
 15 & quæcunq; alia dona remiserunt tibi:  
 16 & permitto tibi facere percussurā pro-  
 17 prii numismatis in regione tua. Ierusalē  
 18 autem sanctā esse & liberā, & omnia ar- *S. 10. mat. 27.*  
 19 ma quæ fabricata sunt, & præsidia quæ  
 20 cōstruxisti, quæ tenes, maneāt tibi. Et om-  
 21 ne debitū regis, & quæ futura sunt regi,  
 22 ex hoc & in totū tempus remittūtur ti-  
 23 bi. Cū autē obtinuerimus regnum no-  
 24 strum, glorificabimus te, & gentē tuam,  
 25 & templum gloria magna, ita vt manife-  
 26 stetur gloria vestra in vniuersa terra. An-  
 27 no centesimo septuagesimo quarto exiit  
 28 Antiochus in terrā patrū suorum, & cō-  
 29 uenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt  
 30 pauci relictī essent cū Tryphone. Et in-  
 31 secutus est eum Antiochus Rex, & venit  
 32 Dorā fugiens per maritimā, sciebat enim  
 33 quod congregata sunt mala in eū, & re-  
 34 liquit eū exercitus. & applicuit Antio-  
 35 chus



chus super Doram cum centum viginti C  
 millibus virorū belligeratorum, & octo  
 millibus equitū: & circuiuit ciuitatem, 14  
 & naues à mari accesserunt: & vexabant  
 ciuitatem à terra & mari, & neminē si-  
 nebant ingredi vel egredi. ¶ Venit autem 15  
 Numenius, & qui cum eo fuerāt, ab vr-  
 be Roma, habentes epistolas Regibus &  
 regionibus scriptas, in quibus cōtineban-  
 tur hæc: ¶ L V C I V S consul Romano- 16  
 rum, Ptolemæo regi salutē. ¶ Legati Iu- 17  
 dæorū venerunt ad nos amici nostri, re-  
 nouantes pristinā amicitia & societatem,  
 missi à Simóne principe sacerdotū, & po-  
 pulo Iudæorū. ¶ Attulerunt autē & cly- 18  
 peum aureum mmarū mille. ¶ Placuit ita- 19  
 que nobis scribere regibus & regionibus,  
 vt non inferant illis mala, neq; impugnēt  
 eos & ciuitates eorū, & regiones eorum:  
 & vt nō ferāt auxiliū pugnantibus aduer- D  
 sus eos. ¶ Visum autē est nobis accipere ab 20  
 eis clypeū. ¶ Siqui ergo pestilētes fugerint 21  
 de regione ipsorū ad vos, tradite eos Si-  
 móni principi sacerdotum, vt vindicet in  
 eos secundum legē suā. ¶ Hæc eadē scripta 22  
 sunt Demetrio regi, & Attalo, & Arabæ,  
 & Arsaci, ¶ & in omnes regiones, & Sāp- 23  
 samæ & Spartiatis & Delo & Mydo, &  
 Sicioni, & Carix, & Sanium & Pamphi-  
 liam & Lyciam, & Alicarnassum & Rho-  
 dum & Phaselida & Coo & Siden & A-  
 rado & Cortynam & Cnidum & Cyprū  
 & Cyrenen. ¶ Exemplum autem eorū scri- 24  
 pserunt Simoni Principi sacerdotū. ¶ An- 25  
 tiochus

et populo  
 Iudæorum.



16 **T**iochus autē rex applicuit castra in Dorā  
 secundo, admouens ei semper manus, &  
 17 machinas faciens: & concludit Trypho-  
 18 nem, ne procederet. & misit ad eum Si-  
 19 mon duo millia virorum electorū in au-  
 20 xilium, & argentū & aurum & vasa co-  
 21 piofa, & noluit ea accipere, sed rupit om-  
 22 nia quæ pactus est cū eo antea, & aliena-  
 23 uit se ab eo. & misit ad eum Athenobiū  
 24 vnum de amicis suis, vt tractaret cū ipso  
 25 dicēs, Vos tenetis Ioppen, & Gazarā, & ar-  
 26 cem quæ est in Ierusalem ciuitates regni  
 27 mei: & fines earū desolastis, & fecistis pla-  
 28 gam magnā in terra, & dominati estis per  
 29 loca multa in regno meo. Nūc ergo tra-  
 30 dite ciuitates quas occupastis, & tributa  
 31 locorū in quibus dominati estis extra fi-  
 32 nes Iudææ. sin autē, date pro illis quin-  
 33 genta talenta argenti, & exterminij quod  
 34 exterminastis, & tributorū ciuitatum alia  
 35 talenta quingenta: sin autē, veniemus &  
 36 expugnabimus vos. & venit Athenobi-  
 37 us amicus Regis in Ierusalē, & vidit glo-  
 38 riā Simónis, & claritatem in auro & ar-  
 39 gento, & apparatus copiosum, & obstu-  
 40 puit: & retulit ei verba Regis. & respon-  
 41 dit ei Simon, & dixit ei, Neq; alienā ter-  
 42 ram sumpsimus, neq; alienā detinemus:  
 43 sed hæreditatem patrū nostrorū, quæ in-  
 44 iuste ab inimicis nostris aliquo tempore  
 45 possessa est. Nos verò tempus habentes,  
 46 vendicamus hæreditatē patrū nostrorū.  
 47 Nam de Ioppe & Gazara quæ expostu-  
 48 las, ipsi faciebant in populo plagam ma-  
 49 gnā,



gnam, & in regione nostra: horū damus  
 talenta centū. Et non respondit ei Athe-  
 nobius verbum. ¶ Reuersus autem cum  
 ira ad regem, renuntiauit ei verba ista, &  
 gloriam Simónis, & vniuersa quæ vidit: G  
 & iratus est rex ira magna. ¶ Tryphon au- 37  
 tem fugit naui in Orthosiada. ¶ Et consti- 38  
 tuit rex Cendebæum ducem maritimū,  
 & exercitum peditum & equitum dedit  
 illi. ¶ Et mandauit illi mouere castra con- 39  
 tra faciem Iudææ: & mandauit ei edificare  
 Cedronem, & obstruere portas ciuita-  
 tis, & debellare populum. Rex autem per-  
 sequebatur Tryphonē. ¶ Et peruenit Cen- 40  
 debæus Iamniam, & cœpit irritare ple-  
 bem, & cōculcare Iudæam, & captiuare  
 populum, & interficere & edificare Ce-  
 dronem. ¶ Et collocauit illic equites, & 41  
 exercitū: vt egressi perambularent viam  
 Iudææ, sicut constituit ei rex.

## CAP. XVI.

ET ascendit Iohannes de Gazaris, & 1  
 enuntiauit Simóni patri suo quæ fe- A  
 cit Cendebæus - in populo ipsorum. ¶ Et 2  
 vocauit Simon duos filios suos seniores,  
 Iudam & Iohannem, & ait illis, Ego &  
 fratres mei, & domus patris mei expu-  
 gnauimus hostes Israël ab adolescentia  
 vsque in hunc diem: & prosperatū est in  
 manib⁹ nostris liberare Israël aliquoties.  
 ¶ Nunc autem senui, sed estote loco meo, 3  
 & fratres mei, & egressi pugnate pro gen-  
 te nostra: auxilium verò de cælo vobif-  
 eum sit. ¶ Et elegit de regione viginti mil- 4  
 lia



lia virorum belligeratorum, & equites, &  
 profecti sunt ad Cendebæum: & dormie-  
 runt in Modin. ¶ Et surrexerunt mane, &  
 abierunt in campum: & ecce exercitus  
 copiosus in obviam illis peditū & equi-  
 tum, & fluvius torrens erat inter mediū  
 ipsorum. ¶ Et admouit castra contra faciē  
 corū ipse & populus eius, & vidit popu-  
 lū trepidantē ad transfretādū torrentē, &  
 transfretavit primus: & viderunt eum  
 viri, & transierunt post eum. ¶ Et diuisit  
 populum, & equites in medio peditum.  
 erat autem equitatus aduersariorum co-  
 piosus nimis: ¶ Et exclamauerunt sacris  
 tubis: & in fugā cōuersus est Cendebæus, nu. 10.  
 & castra eius: & ceciderunt ex eis multi  
 vulnerati, residui autem in munitionem  
 fugerunt. ¶ Tunc vulneratus est Iudas fra-  
 ter Iohannis: Iohannes autē insecutus est  
 eos, donec venit Cedronem quam ædifi-  
 cavit: ¶ & fugerunt vsque ad turres quæ  
 erant in agris Azoti, & succendit eas igni.  
 Et ceciderunt ex illis duo millia virorū,  
 & reuersus est in Iudæā in pace. ¶ & Pto-  
 lemæus filius Abobi cōstitutus erat dux  
 in campo Iericho, & habebat argentum  
 & aurum multū. ¶ erat enim gener sum-  
 mi sacerdotis. ¶ Et exaltatum est cor eius,  
 & volebat obtinere regionem, & cogita-  
 bat dolum aduersus Simōnem & filios  
 eius vt tolleret eos. ¶ Simon autem peram-  
 bulans ciuitates quæ erant in regione Iu-  
 dææ, & sollicitudinem gerens earum, de-  
 scendit in Iericho ipse & Mathathias fi-  
 lius



lius eius, & Judas anno centesimo septua-  
 gesimo septimo, mense vndecimo, hic est  
 mensis Sabath. <sup>9</sup> Et suscepit eos filius Abo <sup>13</sup>  
 bi in munitiunculam, quę vocatur Doch,  
 cum dolo, quam ædificauit: & fecit eis  
 conuiuium magnum, & abscondit illic  
 viros. <sup>9</sup> Et cum inebriatus esset Simon & <sup>16</sup>  
 filij eius, surrexit Ptolemæus cum suis, &  
 sumpserunt arma sua, & intrauerunt in  
 conuiuium, & occiderunt eum, & duos  
 filios eius, & quosdam pueros eius. <sup>9</sup> & <sup>17</sup>  
 fecit deceptionem magnam in Israël, &  
 reddidit mala pro bonis. <sup>9</sup> Et scripsit hæc <sup>18</sup>  
 Ptolemæus, & misit regi vt mitteret ei  
 exercitum in auxilium, & traderet ei re-  
 gionem, & ciuitates eorum, & tributa.  
<sup>9</sup> Et misit alios in Gazaram tollere Iohan- <sup>19</sup>  
 nem: & tribunis misit epistolas, vt veni- <sup>D</sup>  
 rēt ad se, & daret eis argentum & aurū,  
 & dona. <sup>9</sup> Et alios misit occupare Ierusa- <sup>20</sup>  
 lem, & montem templi. <sup>9</sup> Et præcurrens <sup>21</sup>  
 quidā, nuntiauit Iohanni in Gazara quia  
 periit pater eius, & fratres eius, & quia  
 misit te quoque interfici. <sup>9</sup> Vt audiuit au- <sup>22</sup>  
 tem, vehementer expauit: & comprehen-  
 dit viros qui venerāt perdere eum, & oc-  
 cidit eos: cognouit enim quia quærebant  
 eum perdere. <sup>9</sup> Et cætera sermōnum Io- <sup>23</sup>  
 hannis, & bellorum eius, & bonarum  
 virtutum quibus fortiter gessit, & ædifi-  
 cij murorum quos extruxit, & rerum ge-  
 starum eius: <sup>9</sup> ecce hæc scripta sunt in li- <sup>24</sup>  
 bro dierum sacerdotij eius, ex quo factus  
 est princeps sacerdotum post patrē suum.

IN

idioma hebreo  
 2c est. sbrietat  
 em p satietat  
 e pñere. gen  
 47. psal. 75. et  
 64. canticoz  
 iere. 31. Ecclie.  
 32. hiero. in li  
 bz. de gñti. heb.  
 sup. gen. c. 47.  
 et chriso. hom.  
 29. sup. gen.

p. obiit. 5. 17. isrl  
 19. 57.

Quid extat



## IN SECVNDVM LIBRVM

MACHABAEORVM ARGV-

MENTVM.

**S**ECVNDVS liber Machabæorum de ciuitatis Ierusalem desolatione per Antiochum facta primum narrationem contextit: de Heliodoro quoque volente templum spoliare, & diuina correptione flagellato: de signis cælestibus in aëre circa Ierusalem apparentibus commemorat, insuper de templi violatione iussu Antiochi facta, Iudæorumque compulsionem ad legis præuaricationem: de passione septem fratrum Machabæorum & matris ipsorum: de Iudæ Machabæo fortiter resistente Antiochi ducibus prosequitur, de plaga quoque diuino iudicio illata Antiocho, de sera eius pœnitentia ac misera morte: de templi emundatione per Iudam facta: de occisione Iudæorum qui idolorum donaria sub tunicis asportauerant, atque sacrificio pro defunctis oblato, denique de Nicanoris morte & eius capite in Ierusalem delato rem gestam refert.

LIBER SECVNDVS MACHABAEORVM.

*H. 15. capita.*

CAP. I.



**A**TRIBVS qui sunt per Ægyptū Iudæis, salutem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonam.

2 <sup>?</sup> Beneficiat vobis Deus, & meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruatorū suorum fidelium: <sup>?</sup> & det vobis cor omnibus ut colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde

*Gen. 12. 15. 17.  
18. 21. 22.  
Gen. 26.  
Gen. 28. 72.*



corde magno & animo volenti. ¶ Adape-  
 riat cor vestrum in lege sua, & in præce-  
 ptis suis, & faciat pacē. ¶ Exaudiat oratio-  
 nes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos  
 deserat in tempore malo. ¶ Et nunc hīc  
 sumus orantes pro vobis. ¶ Regnante De-  
 metrio, anno centesimo sexagesimo no-  
 no, nos Iudæi scripsimus vobis in tribu-  
 latione & impetu qui superuenit nobis  
 in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta  
 terra & à regno. ¶ Portam succenderunt,  
 & effuderunt sanguinem innocentem:  
 & orauimus ad Dominum, & exauditi  
 sumus, & obtulimus sacrificium & simi-  
 laginem, & accendimus lucernas, & pro-  
 posuimus panes. ¶ Et nunc frequentate  
 dies scenopegiæ mensis Casleu. ¶ Anno  
 centesimo octogesimo octauo, populus  
 qui est Ierosolymis, & in Iudæa, senatus-  
 que & Iudas Aristobolo magistro Ptole-  
 mæi regis qui est de genere christorum  
 sacerdotum, et his qui in Ægypto sunt  
 Iudæis, salutem et sanitatem. ¶ De magnis  
 periculis à Deo liberati magnificè gratias  
 agimus ipsi, vtpote qui aduersus talem  
 regem dimicauimus. ¶ Ipse enim ebullire  
 fecit de Perside eos qui pugnauerunt con-  
 tra nos et sanctam ciuitatem. ¶ Nam  
 cum in Perside esset dux ipse, et cum  
 ipso immensus exercitus, cecidit in tem-  
 plo Nanæ, consilio deceptus sacerdotū  
 Nanæ. ¶ Ille enim cum ea habitaturus ve-  
 nit ad locum Antiochus et amici eius, et  
 vt acciperet pecunias multas dotis no-  
 mine.

leuit. 27.

vide li. x. bibl.  
 scilicet pag. 82.  
 et li. 4. pagin  
 327.

o. 10.

c. sicut eumuchy.  
 1. 9. 1.

dyt enim 10.

accipere 8

mine.



15 mine. ¶ Cumque proposuissent eas sa-  
 cerdotes Naneæ, et ipse cum paucis in-  
 16 gressus esset intra ambitum phani, clau-  
 derunt templum, ¶ cum intrasset Antio-  
 D chus: apertoque occulto aditu templi,  
 mittentes lapides percusserunt ducem,  
 & eos qui cum eo erant, & diuiserunt mē-  
 bratim, & capitibus amputatis foras pro-  
 17 iccerunt. ¶ Per omnia benedictus Deus, qui  
 18 tradidit impios. ¶ Facturi igitur quinta &  
 vicesima die mensis Casleu, purificationē  
 tēpli, necessariū duxim⁹ significare vobis:  
 vt & vos quoq; agatis diem<sup>9</sup> scenopegiæ, ¶  
 & diem ignis qui datus est quādo Nehe-  
 mias edificato tēplo & altari obtulit sacri-  
 19 ficia. ¶ Nā cum in Persidem ducerētur pa-  
 tres nostri, sacerdotes qui tunc cultores  
 Dei erant, acceptū lignē de altari occultē  
 absconderunt in valle vbi erat puteus al-  
 tus & siccus: & in eo contutati sunt eū,  
 20 ita vt omnibus ignotus esset locus. ¶ Cum  
 E autem præterissent anni multi, & placuit  
 Deo vt mitteretur Nehemias à rege Per-  
 sidis: nepotes sacerdotū illorum qui ab-  
 sconderāt, misit ad requirendū ignem: &  
 sicut narrauerūt nobis, non inuenerunt  
 21 ignē, sed aquā crassam. ¶ Et iussit eos hau-  
 rire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ im-  
 posita erant, iussit sacerdos Nehemias a-  
 spergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant su-  
 22 perposita. ¶ Vtq; hoc factū est, & tempus  
 affuit quo sol refulsit qui pri⁹ erat in nu-  
 bilo, accensus est ignis magnus ita vt om-  
 23 nes mirarentur. ¶ Orationē autem facie-  
 bant

festum 4. leu. 23

de igne vide in

Leu. 6. b. 9. c. Eunu  
 ch. 1.  
 12. 13. & 10.  
 4. 1. & 16. 4. 9. 1.  
 3. c. 12.

70. ani. don.

9. iere. 25. 11  
 29.

1. par. 21.



*Oratio.**iudit. 9.  
tobie. 8.**Deu. 30. 4. 3.**b. 5.**Inf. 2. d. 12.**\* Et si qui-  
bus rex do-  
nauerat mul-  
ta bona, ac*

bant omnes sacerdotes, dum consumma-  
retur sacrificium, Ionatha inchoante, cæ-  
teris autem respondentibus. <sup>24</sup> Et Nehemie  
erat oratio hunc habens modū, D O M I N E Deus omnium creator terribilis & for-  
tis, iustus & misericors, qui solus es bonus  
rex, <sup>25</sup> solus præstans, solus iustus, & omni-  
potens, & æternus, qui liberaas Israël de  
omni malo, qui fecisti patres electos, &  
sanctificasti eos: <sup>26</sup> accipe sacrificiū pro vni-  
uerso populo tuo Israël, & custodi partē  
tuam, & sanctifica. <sup>27</sup> Congrega dispersio-  
nem nostrā, libera eos qui seruiunt Gen-  
tibus, & contemptos & abominatos re-  
spice: vt sciant Gētes quia tu es Deus no-  
ster. <sup>28</sup> Afflige opprimentes nos & contu-  
meliā facientes in superbia. <sup>29</sup> ¶ Constitue  
populum tuū in loco sancto tuo, sicut di-  
xit Moyses. <sup>30</sup> Sacerdotes autem psallebant  
hymnos, vsquequo cōsumptum esset sa-  
crificiū. <sup>31</sup> Cū autem consumptū esset sa-  
crificium, ex residua aqua Nehemias iussit  
lapides maiores perfūdi: <sup>32</sup> Quod vt factū  
eit, ex eis flāma accensa est: sed & ex lu-  
mine quod refulsit ab altari, cōsumpta est: <sup>33</sup>  
vt verò manifestata est res, renuntiatum  
est regi Persarū quòd in loco in quo ignē  
absconderant hi qui translati fuerant sa-  
cerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias  
& qui cum eo erant, purificauerunt sacri-  
ficia. <sup>34</sup> Considerans autē rex, & rem dili-  
genter examinans, fecit ei templum, vt  
probaret quòd factū erat. <sup>35</sup> & cū probas-  
set, sacerdotibus donauit multa bona, &  
alia



alia atq; alia munera, & accipiēs manu  
 36 sua, tribuebat eis. Appellauit autē Nehe-  
 mias hunc locum Nephthar, quod inter-  
 pretatur purificatio. Vocatur autem apud  
 plures Nephi.

piebat ex:  
 hoc & tri-  
 buebat 4.  
 innumera  
 4.

## CAP. II.

1 I Nuenitur autē in descriptionibus Iere-  
 A miae prophetae, quod iussit eos ignē ac-  
 cipere qui trāsmigrabāt, vt significatū est,  
 2 & vt mādauit trāsmigratis. Et dedit illis  
 legē ne obliuiscerentur praecepta Dñi, &  
 vt non exarrarent mentibus videntes si-  
 mulachra aurea & argētea, & ornamen-  
 3 ta eorū. Et alia huiusmodi dicens, horta-  
 batur ne legem amouerent à corde suo.  
 4 Erat autē in ipsa scriptura, quomodo ta-  
 bernaculū & arcam iussit propheta diui-  
 no responso ad se facto comitari secum,  
 vsquequo exiit in montē, in quo Moyses  
 5 ascendit & vidit Dei hereditatem. Et ve-  
 niens ibi Ieremias inuenit locum spelun-  
 cae: & tabernaculum, & arcam, & altare  
 incensi intulit illuc, & ostium obstruxit.  
 6 Et accesserunt quidam simul, qui seque-  
 bantur, vt notarent sibi locū: & non po-  
 7 tuerunt inuenire. Vt autē cognouit Ie-  
 remias, culpās illos, dixit, Quod ignotus  
 erit locus, donec congreget Deus congre-  
 8 gationem populi, & propitius fiat, &  
 tunc Dominus ostendet hęc, & appare-  
 bit maiestas Domini, & nubes erit sicut  
 & Moyse manifestabatur, & sicut cū  
 Salomon petiit vt locus sanctificaretur  
 9 magno Deo, manifestabat hęc. Magnifi-  
 C cè etenim sapientiā tractabat: & vt sapiē-

qui liber nō  
 extat.

Baruch 6.

Dent. 34. 2.  
 4. 8. d. 10.

3. reg. 8. b. 14.  
 c. 23. & 30.

2. P. 47. 6. c. 14.  
 d. 21.

3. reg. 8. g. 62.  
 Leu. 9. d. 24.

reg. 12. f. 38.  
 Par. 7. d. 50.



\* sic & Salomon  
 non orauit,  
 & descendit  
 ignis de celo  
 & consumpsit  
 holocaustum.

Leuit. d. 16.

& 17.

ut non comedis  
 distis hostiam  
 pro peccato

q<sup>no</sup>.  
 Extat.

in loco sancto,  
 eo quod non sit  
 manducatum,  
 manducatum  
 quod erat pro peccato.

in regionibus

18.

decide-

sent.

Deu. 30. d. 3.  
 b. 5.

tiam habens, obtulit sacrificium dedica-  
 tionis, & consummationis templi. ¶ Sicut 10  
 & Moyses orabat ad Dñm, || & descendit  
 ignis de celo, & consumpsit holocaustū:  
 ¶ Et dixit Moyses, eo quod non sit come- 11  
 stum quod erat pro peccato, & consum-  
 ptum est. ¶ Similiter & Salomon octo 12  
 diebus celebrauit dedicationem. ¶ Infe- 13  
 rantur autē in descriptionibus & com-  
 mentariis Nehemiae hæc eadem, & qua-  
 liter construens bibliothecā congregauit  
 de "regibus" libros & prophetarū & Da-  
 uid, & epistolas regum, & de donariis.  
 ¶ Similiter autem & Iudas ea quæ didi- 14  
 cerat' per bellum quod nobis acciderat,  
 cōgregauit omnia, & sunt apud nos. ¶ Si 15  
 ergo desideratis hæc, mittite qui per-  
 ferant vobis. ¶ Acturi itaq; purificationē 16  
 scripsimus vobis: bene ergo facietis si e-  
 geritis hos dies. ¶ Deus autem qui libera- 17  
 uit populum suum, & reddidit hæredita-  
 tem omnibus, & regnum & sacerdotiū,  
 & sanctificationē, ¶ sicut promisit in lege 18  
 speramus quod cito nostri miserebitur,  
 & congregabit de sub celo in locū san-  
 ctum. ¶ Eripuit enim nos de magnis peri- 19  
 culis, & locum purgauit. ¶ De Iuda verò 20  
 Machabæo, & fratribus eius, & de tem-  
 pli magni purificatione, & de aræ dedica-  
 tione. ¶ sed & de prælijs quæ pertinent ad 21  
 Antiochum Nobile & filium eius Eupa-  
 torem. ¶ & de illuminationibus quæ de 22  
 celo factæ sunt ad eos qui pro Iudeis for-  
 titer fecerunt, ita vt vniuersam regionem



nem cum pauci essent, vindicarēt & bar-  
 23 baram multitudinem fugarēt, & famo-  
 sissimum in toto orbe templum recupe-  
 rarent, & ciuitatē liberarent, & leges quę  
 24 <sup>abolitæ</sup> abolendæ erant restituere curar, Domino  
 cum omni tranquillitate propitio facto  
 illis. <sup>?</sup> Item quę ab Iafone Cyrenæo, quin-  
 que libris comprehensa, tentauimus nos  
 25 vno volumine breuiare. <sup>?</sup> Considerantes  
 F enim multitudinem librorū, & difficul-  
 tatem volētibus aggredi narrationes hi-  
 storiarum propter multitudinē rerum:  
 26 <sup>?</sup> curauimus volentibus quidem legere,  
 vt esset animi oblectatio: studiosis verò,  
 vt facilius possint memoriæ cōmendare:  
 omnibus autem legentibus vtilitas con-  
 27 feratur. <sup>?</sup> Et nobis quidē ipsis, qui hoc  
 opus breuiandi causa suscepimus, non fa-  
 cilem laborē, imo verò negotiū plenū vi-  
 28 giliarū, & sudoris assumpimus. <sup>?</sup> Sicut hi  
 qui præparant conuiuū, & quærūt aliorū  
 voluntati parēre, propter multorum gra-  
 29 tiam, libenter laborē sustinemus: <sup>?</sup> veri-  
 tatē quidem de singulis authoribus con-  
 30 cedentes, ipsi autem secundum datā for-  
 mam breuitati studentes. <sup>?</sup> Sicut enim no-  
 uæ dom⁹ architecto de vniuersa structu-  
 ra curandum est: ei verò qui pingere cu-  
 rat, quę apta sunt ad ornatum exquiren-  
 da sunt: ita æstimandum est & in nobis.  
 31 <sup>?</sup> Etenim intellectum colligere, & ordina-  
 re sermonem, & curiosius partes singu-  
 las quasque disquirere, historię congruit  
 32 authori. <sup>?</sup> breuitatem verò dictionis se-



stari, & executiones rerum vitare; breui-  
anti concedendum est. Hinc ergo narra- 32  
tionem incipiemus: de praefatione tantum  
dixisse sufficiat. Stultum etenim est ante  
historiam effluere: in ipsa autem historia  
succingi.

## CAP. III.

**I**gitur cum sancta ciuitas habitaretur  
in omni pace, leges etiam adhuc opti- A  
me custodirentur propter Oniam pontifi-  
cis, pietate & animos odio habentes ma-  
la, fiebat ut & ipsi reges & principes lo- 2  
cum summo honore dignum ducerent,  
& templum maximis muneribus illustra-  
rent: ita ut Seleucus Asiae rex de redditi- 3  
bus suis praestaret omnes sumptus ad mi-  
nisterium sacrificiorum pertinentes. Si- 4  
mon autem de tribu Benjamin praepo-  
situs templi constitutus, contendebat ob-  
stante sibi principe sacerdotum, iniquum  
aliquid in ciuitate moliri. Sed cum vin- 5  
cere Oniam non posset, venit ad Apollo-  
nium Tharsae filium, qui eo tempore erat  
dux Coelesyriae & Phoenicis: & nuntiauit 6  
ei pecuniis innumerabilibus plenum esse  
aerarium Ierosolymis, & communes co-  
pias immensas esse quae non pertinent  
ad rationem sacrificiorum: esse autem pos-  
sibile, sub potestate regis cadere vniuersa.  
Cumque retulisset ad regem Apollonius 7  
de pecuniis quae delatae erant, ille accitum B  
Heliodorum qui erat super negotia eius  
misit cum mandatis, ut praedictam pecuniam  
transportaret. Statimque Heliodorus iter  
est aggressus, specie quidem quasi per Coe-  
lesyriam

dispositio-  
nem

gen. 47. (1. 8)  
Arg. 7.

Seleucum. 7. 5.



Iesuriã & Phœnicem ciuitates esset peragraturus, re vera autem regis propositum  
 9 perfecturus. Sed cum venisset Ierosoly-  
 mam, & benignè à summo sacerdote in  
 ciuitate esset exceptus, narrauit de dato **in**  
**iudicio** pecuniarum; & cuius rei gratia  
 adesset aperuit: interrogabat autem si verè  
 10 hæc ita essent. Tunc summus sacerdos  
 ostendit deposita esse hæc, & victualia vi-  
 11 duatum & pupillorū: quædam verò esse  
 Hircani Tobieꝝ viri valde eminentis, in his  
 quæ detulerat impius Simon: vniuersa  
 autem argenti talenta esse quadringenta,  
 12 & auri ducenta. decipi verò eos qui cre-  
 didissent loco & tēplo, quod per vniuer-  
 sum mundum honoratur, pro sui vene-  
 ratione & sanctitate omnino impossibile  
 13 esse. At ille pro his quæ habebat in man-  
 datis à rege, dicebat omni genere regi ea  
 14 esse deferenda. Constituta autē die in-  
 trabat de his Heliodorus ordinaturus. **Nō**  
 modica verò per vniuersam ciuitatem e-  
 15 rat trepidatio. Sacerdotes autem ante al-  
 tare cū stolis sacerdotalibus iactauerunt  
 se, & inuocabant de cælo eum qui de de-  
 positis legem posuit, vt his qui deposue-  
 rant ea, salua custodiret. Iã verò qui vi-  
 16 debat summi sacerdotis vultum, mente  
 vulnerabatur: facies enim & color im-  
 mutatus declarabat internum animi do-  
 17 lorē. circūfusa enim erat mœstitia quæ-  
 dā viro, & horror corporis: per quæ ma-  
 nifestus aspicientibus dolor cordis eius  
 18 efficiebatur. Alij etiam gregatim de do-

regia 20

quã elegans et  
viva narra-  
tio.

Exo. 22.



mibus confluebāt: publica supplicatione D  
 obsecrantes, pro eo quòd in contemptum  
 locus esset venturus. ¶ Accinctæque mu- 19  
 lieres ciliciis pectus, per plateas conflue-  
 bant. sed & virgines quæ conclusæ erant  
 procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad  
 muros, quædam verò per fenestras aspi-  
 ciebant: ¶ vniuersæ autē protendentes ma- 20  
 nus in cælum, deprecabantur. ¶ erat enim 21  
 misera commistæ multitudinis, & magni  
 sacerdotis in agone constituti expectatio.  
 ¶ Et hi quidē inuocabant omnipotentem 22  
 Deum, vt credita sibi, his qui crediderāt,  
 cum omni integritate conseruarentur.

*Infr. 5. c. 18.* ¶ Heliodorus autē, quòd decreuerat, per- 23  
 ficiebat eodem loco ipse cum satellitibus  
 circa ararium, præsens. ¶ Sed spiritus om- 24  
 nipotētis Dei magnā fecit suę ostensionis  
 euidentia, ita vt omnes qui ausi fuerant  
 parēre ei, ruentes Dei virtute, in dissolu-  
 tionem & formidinem conuerterentur.

*vide. 5. 1. ma  
 10. fol. 321.*

*1. visio.*

¶ Apparuit enim illis quidam equus ter- 25  
 ribilē habens sessorem, optimis operimē-  
 tis adornatus: isque cum impetu Helio-  
 doro priores calces elisit. qui autem ei se-  
 debat, videbatur arma habere aurea. ¶ Alij 26  
 etiam apparuerunt duo iuuenes virtute  
 decōri, optimi gloria, speciosiq; amictu:  
 qui circumsteterunt eum, & ex vtraque  
 parte flagellabant, sine intermissione nul-  
 tis plagis verberātes. ¶ Subito autem ¶ He- 27  
 liodorus cōcudit in terrā, eumque multa  
 caligine circumfusum rapuerunt, atq; in  
 sella gestatoria positū eiecerunt. ¶ Et is qui 28  
 cum

*Infr. 5. c. 18.*



cū multis cursoribus & satellitibus prædictum ingressus est ætarium, portabatur nullo sibi auxiliū ferente, manifesta Dei  
 29 cognita virtute: & ille quidē per diuinā virtutem iacebat mutus, atq; omni spe &  
 30 salute priuatus. Hi autem Dominū benedicebant, quia magnificabat locū suū: & templum quod paulò ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotēte Domino, gaudio & lætitia impletum est. Tunc verò ex amicis Heliodori quidā rogabant confestim Oniā, vt inuocaret Altissimū vt vitā donaretei qui  
 32 in supremo spiritu erat constitutus. Considerās autem summus sacerdos ne fortē rex suspicaretur malitiā aliquā ex Iudæis circa Heliodorū cōsummatā, obtulit pro salute viri hostiā salutarē. Cumq; summus sacerdos exoraret, iidem iuuenes eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt, Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum Dñs tibi vitam donauit.  
 34 tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei & potestatem. Et his dictis, non cōparuerunt. Heliodorus autem hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repeditabat ad regem. Testabatur autē omnibus ea quæ sub oculis suis videtat opera  
 37 magni Dei. Cum autem rex interrogasset Heliodorū quis esset aptus adhuc semel Ierosolymā mitti, ait, Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem,  
 38

*Multū. n. valet de precatio iusti Jacobg. c. 5.*

*typus sacrificij missæ.*

*magna.*

v s

mitte



mitte illuc, & flagellatū eū recipies, si ta-  
 mē euaserit: eo quòd in loco sit verè Dei  
 quædā virtus. Nam ipse qui habet in ce- 39  
 lis habitationem, uisitor & adiutor est  
 loci illius, & uenientes ad malefaciendū,  
 percutit ac perdit. Igitur de Heliodoro 40  
 & ararij custodia ita res se habet.

## CAP. IIII.

**S**imon autem prædictus pecuniarum  
 & patriæ delator, malè loquebatur de  
 Onia, tanquam ipse Heliodorum insti-  
 gasset ad hæc, & ipse fuisset incentor ma-  
 lorum: prouisoremque ciuitatis ac de-  
 fensorē gentis suæ, & amulatorem legis  
 Dei audebat insidiatorē regni dicere. Sed  
 cū inimicitia intātum procederent, ut  
 etiam per quosdam Simonis necessarios  
 homicidia fieret: considerās Onias peri-  
 culū contentionis, & Apolloniū insanire,  
 utpote ducem Cælesyriæ & Phœnicis, ad  
 augendam malitiam Simónis, ad regē se  
 contulit, non ut ciuium accusator, sed  
 communem utilitatem apud semetipsum  
 vniuersæ multitudinis considerans. vi-  
 debat enim sine regali prouidentia im-  
 possibile esse pacem rebus dari, nec Simó-  
 nem posse cessare à stultitia sua. Sed post  
 Seleuci vitæ excessum, cū suscepisset re-  
 gnū Antiochus, qui Nobilis appellaba-  
 tur: ambiebat Iason frater Oniæ summū  
 sacerdotium: adito rege promittens ei  
 argenti talenta trecenta sexaginta, & ex  
 redditibus aliis talenta octoginta. super  
 hoc promittebat & alia centum quin-  
 quaginta,

5.7.

Ezech. 27.

5.7.

1. ma. 1.



quaginta, si potestati eius concederetur  
 gymnasium & ephebianam sibi constituere,  
 & eos qui in Ierosolymis erant Antio-  
 10 chenos scribere. ¶ Quod cum rex annuis-  
 set, & obtinuisset principatum, statim ad  
 gentilem ritum cōtribules suos transfer-  
 11 re cōcepit: ¶ & a motis his quæ humanita-  
 ris causa Iudæis à regibus fuerant consti-  
 tuta, & per Iohānem patrem Eupolemi,  
 qui apud Romanos de amicitia & socie-  
 12 tate functus est legatione legitima, ciuiū  
 iura destituens, praua instituta sanciebat.  
 ¶ Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasiū  
 13 constituere, & optimos quosq; ephebo-  
 rum in lupanaribus ponere. ¶ Erat autem  
 hoc non initium, sed incrementū quod-  
 14 dam, & profectus gentilis, & alienigenæ  
 conuersationis, propter impij & non sa-  
 cerdotis Iasonis nefarium & inauditum  
 15 scelus: ¶ ita vt sacerdotes iā non circa al-  
 taris officia dediti essent, sed contempto  
 templo, & sacrificiis neglectis, festinarent  
 participes fieri palestræ, & præbitionis  
 16 eius iniustæ, & in exercitiis disci. ¶ & pa-  
 C trios quidē honores nihil habentes, Græ-  
 17 cas glorias optimas arbitrabantur: ¶ qua-  
 rum gratia periculosa eos contētio habe-  
 bat, & eorū instituta amulabātur, ac per  
 omnia his consimiles esse cupiebāt, quos  
 18 hostes & peremptores habuerāt. ¶ In leges  
 enim diuinas impiè agere impunè nō ce-  
 dit: sed hoc tempus sequens declarabit.  
 ¶ Cum autem quinquennalis agon Tyri  
 19 celebraretur, & rex præsens esset, ¶ misit  
 Iason

1. ma. 8.

ioel. 7. / isai.  
2. / 4. re. 27.



*mat. 17.* Iason facinorosus ab Ierosolymis viros  
 peccatores, portātes argenti didrachmas  
 trecentas in sacrificiū Herculis, quas po-  
 stulauerunt hi qui asportauerunt ne in  
 sacrificiis erogarentur, quia nō oporteret,  
 sed in alios sumptus eos deputari. <sup>20</sup> Sed  
 hæc, oblata sunt quidem ab eo qui mise-  
 rat in sacrificiū Herculis: propter præsen-  
 tes autem data sunt in fabricam nauium  
 triremium. <sup>21</sup> Missō autem in Ægyptum  
*Dan. 11.* Apollonio Mnesthei filio propter pri-  
 mates Ptolomei Philometoris regis, Cū  
 cognouisset Antiochus alienum se à ne-  
 gotiis regni effectū, propriis vtilitatibus  
 consulēs profectus inde venit Ioppen, &  
 inde Ierosolymam. <sup>22</sup> Et magnificè ab Ia-  
*iudit. 3.* sone & ciuitate susceptus, cum facularū  
 luminibus & laudib⁹ ingressus est: & in-  
 de in Phœnicen exercitum conuertit. <sup>23</sup> Et  
 post triennij tempus misit Iason Menelaū  
 supradicti Simonis fratrem portantē pecu-  
 nias regi, & de negotiis necessariis respōsa  
 perlaturū. <sup>24</sup> At ille cōmendatus regi, cū  
 magnificasset faciē potestatis eius, in se-  
 metipsum retorfit summū sacerdotiū, su-  
 perponens Iasoni talēta argenti trecenta.  
<sup>25</sup> Acceptisq; à rege mandatis venit, nihil  
*animū* quidem habens dignum sacerdotio: ani-  
mos verò crudelis tyranni, & feræ beluæ  
 iram gerens. <sup>26</sup> Et Iason quidem qui pro-  
 prium fratrem captiuauerat, ipse deceptus  
 profugus in Ammanitem expulsus est re-  
 gionem. <sup>27</sup> Menelaus autē principatū qui-  
 dem obtinuit: de pecuniis verò regi pro-  
 missis



missis nihil agebat, cum exactione faceret  
 28 Softratus qui arci erat præpositus. ¶ Nam  
 ad hunc exactie vectigalium pertinebat:  
 quam ob causam utriusque ad regem sunt  
 29 euocati. ¶ Et Menelaus amotus est à sacer-  
 E dotio, succedente Lyfimacho fratre suo:  
 30 Softratus autem prælatus est Cypriis. ¶ Et  
 cum hæc agerentur, contigit Tharsenses  
 & Mallotas seditionem mouere, eo quod  
 Antiochi regis concubinae dono essent  
 31 dati. ¶ Festinanter itaque rex venit sedare  
 illos, relicto suscepto vno ex comitibus  
 32 suis Andronico. ¶ Ratus autem Menelaus  
 accepisse se tempus opportunum, aurea  
 quædam vasa è templo furatus donauit  
 Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per  
 33 vicinas ciuitates. ¶ Quod cum certissime  
 cognouisset Onias, arguebat eum, ipse in  
 loco tuto se continens Antiochiæ secus  
 34 Daphnem. ¶ Unde Menelaus accedens ad  
 Andronicum, rogabat vt Oniam interfi-  
 ceret. Qui cum venisset ad Oniam, & da-  
 tis dextris cum iureiurando (quamuis esset  
 ei suspectus) suasisset de asylo procedere,  
 statim eum peremit, non veritus iustitiã.  
 35 ¶ Ob quam causam non solum Iudæi, sed  
 etiam aliæ quoque nationes indignaban-  
 tur, & moleste ferebant de nece tanti viri  
 36 iniusta. ¶ Sed regressum regem de Ciliciæ  
 locis adierunt Iudæi apud Antiochiam,  
 simul & Græci: conuerentes de iniqua  
 37 nece Oniæ. ¶ Contristatus itaque est ani-  
 F mo Antiochus propter Oniam, & flexus  
 ad misericordiam, lachrymas fudit, re-  
 cordatus

*vide chris. to.  
 s. li. de babilona  
 martyre cõtra  
 a pẽtiles. locq  
 est in suburb  
 ijs antiochię. a  
 daphne puel  
 la quã appol  
 lo amauit.  
 Sic de nomin  
 atus.*



eordatus defuncti sobrietatem & mode-  
 stiam. <sup>38</sup> accensisque animis Andronicum  
 purpura exutum, per totam ciuitatem  
 iubet circūdari: & in eodem loco in quo  
 in Oniam impietatem commiserat, sa-  
 crilegum vita priuari, Domino illi con-  
 dignam retribuente pœnam. <sup>39</sup> Multis au-  
 tem sacrilegiis in templo à Lyfimacho  
 commissis Menelai consilio, & diuulga-  
 ta fama, congregata est multitudo ad-  
 uersum Lyfimachum multo iam auro  
 exportato. <sup>40</sup> Turbis autem insurgenti-  
 bus, & animis ira repletis, Lyfimachus  
 armatis ferè tribus millibus iniquis ma-  
 nibus uti cœpit, duce quodam tyranno,  
 ætate pariter & dementia prouecto. <sup>41</sup> Sed  
 ut intellexerunt conatum Lyfimachi, alij  
 lapides, alij fustes validos arripuere: qui-  
 dam verò cinerem in Lyfimachū iecere.  
<sup>42</sup> Et multi quidem vulnerati, quidam au-  
 tem & prostrati, omnes verò in fugā con-  
 uersi sunt: ipsum etiam sacrilegum secus  
 ærarium interfecerunt. <sup>43</sup> De his ergo cœ-  
 pit iudicium aduersus Menelaum agitari. G  
<sup>44</sup> Et cum venisset rex Tyrū, ad ipsum ne-  
 gotium detulerūt missi tres viri à senio-  
 ribus. <sup>45</sup> Et cū superaretur Menelaus, pro-  
 misit Ptolemæo multas pecunias dare ad  
 suadendū regi. <sup>46</sup> Itaq; Ptolemæus in quo-  
 dam atrio positū, quasi refrigerandi gra-  
 tia, regem adiit, & deduxit à sententia:  
<sup>47</sup> & Menelaū quidē vniuersæ malitiæ reū  
 criminib; absoluit: miseros autē qui etiā  
 si apud Scythas causam dixissent, innocen-  
 tes

7.17.



tes iudicarentur, hos morte damnavit.  
 48 <sup>?</sup> Citò ergo iniustā poenā dederūt, qui pro  
 ciuitate, & populo, & sacris vasīs causam  
 49 profecuti sunt. <sup>?</sup> Quam ob rem Tyri quo-  
 que indignati, erga sepulturam eorum  
 50 liberalissimi extiterunt. <sup>?</sup> Menelaus autē  
 propter eorum qui in potentia erant, a-  
 uaritiā, permanebat in potestate, cres-  
 cens in malitia ad insidias ciuū.

## CAP. V.

1 **E**odem tempore Antiochus secundam  
 2 **E**profecionē parauit in Ægyptū. <sup>?</sup> Con-  
 A tigit autē per vniuersam Ierosolymorum  
 ciuitatem videri diebus quadraginta per  
 aëra equites discurrentes, auratas stolas  
 habentes, & hastas quasi cohortes arma-  
 3 tas, <sup>?</sup> & cursus equorum per ordines di-  
 gestos, & congressiones fieri cominus, &  
 scutorū motus, & galeatorū multitu-  
 dinē gladiis districtis, & telorū iactus, &  
 auctorū armorum splendorē, omnisque  
 4 generis loricarū. <sup>?</sup> Quapropter omnes ro-  
 5 gabant in bonum monstra conuerti. <sup>?</sup> Sed  
 cū falsus rumor exisset, tanquam vira  
 excessisset Antiochus, assumptis Iason nō  
 minus mille viris, repētē aggressus est ci-  
 uitatem: & ciuibus ad murū conuolanti-  
 bus, ad vltimum apprehēsa ciuitate, Me-  
 6 nelaus fugit in arcem: <sup>?</sup> Iason verò non  
 parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogita-  
 bat prosperitatē aduersum cognatos ma-  
 lum esse maximum, arbitrans hostium &  
 7 non ciuium se trophæa capturum. <sup>?</sup> Et  
 B principatum quidem non obtinuit, fi-  
 nem

*2. visio.*



nem verò infidiarum suarum confusio-  
 nem accepit, & profugus iterum abiit in  
 Ammaniten. ¶ Ad vitimum in exitū sui 8  
 conclusus ab Areta Arabum tyranno, fu-  
 giens de ciuitate in ciuitatem, omnibus  
 odiosus vt refuga legum & execrabilis,  
 vt patriæ & ciuium hostis, in Ægyptum  
 exurusus est: ¶ & qui multos de patria sua 9  
 expulerat, peregrè periit, Lacedæmonas  
 profectus, quasi pro cognatione ibi refu-  
 gium habiturus: ¶ & qui insepultos mul- 10  
 tos abiecerat, ipse & illamentatus, & in-  
 sepultus abiicitur: sepultura neque pere-  
 grina vsus, neque patrio sepulchro parti-  
 cipans. ¶ His itaque gestis, suspicatus est 11  
 rex societatem deserturos Iudæos: & ob  
 hoc profectus ex Ægypto efferatis animis  
 ciuitatem quidem armis cepit. ¶ Iussit au- 12  
 tem militibus interficere, nec parcere oc-  
 cursantibus, & per domos ascendentes  
 trucidare. ¶ Fiebant ergo cædes iuuenum 13  
 ac seniorum, & mulierum & natorum  
 exterminia, virginumque & paruulorum  
 neces. ¶ Erant autem toto triduo octogin- 14  
 ta millia interfecti: quadraginta millia  
 vineti, nō minus autem venundati. ¶ Sed 15  
 nec ista sufficiunt; ausus est etiam intrare C  
 templum vniuersa terra sanctius, Mene-  
 lao ductore, qui legū & patriæ fuit pro-  
 ditor: ¶ & scelestus manibus sumens sancta 16  
 vasa quæ ab aliis regibus & ciuitatibus  
 erant posita ad ornatum, loci & gloriam,  
 contrectabat indignè & contaminabat.  
 ¶ Ita alienatus mente Antiochus, non con 17  
 siderabat

¶ 12.



8 syderabat quod propter peccata habitan-  
 9 tium ciuitatem, modicum Deus fuerat  
 10 iratus: propter quod & accidit circa lo-  
 11 cum despectio: <sup>?</sup> alioquin, nisi contigisset  
 12 eos multis peccatis esse inuolutos, <sup>||</sup> sicut <sup>Sup. 3. d. 23.</sup>  
 13 Heliodorus qui missus est à Seleuco re- <sup>e. 27.</sup>  
 14 ge ad expoliandum ararium, etiam hic  
 15 statim adueniens flagellatus, & repulsus  
 16 utique fuisset ab audacia. <sup>?</sup> Verùm non  
 17 propter locum, gentem: sed propter gen-  
 18 tem, locum Deus elegit. <sup>?</sup> Ideoque & ipse  
 19 locus particeps factus est populi malorũ,  
 20 postea autem fiet socius bonorum, & qui  
 21 derelictus in ira Dei omnipotentis est, ite-  
 22 rum in magni Domini reconciliatione  
 23 cum summa gloria exaltabitur. <sup>?</sup> Igitur  
 24 D. Antiochus mille & octingentis ablatis  
 25 de templo talentis, velociter Antiochiam  
 regressus est, existimans se præ superbia  
 terram ad nauigandum, pelagus verò ad  
 iter agendum, deducturum propter men-  
 tis elationem. <sup>?</sup> Reliquit autem & præpo-  
 sitos ad affligendam gētem: Ierosolymis  
 quidem Philippum genere Phrygē, mo-  
 ribus crudeliorem eo ipso à quo consti-  
 tutus est: <sup>?</sup> in Garizim autem Andronicũ  
 & Menelaum, qui grauius quàm cæteri  
 imminebāt ciuibus. <sup>?</sup> Cumque appositus  
 esset contra Iudæos, misit odiosum prin-  
 cipem Apollonium cum exercitu viginti  
 & duobus millibus, præcipiens ei omnes  
 perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iu-  
 uenes vendere. <sup>?</sup> Qui cum venisset Ieroso-  
 lymam, pacem simulans, quieuit vsque  
 ad

**iesus.**

aggei. 2.

malac. 3.

tobie. 13.

x

ad



ad diem sanctum sabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit. Omnesque qui ad spectaculum processerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit. Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo uescentes, demorabatur, ne participes essent coinquinationis.

Dani. 4.

CAP. VI.

SED non post multum temporis misit rex senem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudæos ut se transferrerent à patriis & Dei legibus: contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympij: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis hospitalis. Pessima autem & vniuersis grauis erat malorum incurio: nam templum luxuria & comestationibus Gentium erat plenum; & scortantium cum meretricibus, sacratisque ædibus mulieres se vtrò ingerebant, intrò ferentes ea quæ non licebat. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem sabbatha custodiebantur, neque dies solennes patrij seruabantur, nec simpliciter Iudæum se esse quisquam confitebatur. Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia, & cum Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hædera coronati Libero circuire.

Decre-

gen. 40. ma  
xi. 6.



8 ¶ Decretum autem exiit in proximas gentili-  
 um ciuitates, suggerentibus Ptolemæis,  
 ut pari modo & ipsi aduersus Iudæos  
 9 agerent, ut sacrificarent: eos autem qui nol-  
 lent transire ad instituta gentium, interfice-  
 10 rent. erat ergo videre miseriam. ¶ Duæ  
 enim mulieres delatæ sunt natos suos  
 circumcidisse: quas infantibus ad hubera  
 suspensis, cum publicè per ciuitatem circun-  
 11 duxissent, per muros precipitauerunt. ¶ Alij  
 C verò ad proximas coeuntes speluncas, &  
 latenter sabbathi diem celebrantes, cum  
 indicati essent Philippo, flammis succensi  
 sunt: eo quod verebantur propter religio-  
 nem & obseruantiam, manu sibi met auxili-  
 12 lium ferre. ¶ Obsecro autem eos, qui huc  
 librum lecturi sunt ne abhorrescant pro-  
 pter aduersos casus, sed reputet ea quæ ac-  
 ciderunt, non ad interitum, sed ad correptio-  
 13 nem esse generis nostri. ¶ Etenim multo  
 tempore non sinere peccatoribus ex sen-  
 tentia agere, sed statim ultiones adhibere:  
 14 magni beneficij est indicium. ¶ Non enim  
 sicut in alijs nationibus Dominus patienter  
 expectat, ut eas cum iudicij dies adue-  
 nerit, in plenitudine peccatorum puniat:  
 15 ita & in nobis statuit, ut peccatis nostris  
 in finem deuolutis, ita demum in nos vin-  
 16 dicet. ¶ Propter quod nunquam quidem  
 D à nobis misericordiam suam amouet: corri-  
 piens verò in aduersis populum suum, non  
 17 derelinquit. ¶ Sed hæc nobis ad comuni-  
 tionem legentium dicta sint paucis. Iam autem  
 18 veniendum est ad narrationem. ¶ Igitur Ele-  
 zarus

1. mac. 1.

1. mac. 2.

heb. 12.

psal. 30.



**eleazar.**

zarus vnus de primoribus scribarum, vir  
 ætate prouectus, & vultu decòrus, aperto  
 ore hians compellebatur carnem porci-  
 nam manducare. ¶ At illè gloriosissimam  
 mortem magis quàm odibilem vitã com-  
 plectens, voluntariè præibat ad suppliciũ.  
 ¶ Intuens autè quemadmodum oporteret  
 accedere patienter sustinens, destinauit nõ  
 admittere illicita propter vitæ amorem.  
 ¶ Hi autem qui astabant, iniqua misera-  
 tione commoti, propter antiquam viri  
 amicitiam, tollentes eum secretò roga-  
 bāt afferri carnes: quibus vesci ei licebat,  
 vt simularetur manducasse, sicut rex im-  
 perauerat de sacrificij carnibus: ¶ vt hoc  
 factò à morte liberaretur, & propter vete-  
 rem viri amicitiam, hanc in eo faciebant  
 humanitatem. ¶ At ille cogitare cœpit  
 ætatis ac senectutis suæ eminentiam di-  
 gnã, & ingenitæ nobilitatis canitiem,  
 atque à puero optimæ conuersationis  
 actus, & secundum sanctæ & à Deo con-  
 ditæ legis constituta, respondit cito, di-  
 cens: præmitti se velle in infernum. ¶ Non  
 enim ætati nostræ dignum est, inquit, sin-  
 gere: vt multi adolescentes, arbitran-  
 tes Eleazarum nonaginta annorum transisse  
 ad vitam alienigenarum: ¶ & ipsi propter  
 meam simulationem, & propter modi-  
 cum corruptibilis vitæ tempus decipian-  
 tur, & per hoc maculam atque execratio-  
 nem meæ senectuti conquiram. ¶ Nam  
 etsi in præsentì tempore suppliciis homi-  
 num eripiar, sed manum omnipotentis  
 nec

<sup>1</sup>  
 sepulchrum.



27 nec viuus, nec defunctus effugiam. Quā  
 ob rem fortiter vita excedendo, senectute  
 28 quidem dignus apparebo: Adolescenti-  
 bus autem exemplum fortè relinquam,  
 si prompto animo, ac fortiter pro graui-  
 simis ac sanctissimis legibus honesta mor-  
 te perfungar. His dictis confestim ad sup-  
 29 plicium trahebatur. Hi autem qui eum  
 G ducebant, & paulo antè fuerant mitio-  
 res, in iram conuersi sunt propter sermo-  
 nes ab eo dictos, quos illi per arrogantiam  
 30 prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis  
 perimeretur, ingemuit, & dixit: Domine  
 qui habes sanctam scientiam, manifeste  
 ru scis quia cum à morte possem liberari,  
 duos corporis sustineo dolores: secun-  
 dum animam verò propter timorem tuum  
 31 libenter hæc patior. Et iste quidem hoc  
 modo vita decessit, non solum iuueni-  
 bus, sed & vniuersæ genti memoriam  
 mortis suæ ad exemplum virtutis & for-  
 titudinis derelinquens.

## CAP. VII.

1 **A** Contigit autem septem fratres vnā  
 cum matre sua apprehensos, com-  
 pelli à rege edere contra fas carnes porci-  
 2 nas, flagris & taureis cruciatis. Vnus  
 autè ex illis qui erat primus, sic ait: Quid  
 3 quæris, & quid vis discere à nobis? pata-  
 ti sumus mori magis quàm patrias Dei  
 4 leges præuaricari. Iratus itaq; rex iussit  
 sartagines & ollas æneas succendi. Qui-  
 bus statim succensis, iussit ei qui prior  
 fuerat locutus, amputari linguam: & cu-

Oratio.

ruth. 3. 4.

Joseph. in libello  
 que de morte ele-  
 nazari et de istis. 7  
 fratrib; edidit. ait  
 q. erat ex castello  
 Josandro. et ma-  
 salomona. 1. ma-  
 chabeus. 2. abez  
 2. machir. 4. iu-  
 das. 5. nchas. 6.  
 meth. 7. iacob.  
 vocabatur.

amos. 4.



<sup>us</sup>  
<sup>p.</sup>  
 te capitis abstracta, summas quoque ma-  
 nus & pedes ei præscindi, cæteris eius fra-  
 tribus & matre inspicientibus. <sup>5</sup> Et cum  
 iam per omnia inutilis factus esset, iussit  
 ignem admoueri & adhuc spirãtem tor-  
 reri in sartagine: in qua cum diu crucia-  
 retur, cæteri vnã cum matre inuicem se  
 hortabantur mori fortiter, <sup>6</sup> dicentes, Do-  
 minus Deus aspiciet veritatem, & conso- <sup>B</sup>  
 labitur in nobis, || quemadmodũ in pro-  
 testatione cantici declarauit Moyses: &  
 in seruis suis consolabitur. <sup>7</sup> Mortuo ita-  
<sup>us</sup>  
<sup>2.</sup>  
 que illo primo hoc modo, sequentem de-  
 ducebant ad illudendum: & cute capitis  
 eius cum capillis abstracta, interrogabant  
 si manducaret, prius quã toto corpore  
 per membra singula puniretur. <sup>8</sup> At ille  
 respondens patria voce, dixit: Non faciã.  
 Propter quod & iste sequenti loco primi  
 tormenta suscepit: <sup>9</sup> & in vltimo spiritu  
 constitutus sic ait: Tu quidem scelestissi-  
 me in præsentí vita nos perdis: sed rex  
 mundi defunctos nos pro suis legibus, in  
 æternæ vitæ resurrectione suscitabit. <sup>10</sup> Post  
 hunc tertius illuditur, & linguam postu- <sup>C</sup>  
 latus cito protulit, & manus constanter  
 extendit: <sup>11</sup> & cum fiducia ait: E cælo ista  
 possideo, sed propter Dei leges nunc hæc  
 ipsa despicio, quoniã ab ipso me ea rece-  
 pturũ spero. <sup>12</sup> ita vt rex, & qui cum ipso  
 erant, mirarentur adolescentis animum,  
 quòd tanquam nihilum duceret crucia-  
 tus. <sup>13</sup> Et hoc ita defuncto, quartum vexa-  
 bant similiter torquentes. <sup>14</sup> Et cum iã ef-  
 set

Deut. 32. c.  
 36. f. 43.

Resurrecti  
<sup>us</sup>  
<sup>3.</sup>

<sup>us</sup>  
<sup>4.</sup>



set ad mortem, sic ait: Potius est ab homi-  
 nibus morti datos spem expectare à Deo,  
 iterum ab ipso resuscitandos. tibi enim  
 25 resurrectio ad vitam non erit. <sup>psa. 1.</sup> Et cum  
 admouissent quintum, vexabant eum. At <sup>us</sup>  
 26 ille respiciens in eum, <sup>s.</sup> dixit: Potestatem  
 inter homines habens, cum sis corrupti-  
 bilis, facis quod vis: noli autem putare ge-  
 27 nus nostrum à Deo esse derelictum. <sup>us,</sup> tu  
 autem patienter sustine, & videbis mag-  
 nam potestatem ipsius, qualiter te & se-  
 28 men tuum torquebit. <sup>s.</sup> Post hunc duc-  
 D bant sextum, & is mori incipiens, sic ait:  
 Noli frustra errare: nos enim propter nos  
 metipso hoc patimur, peccantes in Deum  
 nostrum, & digna admiratione facta sunt  
 19 in nobis. <sup>us,</sup> tu autem ne existimes tibi impu-  
 ne futurum, quod contra Deum pugnare  
 20 tentaueris. <sup>s.</sup> Supra modum autem mater **Mater.**  
 mirabilis, & bonorum memoria digna,  
 quæ pereuntes septem filios sub vnius diei  
 tempore conspiciens, bono animo fere-  
 bat propter spem quam in Deo habebat.  
 21 <sup>us,</sup> singulos illorum hortabatur voce patria  
 fortiter, repleta sapientia: & foemineæ co-  
 22 gitationi masculinum animum inserens,  
 23 <sup>s.</sup> dixit ad eos: Nescio qualiter in utero  
 meo apparuistis: neq; enim ego spiritum **Ain' a deo.**  
 & animam donavi vobis & vitam, & sin-  
 gulorum membra non ego ipsa coëgei, <sup>us,</sup> sed  
 enim mundi creator, qui formauit homi-  
 nis natiuitatem, qui que omnium inuenit  
 originem, & spiritum vobis iterum cum  
 misericordia reddet & vitam, sicut nun-  
 24 vosmet-



vosmetipfos despicitis propter leges eius.

⁹ Antiochus autem contemni se arbitra- 24  
tus, simul & exprobratis voce despecta, E  
cùm adhuc adolescentior superesset, non  
solum verbis hortabatur, sed & cum iu-  
ramento affirmabat se diuitem & beatũ  
facturum, & translatum à patriis legibus  
amicum habiturum, & res necessarias ei  
præbiturum. ⁹ Sed ad hæc cùm adolescens 25  
nequaquam inclinaretur, vocauit rex  
matrem, & suadebat ei vt adolescenti fie-  
ret in salutem. ⁹ Cùm autem multis eam 26  
verbis esset hortatus, promisit suasuram  
se filio suo. ⁹ Itaque inclinata ad illum, ir- 27  
ridens crudellem tyrannum, ait patria vo-  
ce: Fili mi miserere mei, quæ te in utero  
nouem mensibus portauit, & lac trien-  
nio dedi & alui, & in etatem istam per-  
duxi. ⁹ Peto te nate, vt aspicias ad cælum 28  
& terram, & ad omnia quæ in eis sunt: & F  
intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus &  
hominum genus: ⁹ ita fiet vt non timeas 29  
carnificem istum, sed dignus fratribus  
tuis effectus particeps, suscipe mortem, vt  
in illa miseratione cum fratribus tuis te  
recipiam. ⁹ Cùm hæc illa adhuc diceret, 30  
ait adolescens: Quæ sustinetis? non obedio  
præcepto regis, sed præcepto legis, quæ  
data est nobis per Moysen. ⁹ Tu verò qui 31  
inuentor omnis malitiæ factus es in He-  
bræos, non effugies manum Dei. ⁹ Nos e- 32  
nim pro peccatis nostris hæc patimur. ⁹ Et 33  
si nobis propter inceptationem, & corre-  
ptionem Dominus Deus noster modicum  
iratus

Gen. 1.



iratus est : sed iterum reconciliabitur ser-  
 34 uis suis. ¶ Tu autem o sceleste & omnium  
 hominum flagitiosissime, noli frustra ex-  
 tolli vanis spebus in seruos eius inflam-  
 35 matus. ¶ nondū enim omnipotentis Dei  
 G & omnia inspicientis iudicium effugisti.  
 36 ¶ Nam fratres mei modico nunc dolore  
 sustentato, sub testamento æternæ vitæ  
 effecti sunt: tu verò iudicio Dei iustas su-  
 37 perbiæ tuæ poenas exolues. ¶ Ego autem  
 sicut & fratres mei animam & corpus  
 meum trado pro patriis legibus: inuocās  
 Deum maturiūs genti nostræ propitium  
 fieri, teque cum tormentis & verberibus  
 38 confiteri quod ipse est Deus solus. ¶ In me  
 verò & in fratribus meis desinet omni-  
 potentis ira, quæ super omne genus no-  
 39 strum iustè superducta est. ¶ Tunc rex ac-  
 census ira, in hūc super omnes crudelius  
 40 desauit, indignè ferēs se derisum. ¶ Et hic  
 itaque mundus obiit, per omnia in Do-  
 41 mino confidens. ¶ Nouissimè autem, post  
 42 filios & mater consumpta est. ¶ Igitur de  
 sacrificiis, & de nimis crudelitibus sa-  
 tis dictum est.

## CAP. VIII.

1 **I**Vdas verò Machabæus, & qui cum il-  
 A lo erant, introibant latenter in castel-  
 la: & conuocantes cognatos, \* & eos qui  
 permanserunt in Iudaismo assumentes,  
 2 eduxerunt ad se sex millia virorū. ¶ Et in-  
 uocabant Dñm, vt respiceret in populum  
 qui ab omnib⁹ calcabatur, & misereretur  
 templo quod contaminabatur ab impiis:

x s

¶ misere-

M.

\* &amp; amicos

1. mac. 2.

exo. 2. ruth.

1. reg. 1.

1. c. 1. 22.

1. di. 18. 6.



1 misereretur etiam exterminio ciuitatis, 3  
 quæ esset illico complananda, & vocem  
 sanguinis ad se clamantis audiret: 4 memo  
 raretur quoque iniquissimas mortes par-  
 uulorū innocentū, & blasphemias nomi-  
 ni suo illatas, & indignaretur super his.  
 5 At Machabæus cōgregata multitudine, 6  
 intolerabilis gentibus efficiebatur. ira e-  
 nim Dñi in misericordiā cōuersa est. 7 Et 8  
 superueniens castellis & ciuitatibus im-  
 prouisus, succēdebat eas: & opportuna lo-  
 ca occupās, nō paucas hostium strages da-  
 bat: 9 maxime autē noctibus ad huiusce-  
 modi excursus ferebatur, & fama virtu-  
 tis eius vbiq; diffundebatur. 10 Videns autē  
 Philippus paulatim virū ad profectū veni-  
 re, ac frequentius res ei cedere prosperē,  
 ad Ptolemæū ducē Cœlesyriae & Phœni-  
 cis scripsit vt auxilium ferret regiis nego-  
 tiis. 11 At ille velociter misit Nicanorē Pa-  
 trocli de primoribus amicū, datis ei de  
 permistis gētibus, armatis nō min⁹ viginti  
 millibus, vt vniuersum Iudæorum genus  
 deleteret, adiuncto ei & Gorgia viro mili-  
 tari, & in bellicis rebus experientissimo. 12  
 13 Constituit autē Nicanor, vt regi tributū  
 quod Romanis erat dandum, duo millia  
 talentorū de captiuitate Iudæorū supple-  
 ret: 14 statimque ad maritimas ciuitates mi-  
 sit, cōuocans ad coemptionē Iudaicorum  
 15 mancipiorum, promittens se nonaginta  
 mancipia talento distraeturum, nō respi-  
 ciens ad vindictā quæ eū ab omnipotente  
 esset consecutura. 16 Iudas autem vbi com-  
 perit,

1. mac. 8.



perit, indicauit his qui secū erant Iudæis,  
 13 Nicanoris aduentū. Ex quibus quidā for-  
 midantes, & nō credentes Dei iustitiæ, in  
 14 fugam vertebantur: alij verò siquid eis  
 supererat vendebant, simulque Dñm de-  
 precabantur vt eriperet eos ab impio Ni-  
 15 canore, qui eos prius quàm cominus ve-  
 niret, vendiderat: & si non propter eos,  
 D propter testamentū tamen quod erat ad  
 patres eorum, & propter inuocationem  
 sancti & magnifici nominis eius super ip-  
 16 sos. Conuocatis autem Machabæus sep-  
 tem millibus, qui cum ipso erant, rogabat  
 ne hostibus reconciliarentur, neque me-  
 tuerent iniquè venientium aduersum se  
 17 hostium multitudinem, sed fortiter con-  
 tenderēt: ante oculos habentes contume-  
 liam quæ loco sancto ab his iniuste esset  
 illata, itēq; & ludibrio habitę ciuitatis in-  
 iuriā, adhuc etiā veterū instituta conuul-  
 18 sa. Nā illi quidē armis cōfidūt, ait: simul  
 & audacia: nos autē in omnipotente Dño  
 qui potest & venientes aduersum nos, et  
 vniuersum mundum vno nutu delere,  
 19 confidimus. Admonuit autem eos & de  
 E auxiliis Dei, quę facta sunt erga parentes:  
 & quod sub Sennacherib centum octo-  
 20 gintaquinque millia perierunt: & de præ-  
 lio quod eis aduersus Galatas fuit in Ba-  
 bylonia, vt omnes vbi ad rem ventū est,  
 Macedonibus sociis hæsitantibus, ipsi sex  
 millia soli peremerunt centū viginti mil-  
 lia, propter auxilium illis datum de cælo  
 & beneficia pro his plurima consecut-  
 sunt.

4. Re. 19. g. 33

Tob. 1. d. 21.

Ecc. 48. d. 24

Isa. 37. g. 36.

1. mac. 7. f. 43

Infr. 15. e. 220



sunt. <sup>1</sup> His verbis constantes effecti sunt, 21  
 & pro legibus & patria mori parati. <sup>2</sup> Cō- 22  
 stituit itaq; fratres suos duces vtrique or-  
 dini, Simónem & Ioséphum, & Ionathā,  
 subiectis vnicuiq; millenis & quingente-  
 nis. <sup>3</sup> Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis san- 23  
 cto libro, & dato signo adiutorij Dei in  
 prima acie ipse dux cōmisit cū Nicanore.  
<sup>4</sup> Et factō sibi adiutore omnipotente in- 24  
 terfecerunt super nouem millia hominū:  
 maiorem autem partem exercitus Nica-  
 noris vulneribus debilem factam fugere  
 compulerunt. <sup>5</sup> Pecuniis verò eorū qui ad 25  
 emptionē ipsorū venerant sublatis, ipsos F  
 vsquequaque persecuti sunt, <sup>6</sup> sed reuersi 26  
 sunt. <sup>7</sup> Hora conclusi. nam erat ante sabbathum:  
 quam ob causam non perseuerauerunt insequentes.  
<sup>8</sup> Arma autem ipsorū & 27  
 spolia congregantes, sabbathum agebant  
 benedicētes Dominum qui liberauit eos  
 in isto die, misericordiæ initium stillans  
 in eos. <sup>9</sup> Post sabbathum verò debilibus, 28  
 & orphanis, & viduis diuiserunt spolia;  
 & residua ipsi cum suis habuere. <sup>10</sup> His ita- 29  
 que gestis, & communiter ab omnibus fa-  
 cta obsecratione, misericordem Dominū  
 postulabant, vt in finem seruis suis recon-  
 ciliaretur. <sup>11</sup> Et ex his qui cum Timótheo 30  
 & Bacchide erāt contra se contendentes,  
 super viginti millia interfecerunt, & mu-  
 nitiones excelsas obtinuerunt: & plures  
 prædas diuiserunt, quam portionem de-  
 bilibus, pupillis & viduis, sed & seniori-  
 bus facientes. <sup>12</sup> Et cū arma eorum di- 31  
 ligenter

filio fr̄isfr̄. dr̄  
 gen. 17.  
 2. esdr. 8.



Gligenter collegissent, omnia composue-  
 runt in locis opportunis, residua verò spo-  
 32 lia Ierosolymam detulerunt: & Philar-  
 chen qui cum Timótheo erat, interfece-  
 runt, virum scelestum, qui in multis Iu-  
 33 dæos afflixerat. Et cum epinicia agerent  
 in Ierosolymis, eum qui sacras ianuas in-  
 cenderat, id est Callisthenem, cum in quod-  
 dam domicilium refugisset incéderunt, di-  
 gna ei mercede pro impietatibus suis red-  
 34 dita. Facinorosissimus autem Nicanor, qui  
 mille negotiantes ad Iudæorum vendi-  
 35 tionem adduxerat, humiliatus auxilio  
 Domini ab his quos nullos existimaue-  
 rat, deposita veste gloriæ, per mediterranea  
 fugiēs, solus venit Antiochiam, sum-  
 mam infelicitatem de interitu sui exer-  
 36 citus consecutus. Et qui promiserat Ro-  
 manis se tributum restituere de captiui-  
 tate Ierosolymorū, prædicabat nunc pro-  
 37 tectorem Deum habere Iudæos, & ob ip-  
 sum inuulnerabiles esse, eo quod seque-  
 rentur leges ab ipso constitutas.

5.7.

1. par. 15. cati  
ca victorie.

judith. 5. idem  
achior.

## CAP. IX.

1 Eodem tempore Antiochus inhonestè  
 2 reuertebatur de Perside. Intrauerat  
 A enim in eam quæ dicitur Persepolis, & ten-  
 tauit expoliare templum, & ciuitatem  
 opprimere: sed multitudine ad arma con-  
 currente, in fugam versi sunt: & ita con-  
 tigit vt Antiochus post fugam turpiter re-  
 3 diredet. Et cum venisset circa Ecbatanam,  
 recognouit quæ erga Nicanorem & Ti-  
 4 mótheum gesta sunt. Elatus autem in ira,  
 arbitra-

templa 15.

1. mac. 6.

arbitra-



arbitrabatur se iniuriam illorum qui se  
 fugauerant, posse in Iudæos retorquere:  
 ideoq; iussit agitari currum suum, sine in-  
 termissione agens iter, cœlesti eum Iudi-  
 cio perurgente, eo quòd ita superbe locu-  
 tus est se venturum Ierosolymam, & con-  
 geriem sepulcri Iudæorum eam facturũ.  
 2<sup>o</sup> Sed Iqui vniuersa conspicit Dñs Deus Is-  
 raël, percussit eum insanabili & inuisibili  
 plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum ser-  
 monem, apprehendit eum dolor dirus  
 viscerum, & amara internorum tormen-  
 ta: & quidem satis iuste, quippe qui mul-  
 tis & nouis cruciatibus aliorum torserat  
 viscera, licet ille nullo modo à sua mali-  
 tia cessaret. 3 Super hoc autem superbia  
 repletus, ignem spirans animo in Iudæos, 4  
 & præcipiens accelerari negotium, conti-  
 git illum impetu euntem de curru cade-  
 re, & graui corporis collisione membra  
 vexari. 5 Isque qui sibi videbatur etiam  
 fluctibus maris imperare, supra humanũ  
 modum superbia repletus, & montium  
 altitudines in statera appendere, nunc hu-  
 miliatus ad terram in gestatorio porta-  
 batur, manifestã Dei virtutem in semet-  
 ipso contestans: 6 ita vt de corpore impij,  
 vermes scaturirent, ac viuentes in dolori-  
 bus carnes eius effluerent, odore etiam il-  
 lius & fœtore exercitus grauaretur. 7 & 8  
 qui paulò ante sydera cœli contingere se  
 arbitrabatur, eum nemo poterat propter  
 intolerantiã fœtoris portare. 9 Hinc igitur 10  
 cœpit ex graui superbia deductus ad ag-  
 nitionem

2<sup>o</sup> Ps. 16. 9

.S.S.

act. 12.



22 nitionem sui venire, diuina admonitus  
 23 plaga; per momenta singula doloribus  
 24 suis augmēta capiētibus. & cū nec ipse  
 iam foetorem suum ferre posset, ita ait, Iu-  
 25 stum est subditum esse Deo, & mortalem  
 non paria Deo sentire. <sup>9</sup> Orabat autē hic  
 scelestus Dominum, à quo non esset mi-  
 24 sericordiam consecuturus. <sup>9</sup> Et ciuitatem  
 ad quam festinans veniebat vt eam ad so-  
 lum deduceret, ac sepulchrū congestorū  
 25 faceret, nunc optat liberam reddere: <sup>9</sup> &  
 Iudæos quos nec sepultura quidem se di-  
 gnos habiturum, sed auibus ac feris diri-  
 piendos traditurum, & cum paruulis ex-  
 terminaturū dixerat, æquales nunc Athe-  
 26 niensibus facturū pollicetur: <sup>9</sup> templū etiā  
 sanctum, quod prius expoliauerat, opti-  
 mis donis ornaturū, & sancta vasa multi-  
 C plicaturum, & pertinentes ad sacrificia  
 sumptus de redditibus suis præstaturum:  
 27 <sup>9</sup> super hæc & Iudæum se futurū, & om-  
 nem locum terræ perambulaturum, &  
 28 prædicaturum Dei potestatem. <sup>9</sup> Sed non  
 cessantibus doloribus (superuenerat enim  
 in eum iustum Dei iudiciū) desperās scri-  
 psit ad Iudæos in modū deprecationis epi-  
 29 stolā hæc continentē. <sup>9</sup> OPTIMIS ciuibus  
 Iudæis plurimā salutē, & bene valere, & mors plurimorū pe-  
 esse fœlices, rex & princeps Antiochus. <sup>9</sup> Si bene valetis & filij vestri & ex senten-  
 20 tia vobis cuncta sunt, maximas agimus <sup>9</sup> gratias. <sup>9</sup> Et ego in infirmitate cōstitutus,  
 21 vestri autē memor benignē reuersus de-  
 Persidis locis, & infirmitate graui appre-  
 hensus,

qz nō dolebat  
 pp deū. s. th. 2.  
 p. 9. 26. 27. 1.  
 ad. 5. hebre  
 12. 1. reg. 15  
 et 16.

5.5.

mors plurimorū pe-  
 ssum. psal. 37.  
 meti endo n  
 accipiēdo m  
 oriūtur. sic  
 sisara. iudic.  
 41.



hensus, necessarium duxi pro communi  
 utilitate curam habere: <sup>22</sup> non desperans  
 memetipsum, sed spem multam habens effu-  
 giendi infirmitatem. <sup>23</sup> Respicens autem  
 quod & pater meus, quibus temporibus  
 in locis superioribus ducebat exercitum,  
 ostendit qui post se susciperet principatum:  
<sup>24</sup> ut si quid contrarium accideret, aut dif-  
 ficile nuntiaretur, scientes hi qui in regio-  
 nibus erant, cui esset rerum summa dereli-  
 cta, non turbarentur. <sup>25</sup> Ad hæc, conside-  
 rans de proximo potentes quosque & vici-  
 nos temporibus insidiantes & euentum  
 expectantes, designavi filium meum Antio-  
 chum regem, quem sæpe recurrens in supe-  
 riora regna multis vestrum commenda-  
 bam: & scripsi ad eum quæ subiecta sunt.  
<sup>26</sup> Oro itaque vos, & peto memores benefi-  
 ciorum publicè & priuatim, ut unusquis-  
 que conseruet fidem ad me & ad filium meum.  
<sup>27</sup> Confido enim eum modeste & humane  
 acturum, & sequentem propositum meum, & com-  
 munem vobis fore. <sup>28</sup> Igitur homicida &  
 blasphemus pessime percussus, & ut ipse  
 alios tractauerat, peregre in motibus, mi-  
 serabili obitu vita functus est. <sup>29</sup> Transfere-  
 bat autem corpus Philippus collactaneus  
 eius: qui metuens filium Antiochi, ad Ptole-  
 mæum Philometorem in Ægyptum abiit.

## CAP. X.

**M**Achabæus autem & qui cum eo erant,  
 Domino se protegente, templum qui-  
 dem & ciuitatem recepit: aras autem quas  
 alienigenæ per plateas extruxerant, itemque  
 delubra



- 3 delubra demolitus est. ⁊ & purgato tem-  
 plo, aliud altare fecerunt. & de ignitis la- *5.1. / 1. pa. 21.*  
 pidibus igne cōcepto sacrificia obtulerūt  
 post bienniū, & incensum & lucernas &  
 4 panes propositionis posuerunt. ⁊ Quibus  
 gestis, rogabant Dominū prostrati in ter-  
 ram, ne amplius talibus malis inciderēt:  
 sed & si quando peccassent, vt ab ipso mi- *4. Esdr. 5.*  
 tius corriperētur, & non barbaris ac blas-  
 5 phemis hominibus traderētur. ⁊ Quia die *1. Ma. 4. f. 24*  
 autem templum ab alienigenis pollutum *joann. 20.*  
 fuerat, contigit eadem die purificationē  
 fieri, vicesima quinta mensis, qui fuit Ca-  
 6 fleu. ⁊ & cum lætitia diebus octo egerunt  
 B in modum tabernaculorum: recordantes  
 quòd ante modicum tēporis diem solen-  
 nem tabernaculorum in montibus, & in  
 7 speluncis more bestiarum egerant. ⁊ Pro- *5. 5.*  
 pter quod thyrsos, & ramos virides, &  
 palmas præferebant ei qui prosperauit  
 8 mundare locū suū. ⁊ Et decreuerunt com-  
 muni præcepto & decreto, vniuersæ gen-  
 ti Iudæorum omnibus annis agere dies  
 9 istos. ⁊ Et Antiochi quidē qui appellatus  
 est Nobilis, vitæ excessus ita se habuit.  
 10 ⁊ Nūc autem de Eupatore Antiochi impij  
 filio, quæ gesta sunt narrabimus breuian- *1. mac. 6.*  
 11 tes mala quæ in bellis gesta sunt. ⁊ Hic  
 enim suscepto regno, constituit super ne-  
 C gotia regis Lyfiā quendā Phenicis & Sy-  
 12 riæ militiæ principē. ⁊ Nā Ptolomæū, qui  
 dicebatur Macer, iusti tenax, erga Iudæos  
 esse cōstituit, & præcipuè propter iniqui-  
 tatē quæ facta erat in eos, & pacificè age-



re cū eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis 13  
 apud Eupatorē. cū frequenter proditor  
 audiret, eo quòd Cyprū creditā sibi à Phi-  
 lometore deseruisset, & ad Antiochū No-  
 bilem translatus etiā ab eo recessisset, ve-  
 neno vitam finiuit. Gorgias autem cū 14  
 esset dux locorū, assumptis aduenis fre-  
 quenter Iudæos debellabat. Iudæi verò 15  
 qui tenebant oportunas munitiones, fu-  
 gatos ab Ierosolymis suscipiebant, & bel-  
 lare tentabant. Hi verò qui erant cū Ma- 16  
 chabæo per orationes Dñm rogantes vt  
 esset sibi adiutor, impetum fecerunt in  
 munitiones Idumæorū: multaq; vi in- 17  
 sistentes, loca obtinuerūt, occurrentes in- D  
 teremerunt, & omnes simul nō minus vi-  
 ginti\* millibus trucidauerunt. Quidam 18  
 autē cū fugissent in duas turres valde  
 munitas, omnē apparatus ad repugnand-  
 um habentes: Machabæus ad eorū ex- 19  
 pugnationē, relicto Simōne & Iosepho,  
 itemq; Zachæo, eisq; qui cum ipsis erāt  
 satis multis, ipse ad eas quæ amplius per-  
 urgebant pugnas, conuersus est. Hi ve- 20  
 rò qui cum Simōne erant, cupiditate du-  
 cti, à quibusdā qui in turribus erant, suasi  
 sunt pecunia: & septuaginta millibus di-  
 drachmis acceptis, dimiserunt quosdam  
 effugere. Cū autē Machabæo nuntia- 21  
 tum esset quòd factū est, principibus po- E  
 puli congregatis accusauit, quòd pecunia  
 fratres vendidissent, aduersariis eorū di-  
 missis. Hos igitur proditores factos in- 22  
 terfecit, & confestim duas turres occupa-  
 uit.

2. par. 20.

quinque



23 uit. <sup>9</sup> Armis autē ac manibus omnia pro-  
 sperē agēdo, in duab<sup>9</sup> munitiōibus plus  
 24 quā viginti millia peremit. <sup>9</sup> Et Timóthe<sup>9</sup>,  
 qui prius à Iudæis fuerat superatus, cōuo-  
 cato exercitu peregrinæ multitudinis, &  
 cōgregato <sup>9</sup> equitatu<sup>9</sup> Asiāno aduenit, quasi <sup>9</sup> exercitu 13.  
 25 armis Iudæā capturus. <sup>9</sup> Machabæus autē  
 & qui cū ipso erāt, appropinquante illo,  
 deprecabātur Dñm, caput terra aspergen-  
 26 tes, lumbosq; ciliciis præcincti, <sup>9</sup> ad altaris  
 crepidinem prouoluti, vt sibi propitius,  
 inimicis autē eorū esset inimicus, & ad-  
 27 uersariis aduersaretur, <sup>9</sup> sicut lex dicit. <sup>9</sup> Et <sup>9</sup> Ex. 23. d. 28.  
 Ita post orationē sumptis armis, lōgius de <sup>9</sup> Deu. 20. d. 4.  
 ciuitate procedentes, & proximi hostibus <sup>9</sup> 18. & 7.  
 28 effecti resederunt. <sup>9</sup> Primo autem solis or-  
 tu vtriq; commiserunt: isti quidē victo-  
 riæ & prosperitatis sponsores cum virtute  
 Dñm habentes: illi autem ducē belli ani-  
 29 mum habebant. <sup>9</sup> Sed cū vehemens pu-  
 gna esset, apparuerunt aduersariis de cæ-  
 lo viri quinque in equis, frēnis aureis de-  
 30 cōri, ducatum Iudæis præstantes: <sup>9</sup> ex qui-  
 bus duo Machabæum medium habētes,  
 armis suis circumseptum incolumē con-  
 seruabant: in aduersarios autem tela, &  
 fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate con-  
 fusi, & repleti perturbatione cadebant.  
 31 <sup>9</sup> Interfecti sunt autē viginti millia quin-  
 32 genti, & equites sexcenti. <sup>9</sup> Timótheus ve-  
 G rō confugit in Gazaram præsidium mu-  
 33 nitum, cui præerat Chereas, <sup>9</sup> Machabæus  
 autē, & qui cū eo erant, latantes obsede-  
 34 runt præsidiū diebus quatuor. <sup>9</sup> At hi qui



iudic. 7; 8.

intus erāt, loci firmitate confisi, supra modum maledicebant, & sermones nefandos iactabant. ¶ Sed cūm dies quinta illucesceret, viginti iuvenes ex his qui cum Machabæo erāt, accessi animis propter blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo incedentes ascendebant: ¶ Sed & alij similiter ascendentes, turre portaque succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos viuos concremare. ¶ Per continuum autem biduum præsidio vastato, Timotheū occultantē se in quodā repertū loco peremerūt: & fratrem illius Cheream & Apollophanem occiderunt. ¶ Quibus gestis, in hymnis & cōfessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israël, & victoriam dedit illis.

## CAP. XI.

Sed paruo post tempore, Lyfias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpositus, grauitè ferens de his quæ acciderant: ¶ congregatis octoginta millibus & equitatu vniuerso veniebat aduersus Iudæos, existimans se ciuitatem quidem captam Gentibus habitaculū facturum, ¶ templum verò in pecuniæ questum, sicut cætera delubra Gentium habiturum, & per singulos annos venale sacerdotium: ¶ nusquā recogitans Dei potestatem, sed mente effrænatus in multitudine peditum, & in millibus equitum & in octoginta elephantis confidebat. ¶ Ingressus autem Iudæam, & appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco, ab Ierusalem  
lyma



lyma interuallo quinq; stadiorum, illud  
 6 præfidiū expugnabat. <sup>?</sup> Vt autem Macha-  
 B bæus & qui cū eo erant, cognouerūt ex-  
 pugnari præfidia, cū fletu & lachrymis  
 rogabant Dominum, & omnis turba si-  
 7 mul, vt bonum angelum mitteret ad sa-  
 lutem Israël. <sup>?</sup> Et ipse primus Machabæus  
 sumptis armis, cæteros adhortatus est si-  
 mul secum periculum subire, & ferre au-  
 8 xilium fratribus suis. <sup>?</sup> Cumque pariter  
 prompto animo procederēt, Ierosolymis  
 apparuit præcedens eos eques in veste cā  
 9 dida, armis aureis hastam vibrans. <sup>?</sup> Tunc  
 omnes simul benedixerunt misericordē  
 Dñm, & conualuerūt animis: nō solūm  
 C homines, sed & bestias ferocissimas, &  
 10 muros ferreos parati penetrare. <sup>?</sup> Ibāt igi-  
 tur prompti, de cælo habentes adiutorē,  
 11 & miserātem super eos Dominum. <sup>?</sup> Leo-  
 num autem more impetu irruentes in  
 hostes, prostrauerunt ex eis vndecim mil-  
 lia peditum, & equitum mille sexcentos:  
 12 <sup>?</sup> vniuersos autem in fugam verterunt,  
 plures autem ex eis vulnerati nudi eua-  
 ferunt. Sed & ipse Lysias turpiter fu-  
 13 giens euasit. <sup>?</sup> Et quia non insensatus erat,  
 secum ipse reputans factam erga se di-  
 minutionem, & intelligens inuictos esse  
 Hebræos, omnipotentis Dei auxilio in-  
 14 nitētes, misit ad eos, <sup>?</sup> promisitque se con-  
 sensurum omnibus quæ iusta sunt, &  
 15 regem compulsurum amicum fieri. <sup>?</sup> An-  
 D nuit autem Machabæus precibus Lysia,  
 in omnibus vtilitati consulens: & quæ-  
 cunque

visio. 4.

5. 7. 8.



cunque Machabæus scripsit Lysia, de Iu-  
 dæis, ea rex cōcessit. ¶ Nā erant scriptæ lu 16  
 dæis epistolæ: à Lysia siquidem hunc mo-  
 dum continent: L Y S I A S populo Iu-  
 dæorum salutem. ¶ Iohannes & Abesa- 17  
 lom qui missi fuerant à vobis, tradentes  
 scripta, postulabant vt ea quæ per illos  
 significabantur implerem. ¶ Quæcunque 18  
 igitur regi potuerunt perferri exposui:  
 & quæ res permittebant, concessit. ¶ Si 19  
 igitur in negotiis fidem conseruaueritis,  
 & deinceps bonorum vobis causa esse  
 tentabo. ¶ De cæteris autem per singula 20  
 verba mandauit & istis & his qui à me  
 missi sunt, colloqui vobiscum. ¶ Bene va- 21  
 lete. Anno centesimo quadragesimo octa-  
 uo mensis Dioscori, die vicesima & quar-  
 ta. ¶ Regis autem epistola, ista continebat: 22  
 R E X Antiochus Lysia fratri salutem. E  
 ¶ Patre nostro inter deos translato, nos 23  
 volentes eos qui sunt in regno nostro sine  
 tumultu agere, & rebus suis adhibere  
 diligentiam, ¶ audiuimus ludæos non con- 24  
 sensisse patri neco vt transferrentur ad  
 ritum Græcorum, sed tenere velle suum  
 institutum, ac propterea postulare à no-  
 bis concedi sibi legitima sua. ¶ Volentes 25  
 igitur hanc quoque gentem quietam ef-  
 se, statuentes iudicauimus templum re-  
 stitui illis vt agerent secundum suorum  
 maiorum consuetudinem. ¶ Bene igitur 26  
 feceris, si miseris ad eos, et dexterã dede-  
 ris: vt cognita nostra volūtate, bono ani-  
 mo sint, & vtilitatibus propriis deser-  
 uiant.

*1. mac. 7.*

*6.*



27 uiant. <sup>9</sup> Ad Iudæos verò regis epistola ta-  
 F lis erat, R E X Antiochus senatui Iudæo-  
 28 rum, & cæteris Iudæis salutē. <sup>9</sup> Si valetis,  
 sic estis vt volum⁹: sed & ipsi bene vale-  
 29 mus. <sup>9</sup> Adiit nos Menelaus dicēs velle vos  
 descendere ad vestros qui sunt apud nos.  
 30 <sup>9</sup> His igitur qui cōmeāt vsque ad diem tri-  
 cesimum mensis Xantici, damus dextras  
 31 securitatis, <sup>9</sup> vt Iudaicis vtantur cibis, &  
 legibus suis, sicut & prius: & nemo eo-  
 rum vllō modo molestiā patiatur de his  
 32 quæ per ignorantia gestæ sunt. <sup>9</sup> Misimus  
 autem & Menelaum, qui vos alloquatur,  
 33 <sup>9</sup> Valete. Anno centesimo quadagesimo-  
 G octauo, Xantici mensis quintadecima die.  
 34 <sup>9</sup> Miserūt autem etiam Romani epistolam  
 ita se habentem: Q V I N T V S Memmius  
 & Titus Manilius legati Romanorū, po-  
 35 pulo Iudæorū salutem. <sup>9</sup> De his quæ Ly-  
 sias cognatus Regis cōcessit vobis, & nos  
 36 concessimus. <sup>9</sup> De quibus autē ad regem  
 indicauit referendum, confestim aliquem  
 mittite, diligētius inter vos conferētes: vt  
 decernamus, sicut congruit vobis. nos  
 37 enim Antiochiā accedimus. <sup>9</sup> Ideoque fe-  
 stinate rescribere, vt nos quoque sciamus  
 38 cuius estis voluntatis. <sup>9</sup> Bene valete, Anno  
 centesimo quadagesimo octauo, quinta-  
 decima die mensis Xantici.

## C A P. X I I.

1 **H**Is factis pactionibus, Lysias pergebat  
 A Had regem. Iudæi autem agriculturæ  
 2 operam dabant. <sup>9</sup> Sed hi qui resederāt Ti-  
 motheus & Apollonius Gēnæi filius, sed



& Hieronymus, & Demophon, super hos  
 & Nicanor Cypriarches, nō sinebant eos  
 in silentio agere, & quiete. <sup>1</sup> Ioppitæ verò  
 tale quoddam flagitium perpetrarunt. ro-  
 gauerunt Iudæos cum quibus habitabāt,  
 ascendere scaphas quas parauerant, cum  
 vxoribus, & filiis, quasi nullis inimicitis  
 inter eos subiacentibus. <sup>2</sup> Secundum com-  
 mune itaque decretum ciuitatis, & ipsis  
 acquiescentibus, pacisq̄ue causa nihil sus-  
 pectum habētib; : cū in altū processis-  
 sent submerserunt non minus ducentos.  
<sup>3</sup> Quam crudelitatem Iudas in suæ gētis  
 homines factā vt cognouit, præcepit viris  
 qui erant cum ipso: & inuocato iusto iu-  
 dice Deo, <sup>4</sup> venit aduersus interfectores  
 fratrū, & portum quidem nocte succen-  
 dit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne  
 refugerant, gladio peremit. <sup>5</sup> Et cū hæc  
 ita egisset, discessit quasi iterum reuersu-  
 rus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus.  
<sup>6</sup> Sed quum cognouisset & eos qui erant  
 Iamniæ, velle pari modo facere habitan-  
 tibus secum Iudæis, <sup>7</sup> Iamnitis quoque  
 nocte superuenit, & portum cum nau-  
 bus succendit: ita vt lumen ignis appa-  
 reret Ierosolymis à stadiis ducentis qua-  
 draginta. <sup>8</sup> Inde cū iam abissent nouem  
 stadiis, & iter facerent ad Timótheum,  
 commiserunt cum eo Arabes quinque  
 millia viri, & equites quingenti. <sup>9</sup> Cū-  
 que pugna valida fieret, & auxilio Dei  
 prosperè cessisset, residui Arabes victi, pe-  
 tebant à Iuda dextram sibi dari, promit-  
 tentes







duo millia quingentos. <sup>9</sup> Cognito autem 22  
 Iudæ aduentu, Timótheus præmisit mu-  
 lieres & filios & reliquum apparatus,  
 in præsidium quod Carnion dicitur. erat  
 enim inexpugnabile, & accessu difficile  
 propter locorum angustias. <sup>9</sup> Cúque co- 23  
 hors Iudæ prima apparuisset, timor hosti-  
 bus incussus est, ex præsentia Dei qui vni-  
 uersa conspicit, & in fugam versi sunt  
 alius ab alio, ita vt magis à suis deiiceren-  
 tur, & gladiatorum suorum ictibus debilita-  
 rentur. <sup>9</sup> Iudas autem vehemèter instabat 23  
 puniens prophanos, & prostravit ex eis  
 triginta millia virorum. <sup>9</sup> Ipse verò Timó 24  
 theus incidit in partes Dosithei & Sosi-  
 patris: & multis precibus postulabat vt  
 viuus dimitteretur, eo quòd multorum ex  
 Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos  
 morte ei<sup>9</sup> decipi eueniret. <sup>9</sup> Et cum fidem 25  
 dedisset restitutum se eos secundum con- E  
 stitutum, illæsum eum dimiserunt, propter  
 fratrum salutem. <sup>9</sup> Iudas autem regressus 26  
 est à Carnion, interfectis vigintiquinque  
 millibus. <sup>9</sup> Post horum fugam & necem, 27  
 mouit exercitum ad Ephron ciuitatem  
 munitam, in qua multitudo diuersarum  
 gentium habitabat: & robusti iuuenes  
 pro muris consistentes fortiter repugna-  
 bant: in hac autem machinæ multæ, &  
 telorum erat apparatus. <sup>9</sup> Sed cum omni- 28  
 potentem inuocassent, qui potestate sua  
 vires hostium confringit, ceperunt ciui-  
 ratem: & ex eis qui intus erant, viginti-  
 quinque millia prostrauerunt. <sup>9</sup> Inde ad 29  
ciuita-

1. reg. 7. 4.  
 reg. 7. 1.  
 2. para. 13.



ciuitatem Scytharum abierunt quæ ab Ie-  
 30 rosolymis sexcentis stadiis aberat. ⁊ Con-  
 testantibus autem his qui apud Scytho-  
 politas erant Iudæis, quòd benignè ab eis  
 haberentur, etiam temporibus infœlici-  
 31 tatis quòd modestè secum egerint: ⁊ gra-  
 tias agentes eis, & exhortati etiam de cæ-  
 tero erga genus suũ benignos esse, vene-  
 runt Ierosolymã die solenni septimana-  
 32 rum instante. ⁊ Et post pētecostē abierunt  
 33 cōtra Gorgiam præpositũ Idumææ. ⁊ Exi-  
 Fuit autē cum peditibus tribus millibus,  
 34 & equitibus quadringētis. ⁊ Quibus con-  
 gressis, cōtigit paucos ruere Iudæorum.  
 35 ⁊ Dositheus verò quidam de Bacenoris  
 eques, vir fortis, Gorgiã tenebat: & cū  
 vellet illũ capere viuũ, eques quidam de  
 Thracibus irruit in eum, humerumque  
 eius amputauit: atque ita Gorgias effugit  
 36 in Maresa. ⁊ At illis qui cū Esdrin erant,  
 diutius pugnantibus & fatigatis, inuoca-  
 uit Iudas Dominum adiutorem, & du-  
 37 cem belli fieri: ⁊ incipiēs voce patria, &  
 cum hymnis clamorē extollens, fugã Gor-  
 38 giæ militibus incussit. ⁊ Iudas autem col-  
 lecto exercitu venit in ciuitatem Odol-  
 lam: Et cū septima dies superueniret,  
 secundum consuetudinem purificati, in  
 39 eodem loco sabbathum egerunt. ⁊ Et se-  
 quenti die venit cum suis Iudas, vt corpo-  
 ra prostratorũ tolleret, & cum parenti-  
 40 bus poneret in sepulchris paternis. ⁊ Inue-  
 nerunt autem sub tunicis interfectorum  
 de donariis idolorũ quæ apud Iamnam  
 fuerunt,

2. par. 17. et  
 10. 1. 15.



Die 7. d. 25. fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos corruisse. <sup>9</sup> Omnes <sup>41</sup> itaque benedixerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta. <sup>9</sup> Atque ita ad preces cōuersi, rogauerunt <sup>42</sup> vt id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum cōseruare se sine peccato, sub oculis vidētes quæ facta sunt, pro peccatis eorū qui prostrati sunt.

<sup>9</sup> Et facta collatione, duodecim millia <sup>43</sup> drachmas argēti misit Ierosolymā offerri. <sup>6</sup> pro peccato sacrificiū, bene & religiose de resurrectione cogitās. <sup>9</sup> (nisi enim eos qui <sup>44</sup> ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanū orare pro mortuis) <sup>9</sup> & quia considerabat quod hi qui <sup>45</sup> cum pietate dormitionem acceperant, optimā haberēt repositam gratiā. <sup>9</sup> Sancta <sup>46</sup> ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur,

**Resurrectio.**

c. nō estimetur

27. 9. 2

Aptū de purga

torio testimonio

itē. isa. 4. 1. cor. 7. math.

12. / c. qualis. /

c. qui in aliud

2st dist. / c. nullus.

de pnia. dist. 7.

CAP. XIII.  
 Anno centesimo quadragesimonono, <sup>1</sup> cognouit Iudas Antiochum Eupatorē venire cum multitudine aduersus Iudæam, <sup>9</sup> & cum eo Lysiam procuratorem & præpositum negotiorum, secum habentem peditum centum decem millia, & equitum quinq; millia, & elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecentos. <sup>9</sup> Commiscuit autem se illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patria salute, <sup>3</sup> sed



sed sperans se constitui in principatum.

- 4<sup>o</sup> Sed rex regum suscitauit animos An-  
 B tiochi in peccatorem : & suggerente Ly-  
 sia hunc esse causam omnium malorum,  
 iussit (vt eis est consuetudo) apprehensum  
 5 in eodem loco necari. <sup>o</sup> Erat autem in eo-  
 dem loco turris quinquaginta cubito-  
 rum, aggestum vndique habens cineris:  
 6 hæc prospectum habebat in præceptis. <sup>o</sup> in-  
 de in cinerem deiici iussit sacrilegum, om-  
 C nibus eum propellentibus ad interitum.  
 7<sup>o</sup> Et tali lege præuaricatorem legis conti-  
 8 git mori, nec terræ dari Menelaum. <sup>o</sup> Et  
 quidem satis iuste. nam quia multa erga  
 aram Dei delicta commisit, cuius ignis &  
 cinis erat sanctus : ipse in cineris morte  
 9 damnatus est. <sup>o</sup> Sed rex mente effrenatus  
 veniebat, nequiores se patre suo Iudæis  
 10 ostensurus. <sup>o</sup> Quibus Iudas cognitis, præ-  
 cepit populo vt die ac nocte Dominum  
 inuocarent, quo sicut semper, & nunc  
 11 adiuuaret eos: <sup>o</sup> quippe qui lege & patria  
 sanctoque templo priuari vererentur, ac  
 populum qui nuper paululū respirasset,  
 ne sineret blasphemis rursus nationibus  
 12 subdi. <sup>o</sup> Omnibus itaque simul id facien-  
 D tibus, & petentibus à Domino misericor-  
 diã cū fletu & ieiuniis, per triduū conti-  
 nuū prostratis, hortatus est eos Iudas vt  
 13 se præpararent. <sup>o</sup> ipse verò cum senioribus  
 cogitauit prius quã rex admoueret exer-  
 citum ad Iudæam, & obtineret ciuitatem  
 exire, & Dñi iudicio cõmittere exitū rei.  
 14<sup>o</sup> Dans itaque potestatem omnium Deo mun-  
 di crea-

5. 4.

leu. 6. 9.  
num. 19.

tobi. 3.  
esth. 4.



di creatori, & hortatus suos vt fortiter di-  
 micarent, & vsque ad mortē pro legibus,  
 templo, ciuitate, patria, & ciuibus starent:  
 circa Modin exercitum cōstituit. <sup>9</sup> Et da- 15  
 to signo suis Dei victoriæ, iuuenibus for- E  
 tissimis electis, nocte aggressus aulam re-  
 giam, in castris interfecit viros<sup>n</sup> quatuor  
 millia, & maximum elephantorum cum  
 his qui superpositi fuerant. <sup>9</sup> summoque 16  
 metu ac perturbatione hostiū castra re-  
 pleuerunt, rebusque prosperè gestis abier-  
 unt. <sup>9</sup> Hoc autem factum est die illuce- 17  
 scente, adiuuante eū Domini protectione.  
 Sed rex accepto gustu audaciæ ludæo- 18  
 rum, arte difficultatem locorum tētabat:  
 & Bethsuræ quæ erat ludæorum præsi- 19  
 dium munitum, castra admouebat: sed F  
 fugabatur, impingebat, minorabatur.  
<sup>9</sup> His autem qui intus erant, Iudas neces- 20  
 saria mittebat. <sup>9</sup> Enuntiauit autem myste- 21  
 ria hostibus Rhodocus quidam de Iudai-  
 co exercitu, qui requisitus cōprehēsus est,  
 & conclusus. <sup>9</sup> Iterum rex sermonem ha- 22  
 buit ad eos qui erant in Bethsuris: dex-  
 tram dedit: accepit, abiit. <sup>9</sup> commisit cum 23  
 Iuda. superatus est. Vt autem cognouit G  
 rebellasse Philippum Antiochiæ, qui re-  
 lictus erat super negotia, mente conster-  
 natus ludæos deprecans, subditusque eis  
 iurat de omnibus quibus iustum visum  
 est: & reconciliatus obtulit sacrificium,  
 honorauit templum, & munera posuit:  
<sup>9</sup> Machabæum amplexatus est, & fecit 24  
 eum à Ptolemaide vsque ad Gerrenos du-  
 cem

quod dē tesse  
 ra militaris.

quatuordecim.

ita legēdū nō  
 abierūt vsq̄  
 aliqua in em̄  
 edata hnt.

Exnugesis.



cem & principem. <sup>1</sup> Vt autem venit Ptolemaidam, grauius ferebant Ptolemenses amicitiae conuentionem, indignantes ne  
 26 fortè foedus irrumperent. <sup>2</sup> Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit, regressusque est Antiochiam: & hoc modo regis profectio & reditus processit.

## CAP. XIII.

1 Sed post triēnij tempus cognouit Iudas  
 A & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida & nauibus, per portum Tripolis ascendisse ad  
 2 loca opportuna, <sup>3</sup> & tenuisse regiones aduersus Antiochum & ducem eius Lysiam. <sup>4</sup> Alcimus autem quidam qui summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus commistionis, considerans nullo modo sibi esse salutem, neque accessum ad altare, <sup>5</sup> venit ad regem Demetrium centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc & talos qui templi esse videbantur. Et ipsa quidem die  
 6 siluit. <sup>7</sup> Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus quibus rebus & consiliis Iudæi niterentur: <sup>8</sup> respondit, ipsi qui dicuntur Assidæi Iudæorum, quibus præest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec  
 7 patiuntur regnum esse quietum. <sup>9</sup> nam & ego defraudatus parentum gloria ( dico autem summo sacerdotio ) huc ueni:  
<sup>10</sup> primò

*1. mach. 9.**1. mac. 7.*



primo quidem utilitatibus regis fidem ser-  
 uans, secundo autem etiam ciuibus B  
 consulens. nam illorum prauitate vniuer-  
 sum genus nostrum non minime vexa-  
 tur. Sed his singulis o rex cognitis, & re-  
 gioni, & generi secundum humanitatem  
 tuam promulgatam, omnibus prospice.  
 nam quamdiu superest Iudas, impossibi-  
 le est pacem esse negotiis. Talibus au-  
 tem ab hoc dictis & ceteri amici hostili-  
 ter se habentes aduersus Iudam, inflam-  
 mauerunt Demetrium. Qui statim Ni-  
 canorem prepositum elephantorum du-  
 cem misit in Iudam: datis mandatis vt  
 ipsum quidem Iudam caperet: eos vero  
 qui cum illo erant, dispergeret, & consti-  
 tueret Alcimum maximi templi sum-  
 mum sacerdotem. Tunc gentes quae de  
 Iudaea fugerant Iudam, congregatim se  
 Nicanori miscebant, misérias & clades  
 Iudaeorum prosperitates rerum suarum  
 existimantes. Audito itaque Iudaei Ni-  
 canoris aduentu, & conuentu nationum,  
 conspersi terra rogabant eum qui popu-  
 lum suum constituit, in aeternum custodi-  
 ret, qui que suam portionem signis eui-  
 dentibus protegit. Imperante autem du-  
 ce, statim inde mouerunt, conuenerunt  
 que ad castellum Dessau. Simon vero fra-  
 ter Iudae commiserat cum Nicanore: sed  
 contreritus est repentino aduentu aduer-  
 sariorum. Nicanor tamen audiens virtu-  
 tem comitum Iudae & animi magnitudi-  
 nera quam pro patriae certaminibus habe-  
 bant

*Sic de dauid.*

*2. reg. 17. Et de*

*chro. i. 11. 12.*

59.



bāt, sanguine iudicium facere metuebat.  
 19 <sup>?</sup> Quam ob rem præmisit Posidonium, &  
 Theodotiū, & Matthiam vt darent dex-  
 20 tras atque acciperēt. <sup>?</sup> Et cū diu de his con-  
 silium ageretur, & ipse dux ad multitudi-  
 nem retulisset: omnium vna fuit senten-  
 21 tia amicitias annuere. <sup>?</sup> Itaque diem cōsti-  
 tuerunt qua secretò inter se agerēt: & <sup>\* sin - \* 22.</sup>  
 22 gulis sellæ prolatae sunt & posita. <sup>?</sup> Præ-  
 cepit autē Iudas armatos esse locis oppor-  
 tunis, ne fortè ab hostib<sup>9</sup> repēte mali ali-  
 quid oriretur: & congruū colloquiū fece-  
 23 runt. <sup>?</sup> Morabatur autem Nicanor Ierосо-  
 D lymis, nihilque iniquè agebat, gregesque  
 turbarū quæ congregatæ fuerant, dimisit.  
 24 <sup>?</sup> Habebat autē Iudam semper charum ex  
 25 animo, & erat viro inclinatus. <sup>?</sup> Rogauit-  
 que eū ducere vxorem, filiosque procrea-  
 re. Nuptias fecit: quietè egit, comiterque  
 26 viuebant. <sup>?</sup> Alcimus autem videns chari- *ciceronian*  
tatem illorum adinuicem & conuentiones, *a vox.*  
 venit ad Demetrium, & dicebat, Ni-  
 canorem rebus alienis assentire, Iudam-  
 que regni insidiatorem successorem sibi  
 27 destinasse. <sup>?</sup> Itaque rex exasperatus, & pes-  
 simis huius criminationibus irritatus, scri-  
 psit Nicanori, dicens, grauitè quidem se  
 ferre de amicitia conuentione, iubere ta-  
 men Machabæum citius vincitum mit-  
 28 tere Antiochiam. <sup>?</sup> Quibus cognitis Ni-  
 canor cōsternabatur, & grauitè ferebat,  
 si ea quæ conuenerant irrita faceret, ni-  
 29 hil læsus à viro. <sup>?</sup> sed quia regi resistere  
 non poterat, opportunitatem obseruabat  
 qua



qua præceptum perficeret. <sup>30</sup> At Macha-  
 bæus videns secum austerius agere Nica- <sup>E</sup>  
 norem, & consuetum occursum ferocius  
 exhibentem, intelligens non ex bono esse  
 austeritatem istam, paucis suorum con-  
 gregatis occultauit se à Nicanore. <sup>31</sup> Quod  
 cum ille cognouit fortiter se à viro præ-  
 uentum, venit ad maximum & sanctif-  
 simum templum: & sacerdotibus solitas  
 hostias offerentibus, iussit sibi tradi vi-  
 rum. <sup>32</sup> quibus cum iuramento dicenti-  
 bus nescire se vbi esset qui quærebatur,  
 extendens manum ad templum, <sup>33</sup> iurauit,  
 dicens: Nisi Iudam mihi vinctum tradi-  
 deritis, istud Dei phanum in planitiem  
 deducam, & altare effodiam & templum  
 hoc Libero patri consecrabo. <sup>34</sup> Et his di-  
 ctis abiit. Sacerdotes autem protenden-  
 tes manus in cælum, inuocabant eum  
 qui semper propugnator esset gentis ip-  
 sorum, hæc dicentes, <sup>35</sup> Tu Domine vniuer-  
 sorum, qui nullius indiges, voluisti tem-  
 plum habitationis tuæ fieri in nobis. <sup>36</sup> Et  
 nunc sancte sanctorum omnium Domi- <sup>E</sup>  
 ne, conserua in æternum impollutam do-  
 mum istam, quæ nuper mundata est. <sup>37</sup> Ra-  
 zias autem quidam de senioribus ab Iero-  
 solymis delatus est Nicanori, vir amator  
 ciuitatis, & bene audiens qui pro affe-  
 ctu, Pater Iudæorum appellabatur. <sup>38</sup> Hic  
 multis temporibus continentie propo-  
 situm tenuit in Iudaismo, corpusque &  
 animam tradere contentus pro persecu-  
rantia. <sup>39</sup> Volens autem Nicanor manife-  
 stare

*p. mach. 7.*

*orati  
psa. 15.*

*5. 10. 11. 1. mach  
4.*

**Razias.**



stare odium quod habebat in Iudæos, mi-  
fit milites quingentos, ut eum compre-  
40 henderent. ? putabat enim si illum dece-  
pisset, sese cladem Iudæis maximam illa-  
41 turum. ? Turbis autem irruere in domum  
eius, & ianuam dirumpere atque ignem  
admouere cupientibus, cum iam com-  
42 prehenderetur, gladio se petiit: ? eligens  
nobilitate mori potius quam subditus fie-  
ri peccatoribus, & contra natales suos in-  
43 dignis iniuriis agi. ? Sed cum per festi-  
G nationem non certo ictu plagam dedis-  
set, & turbæ intra ostia irrumperent, re-  
currens audacter ad murum præcipita-  
44 uit semetipsum viriliter in turbas: ? qui-  
bus velociter locum dantibus casui eius,  
45 venit per mediam cervicem: ? & cum ad-  
huc spiraret, accensus animo, surrexit: &  
cum sanguis eius magno fluxu deflueret,  
& grauissimis vulneribus esset faucibus,  
46 cursu turbam pertransiit: ? & stans supra  
quandam petram præruptam, & iam ex-  
anguis effectus, complexus intestina sua,  
vtrisque manibus proiecit super turbas,  
inuocans dominatorem vitæ ac spiritus  
ut hæc illi iterum redderet: atque ita vi-  
ta defunctus est.

Resurrexi  
o.

## CAP. XV.

1 A Nicanor autem ut comperit Iudam  
esse in locis Samariæ, cogitavit cum  
2 omni impetu die sabbathi committere  
a bellum. ? Iudæis verò qui illum per ne-  
cessitatem sequebantur dicentibus, Ne  
ita ferociter, & barbarè feceris, sed hono-

1. Ma. 7. d. 26



rem tribue diei sanctificationis, & hono-  
 ra eum qui vniuersa conspicit: ille infœ-  
 lix interrogauit, si est potens in cælo qui  
 imperauit agi diem sabbathorum. Et re-  
 spondentibus illis, Est Dominus viuus  
 ipse in cælo potens, qui iussit agi septi-  
 nam diem. At ille ait, Et ego potes sum  
 super terram, qui impero sumi arma, &  
 negotia regis impleri. Tamen non obti-  
 nuit vt consilium perficeret. Et Nicanor  
 quidem cum summa superbia erectus,  
 cogitauerat commune trophæum statue-  
 re de Iuda. Machabæus autem semper  
 confidebat cum omni spe auxilium sibi  
 à Deo affuturum, & hortabatur suos ne  
 formidarent ad aduentum Nationum,  
 sed in mente haberent adiutoria sibi facta  
 de cælo, & nunc sperarent ab Omnipoten-  
 te sibi affuturam victoriam. Et allocutus  
 eos de lege & prophetis, admonens etiam  
 certamina quæ fecerant prius, promptio-  
 res constituit eos: & ita animis eorum  
 erectis simul ostēdebat Gentium fallaciã,  
 & iuramentorum præuaticationem. Sin-  
 gulos autem illorū armauit, non clypei  
 & hastæ munitione, sed sermonibus opti-  
 mis & exhortationibus, exposito digno  
 fide somnio, per quod vniuersos lætifica-  
 uit. Erat autem huiuscemodi visus: O-  
 niam qui fuerat summus sacerdos, virum  
 bonum & benignum, verecundum visu,  
 modestum moribus, & eloquio decorū,  
 & qui à puero in virtutibus exercitatus  
 sit, manus protendentem, orate pro omni  
 populo

7 reg. 20.

Exod. 20.

S. 3. 5. 10. 11.

mat. 7. 22.

visio. 3.

S. 3. 11. 4.

ecce sibi in  
 ortui orat p  
 zach. 4.

sit, manus protendentem, orate pro omni  
 populo  
 vis. angeli quoqz

populo



13 populo Iudæorum. Post hoc apparuisse  
 & alium virum ætate & gloria mirabilē,  
 & magni decōris habitudinē circa illum.  
 14 Respondentem verò Oniam dixisse. Hic  
 est fratrum amator, & populi Israël: hic  
 est qui multum orat pro populo & vni-  
 uersa sancta ciuitate, Ieremias Propheta  
 15 Dei. Extendisse autem Ieremiam dextrā,  
 & dedisse Iudæ gladium aureum, dicen-  
 16 tem: Accipe sanctum gladium munus à  
 Deo, in quo deiicies aduersarios populi  
 17 mei Israël. Exhortati itaq; Iudæ sermo-  
 nibus bonis valde, de quibus extolli pos-  
 set impetus, & animi iuuenum conforta-  
 ri, statuerunt dimicare & cōfligere forti-  
 ter: vt virt<sup>9</sup> de negotiis iudicaret, eo quòd  
 ciuitas sancta, & templū periclitarentur.  
 18 erat enim pro vxoribus & filiis itemque  
 pro fratribus & cognatis minor sollicitu-  
 19 do: maximus verò & primus pro sancti-  
 tate timor erat templi. sed & eos qui in  
 ciuitate erant, non minima sollicitudo ha-  
 20 bebat pro his qui congressuri erant. Et  
 cū iam omnes sperarēt iudiciū futurū,  
 hostesque adessent, atque exercitus esset  
 21 ordinatus, bestiarū equitesq; opportuno in  
 loco compositi, cōsiderans Machabæus  
 aduentum multitudinis, & apparatus vā-  
 rium armorum, & ferocitatem bestiarū,  
 extendens manus in cælum, prodigia fa-  
 cientem Dominum inuocauit, qui non  
 secundū armorū potentiam, sed prout  
 22 ipsi placet, dat dignis victoriā. Dixit au-  
 tem inuocās hoc modo, Tu Domine qui  
 23 inisti

*habitudinē**itē bene c. 7.*

4. Re. 19. c. 73

Tob. 1. d. 21.

Ecc. 48. d. 24

Isai. 7. g. 36.

1. Ma. 7. f. 41

Sup. 8. c. 19.

*oro.*



misisti angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octogintaquinque millia: ? & 23  
 nunc dominator caelorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui, ? vt metu- 24  
 tuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit. ? Nicanor autem, & qui cum 25  
 ipso erant, cum tubis & canticis admouebant. ? Iudas vero, & qui cum eo erant in- 26  
 uocato Deo, per orationes congressi sunt: manu quidem pugnantes sed Dominum 27  
cordibus orantes, prostrauerunt non minus trigintaquinque millia, presentia Dei magnifice delectati. ? Cumque cessassent, 28  
 & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. ? Facto 29  
 itaque clamore, & perturbatione excitata, F patria voce omnipotentem Dominum benedicebant. ? Praecipit autem Iudas qui per 30  
 omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Ierosolymam perferri. ? Quo cum peruenisset, conuocatis con- 31  
 tribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersit & eos qui in arce erant. ? Et ostendo 32  
 capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnifice gloriatus est. ? Linguam etiam impij Nicanoris praecisam iussit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum suspendi. ? Omnes igitur caeli benedixe- 34  
 runt

2. par. 17. 20.

p. reg. 17.







tepli constructione q. hr. in. 3. reg. c. 6. años qu  
dringētos qua dra gēta. hic ad secūdi tēplū  
sine rationē q. in b. de volumine legō. años  
125. / Inde vsqz ad chrūz iuxta hebdomada  
rū danielis supputationē, sūt āni qua  
drigēti nonagēta. hoc est a. z. tēpli istau  
rationē vsqz ad mortē simonis. q. canonicis  
prisci testamēti scriptis finē imponit. āni tre  
cēti quinquagēta octo. A morte vero si  
monis ad chrūz āni cētū trigēta duo.

Sūt itaqz ab orbe cōdito vsqz ad christū nō  
ter mille nōgēti sexagēta duo. Six  
tus. lib. 1. bibl. sctē. p. 47. ex hebreis.  
Segū beda <sup>EXCVDE. LAT. INTERPRETIAE</sup>  
<sup>CHRISTOPHORVS PLAN-</sup>  
tres mill y noue  
ciētos y cincuenta  
y dos.

Segū los. 72. interpretes. cinco mill y ci  
entū y nouenta y seys años.  
Segū el rei dō alonso. seys mill y noueci  
ētos y ochenta y quatro años. y ciēto  
y veinte y vn dias. no se yo quie'n se  
lo dixo a su alteza.

*[Faint, illegible text visible through the parchment, likely bleed-through from the reverse side.]*



















